7 **S**ONUMERARE IGI TUR, EST OBLATVM QVEMVIS NUMERVM. Quid numerare, per congruentia & loca & elementa repreſentare: & quantus sit oblatus ipſe numerus decenter exprimere. Vt ſi uelis arithmetice repreſentare, decē & octō milia nonies centum & uiginti: facies hoc pacto, 18920. Item ſi hunc libeat exprimere numerum, 140804: dices cum continere, centum quadraginta mille, octēs centum & quatuor. Absolutur autem numeratio, unico elemētorum ordine: proprijs & locis & elementis, pro ualore cuiuslibet oblati numeri diſtributo. Conſiderandum eſt itaq; an propositus ipſe numerus fuerit digitus, articulus, aut mixtus ſive compoſitus. Nam ſi ſuerit digitus, per proprium ex nouem significatiū exprimetur elemētum: utpote duo per 2, tria per 3, quatuor per 4, & ſic de reliquis, uſq; ad 9. Quod ſi articulus extiterit ipſe numerus, per eadē elemēta ſignificatiū (à quibus ipſi denominantur articuli) & unica t̄z iphra 0, uel pluribus dextroſum ante poſitīs t̄z iphrīs repreſentabitur: uerbi gratia, decē hoc modo 10, uiginti ſic 20, triginta uero ut hic 30, deinde quadraginta 40, quinquaginta 50, ſexaginta 60, ſeptuaginta 70, octoginta 80, nonaginta 90, uſq; ad centum, ubi dena qualibet in centenam, hoc eſt, in denam denae uerbitur, & no-

Ars numerandi ſe
cillula.

De numero digito.

De articulo nu
mero.

ORONTII FINEI DELPH.

ius eidem adquiritur locus, hoc paſto 100, 200, 300, 400, & cetera. tandem pristina denarum obſeruatur repetitio, ut 110, id est, centum & dece, 120, 130, 140, et cetera. id est in infinitam articulorum ſucceſſionem. Mixtus autem ſiue compoſitus numerus, duobus ad minus ſignificatiuis exprimitur elemētis, altero digiti, reliquo (ut pote laeo) articulum repraſentatē numerum: ut undecim hoc paſto 11, duodecim ſic 12, tredecim uero ita 13, deinde quatuordecim 14, quindecim 15, ſedecim 16, deccim 17, octodecim 18, nouemdecim 19: & ita conſequenter de reliquis inter quotlibet articulos clauſis numeris, uſq; ad centenarium conſurgentem articulum, ubi nouo centenā (ut nuper diſdimus) adquifito loco, prior reiteratur compoſitorum numerorum obſeruatione, ut 111, id est, centum & undecim, 112, 113, 114, 115, & ſic de ceteris cōpoſitiſ ſiue mixtis, & in infinitum crescentibus numeris, idem reſpondenter de centenis ad millenas iudicando, quod de iſpis denis ad centenas praeſonuimus obſeruandum. Igūt in articulo numero, primum elemētum ſemper eft tziphra 0, 9 in mixtis uero ſiue compoſitiſ numeris, digiſtus numerus, id eft, clementum ſignificatiuum, primum ſemper occupat locum. Sequitur etiam, dum exprimuntur numeri in locis millenarum, interpollatas ſummarum diſtinctoriæ eſſe faciendas.

Corollaria notanda.

Nec refert tandem in numeratione: an à dextra uerſus laeuam, aut è contra ſcribatur numeri, immo quemadmodum dextra, hoc eft, grossioris denominationis clementa, primum ſollemuſ exprimere: ita & iſpa grossiora numerorum elementa, à laeu in dextram ſcribere quodā modo facilitamur. ſecus de alijs arithmeticis operationibus: ut ex ſequentiis uidere liecbit. Sed haec ſatis de numeratione: quam nō ignoramus apud quemlibet, etiam rudiflimum, eſſe familiarē, & paſſim uifitata.

De integrorum Additione.

Capit II.

Quid si addere.

Additionis regula.

Notandum.



DDERE, Eſt PLVRES NVMEROS, VEL VNITATES, 1 in unum componere: ut ſummarius inde cognoscatur numerus, ut ſi 4, & 17, & 29 ſimul addantur: component 50, horum triū numerorum ſummarum. De quibus uero propositis, & inuicem addēdis numeris, idem intelligatur. Eiusdem ergo denominationis numerorum additionem, in hunc facito modum. Difponantur in primis quoquot ſimul addendi cōcurrunt, uel offerūtur numeri: eo quippe modo, ut unitates unitatibus, dena denis, centenæ centenis, & reliqua reliquis ſuo reſpondeant ordine, ſubscripta in trāſuerſum lineuclula, ſub qua reſultans ex additione locabitur numerus. Postmodum à dextris & inferioribus clementis, ad laeu & ſuperiora operationē initiendo: congregentur primum unitates. Et ſi reſultans ex hac collectione numerus fuerit digiſtus, id eft, non attingens dece: iſi ſub interieſta lineuclula, per proprium ſignetur clementum. Si autem numerus iſe collectus articulus extiterit, hoc eft, unica dena uel denis pluribus integratus: retenita dena, uel denis (iſi plures adſuſint) hoc eft, reſeruato mentaliter articulo, tziphra o ſubſcribatur. At ſic cōgregatus unitatum uel primorū elemētorum numerus fuerit mixtus, id eft, ex digito & articulo cōpoſitus: retenitis pariter denis, aut dena in mēte ſeruata (pro iſiſus articuli denominatione) reſiduum, ut pote numerus digitus, ſuo loco per congruum exprimatur clementum. Deinde proximè ſuccedentis loci componantur clementa, ut pote deince: & producto ex denarū adgregatione numero tot addantur unitates, quoſ ſuerint dena ex p̄fata unitatum additione retenitae. Rurſum fiat diſcurſus priori ſimilis, ac debita ſubſcribendorum elemētorum annotatio. Nam quemadmodum cuiuslibet

cuiuslibet loci quaelibet unitas, decē ualeat unitates proximi & dextrorum antecedentis uel loci uel elementi: ita quotlibet decem unitates cuiuscunq; loci unicam representat unitatem eius loci, qui uersus lauā proximè succedit, quod in omni arithmeticō discursu praecipueuenit animaduertendum: uti uidelicet licet, ex sequentibus operationibus. Ex secundo tādem loco ad tertium, atque ex ipso tertio ad quartum, id est, ex denis ad centenas, dein ex centenis ad milles, atque reliqua numerorū & loca & elementa (si plura contingat esse) deueniendum est: neque aliter operandum, quam de ipsis unitatibus, aut dcnis præcepimus, donec proposita numerorum additionis fuerit absoluta. Porro quoties operatione finita, unica uel plures super-

Documenta generalia in Additione seruanda.

fuerint denā, ex ultimorum elemcntorum additione retenta: nouis eisdem locis sinistrorum adquirendus est, & in eo tot unitates per propriū digitū reponēdā. Item quoties in locis inter medijs, propter tziphrarum concursum, nihil adgregari, posse cōtinget; tziphra o uenit responderēt subscribenda, nisi forte denā aut denas habueris, ex proximè factō discursu retentas: tunc enim sub eisdem concurrentibus tziphris, ipsas denas proprio subnotabis elemēto. Præterea, tametsi non referat, quem superiorem, intermedium, uel inferiorem cx addendis facias numeris: si faciliorem tamcn operandi modum exoptas, mīores sub maioribus scribes numeros, & eum relinques superiorem, qui omnī addendorum maximus est, quē plerique numerū cui debet additio fieri consueuerūt adpellare. Hæc est artis summa.

4 SED VT OMNIA CLARIVS INTELLIGANTVR, VNICVM DI-
scurremus exēplū. Oblatis ergò præsentibus numeris 2 4 5 0, 1 3 3 4, & 4 2 3, quos in unam uis addere sumمام: hi p̄imum subordinantur, & eoscribantur modo, uti nuper admonuimus, & subiecta mōstrat formula. Deinde à p̄imis, hoc est, dextris & inscrioribus elemētis operationem exordiendo: dico. 3 & 4, faciūt septem: scribe ergo 7, sub interiecta lineuncula. Postea congrega denas, hoc modo. 2 & 3 faciūt quinque, & 5 decem: detine itaq; mētaliter denam, & subscribe tziphram o. Trāferas postmodum unitatēm, pro ipsa dena nuper rescrivata, ad proximē succedentem locum: & dico. 1 & 4 faciūt quinque, & 3 octo, & 4 duodecim: qui numerus cum sit compositus, reseruabis iterum denam, hoc est, articulum, & subscribes digitum numerum, utpote 2. Pro hac demum retenta de-

Exemplum additionis.

<i>Numeri addendi.</i>	2	4	5	0	<i>na, iunge proximē succendentibus elemētis unitatē: dicendo. 1 & 1 faciūt duo, & 2 quatuor: scribito sub interiecta lineuncula, & respondentī limite 4. Quibus absolutis: habes sub p̄fata lineuncula 4 2 0 7, horum trīum addendorum numerorum summā. Idem habeo iudicūm, de cæteris quibus, cunque propositis, & inuicem addendis numeris.</i>
	1	3	3	4	
<i>Linea interposita.</i>	<hr/>				
<i>Addendorum summas.</i>	4	2	0	7	

De Subtractione.

Caput III.

SVBRAH ERE, ETS NVMERVM A MAIORI, VEL AE= *Subtractionis diffi-*
quali numero, subtiliter auferre: ut facta subtractione, si quod fuerit
residuū innotescat. Quemadmodū si 45 subtrahantur à 50, relin-*nitio.*
queruntur 5: aut 2 4 à 4 8, remanēs numerus erit 2 4. & sic de simili-
bus. Maiorem porrò numcrum à minori subtrahere numero, impossibile est; &
æ qualcm ab æquali, superuacancum & inutile, cum ex talis subtractione nihil relin-
qui, prima fronte sit manifestū. Solum igitur de subtractione minoris, à maiorī nu-
mero, uidetur esse tractandum. Itaq; in subtractione (ut ad rem ipsam deuenia-
mus) *Regula subtractionis.*

ORONTII FINEI DELPH.

mus) duo praeципui nobis occurunt numeri: ut pote maior ipse numerus, à quo facienda est subtractione, & is qui subtrahendus est, qui sub ipso maior in numero, respōdentibus eiusdem ualoris & locis & clementis, uenit collocandus. deinde subscrībēda est in transuersum lineuncula: sub qua numerus, qui facta subtractione manebit reponetur. Quibus ita preparatis, auferenda sunt primū unitates ab unitatibus, denē consequenter à denī, centena postmodum à centenis, & reliqua tandem à reliquis, quousq; ad ultimā utriusque numeri deueniatur elementa: res duo quod facta particulari singulorum clementorum subtractione manebit, sub interiecta lineūcula, decentibus clementis sigillatim expresso. Cum autem alicuius inferioris clementi à superiori facta subtractione, nihil relinquitur: tūphra o uenit tunc subscrībenda, dempto loco ultimo: ubi frustra ponetur ipsum clementum nō significatiuum, ad solam occupationem locorum, & significatiuorum clementorum transpositionem depuratum. Verum cum aliquid clementum ipsius numeri subtrahendi, à sibi supra posito minime poterit auferri (quod solet eueni frequentius) aufer ipsum clementum à 10, & residuum iungere elemento superiori, resultante inde subscrībe numerum. Vcl (& idem est) ipsi elemento superiori denam adiungas: & ab adgregato numero subtrahendū auferas elementum, subnotato (uti nuper diximus) residuo, uel subscripta tūphra o, quoties ipsum residuum nullum esse continget.

Item ratione ipsius denē altero duorum modorum elemento superiori coniunctæ, addenda est unitas elemento proximè succedenti subtrahēdi numeri: & adgregatus inde numerus ab elemento superiori transuersum auferendus est. Vcl (& facilius) tolle mentaliter unitatem, ab elemento proximè succedenti, ipsius quippen numeri, à quo uenit facienda subtractione: & ab imaginato residuo, inferiori subtrahē numerum. Quod si idem superius clementum fuerit o: tollatur hec unitas à 10, & à residuo subtrahendus numerus auferatur. Similisq; discurſus obseruetur, quoties id necessum fuerit. Horum ratio est, quoniam virtualiter adcommodatur unitas ab elemento proximè succedenti uersus leua, ipsius quidē numeri à quo subtractione fit: quam unitatem uel oportet ab eodem clemente demere, uel clemente subrespondenti numeri subtrahendī restituere, ut utriusque numeri proposita serueretur integritas. Vtrum autem horum modorum obseruare malueris, tuo relinquimus arbitrio: cū eadem ex utroque subsequatur operatio.

EXEMPLUM subtrahētiū.

S^E EX E M P L O F O R S I T A M S I N G U L A M E L I V S I N T E L L I G E N T V R . 4
Sit igitur à propositione numero 34657, subtrahēdus hic numerus 26584. His (ut supradiximus) debet subordinatis, & interiecta sub utroq; lineuncula: à dectis & minoribus elementis operaris incipias. Si 4 auferantur à 7, relinquentur tria: subscrībe igitur 3. Deinde, si 5 subtrahi non possunt: aufer igitur 8 à decē, relinquentur 2, hæc adde ipsi 5, fient septem. Vcl iungere decem ipsi 5, resultabunt quindecim: dic igitur. si 8 auferantur à 15, remanebunt pariter septem: scribe itaque 7, sub interposta lineūcula. Postmodum ratione denē ipsi 5 superadditæ, iungito unitatem proximè sequenti clemento numeri subtrahēdi, ut pote quinario, scilicet sex: dicas ergo. si 6 tollatur à 6, nihil relinqueretur: subscrībito igitur tūphram o. Idem habebis, si ab ipsi 6 numeri à quo subtractione fit, abstuleris mentaliter unitatem, quam precedentem quinario nuper accommodasti, & à relictis 5 centenis, sub respondentes 5 centenas subtrahendi abstuleris numeri: nihil enim relinqueretur. Rursum 6 à 4 tolli non possunt: aufer itaque 6 à decem, remanebūt quatuor, hæc iungito ipsi 4, consurgent octo. Vcl adde decem eisdem 4, fient quatuordecim: dicito itaq;. si 6 auferantur à 14, relinquentur itidem octo: subnotare respondenter 8. Tandem propter denam ipsi 4 nuper adiunctam, adde unitatem succedenti

Documentum, cum
inferiora & superiora
rivalis elementis non
possint auferri.

3

succedentib; binario numeri subtrahendi, sicut tria: dic igitur. si 3 tollatur à tribus, nihil relinquitur: nihil ergo subscribas, quoniam t; ziphra o loeum extreum in uanum oecuparet. Nihiletia relinquitur, si ab ipsis tribus numeris superioris subtraheris mentaliter unitatem, quæ præcedentibus 4 nuper admodum data fuit: & à re-

Numerus à quo fit subtrahendio,	3 4 6 5 7	lictis duabus unitatibus, duas numeri subtrahendi respondenter abstuleris unitates. Concluden dñi igitur,
Numerus subtrahendus,	2 6 5 8 4	si 2 6 5 8 4 subtrahantur à 3 4 6 5 7: hunc remane
Linea interiecta,	—	renumerum, utpote 8 0 7 3. Non dissimiliter quævis oblatum numerum, à maiorique poteris au-
Numerus remansens.	8 0 7 3	ferre, uel subtrahere numero.

De multiplicatione

Capit. IIII.

MULTIPLICARE, EST DVOBVS OBLATIS NUMERIS, productum ex ductu alterius in reliquum inuenire numerum, qui toties multiplieandum numerum comprehendat, quot sunt unitates in multiplicante. Per multiplicandum eum intelligimus numerū, qui pronomero unitatum alterius uenit augmentandus. Multiplicantē uero appellamus reliquum, utpote qui alium metitur, & semper aduerbialiter exprimitur. Exempli gratia, si duxero 7 in 5, dicendo quinque 7, producetur 35: igitur 7 multiplicandus, 5 uero multiplicans, & 35 productus uocabitur numerus de similibus idem habeo iudicium. Eum porrò numerum solemus efficiere multiplicantem, qui reliquo minor est: multiplieandum uero, qui maior, nō quia id existat necessarium: sed quoniam facilior redditur operādi uia. Leuius enim est inuenire, ter 9 quæ produeant numerum: quam nonies 3. & sic de eæteris.

SIN PRIMIS ITAQVE CONTINGIT, NUMERVM DIGITVM per se, uel alium quemuis dígitum numerum, hoc est, elementum quodlibet significatiuum per seipsum, uel alius elementum multiplicari: quæ quidem dñi gitorum, uel particularis elementorum multiplicatio, ad quorumuis articulorū uel compositorum numerorum multiplicationem est summè necessaria, & in promptu semper habenda. Hæ autem dígitorum, uel paricularium elementorum multiplicatio, nullam uidetur habere difficultatem: modò ipsi dígitū uel elementa, 5 uel 6 non exeedat unitates. Nemine enim adeò rudem (nī prorsus deliret) arbitramur, quin seiat facile iudicare, ter 4, uel quater 5, aut quinque 6, quem efficiat numerum: nempe 12, 20, & 30. Cum autem ipsi dígitū adiuicem multiplicantur, plures 5 uel 6 comprehendent unitates: utendum est haec promptitudine, seu regula. Seribe multiplicantem dígitum sub dígitō multiplicando, subiecta in transuersum lineuneula: & utriuscq; differentiam à denario numero, ad dextram utriuscq; locato regionem. Deinde multiplicat differentiam unius, per alterius differentiam: & productum responderet subscrive numerum. Subtrahe tandem differentiam multiplicatis à dígitō multiplicando, aut è diuerso: & reliquum pone uersus laeuam, post iam notatum numerum, proueniet enim numerus, ex talium dígitorum multiplicatione productus, dexter nanque dígitus unitates, sinistru uero denas, uel articulus repræsentabit numerum. Quod si forte ex differentiarum multiplicatione, articulus, aut mixtus siue compositus efficiatur numerus: tunc pro qualibet dena traducenda est unitas uersus laeuam, & productis denis adiungenda, subscripta primum t; ziphra o, aut dígitō compositi numeri responderet subnotato. Verbi gratia, si li- Exemplum.

beatis in promptu seire, octies 9 quem efficiunt numerū: pone 1 iuxta 9, & 2 iuxta 8, Primæ regula de multiplicatione dígitorum.

ORONTII FINEI DELPH.

ta 8, uersus dextram. Postea dico, bis 1 faciunt duo: scribe ergo 2, sub præsatis differentijs. Deinde subtrahit 1 ab 8, uel 2 à 9, relinquuntur septem: scribe fitur 7, uersus laeuam, sub ipsis 9 & 8, sicut 72. Igitur octies 9, producunt 72: quoniam 7 est articulus, & 2 digiti producti (qui cōpositus est)

Allud exemplum

Item si uelis inuenire, sexies 7 quem producant numerum: subordinatis digitis, & eorum differentijs, quibus à denario differunt numero, uelut nunc expressimus, & obiecta monstrat formula, dico prius, quater 3 faciunt 12, compositum numerum: subscribe igitur digitum, utpote 2, & seruato denā. Aufer postmodum 3 à 6, uel 4 à 7, relinquunt tria: quibus adde unitatem pro nuper retenta denā, sicut 4, haec scribito sub 6, uersus laeuā: confiungit 42.

Cōclades itaq; sexies 7 efficere 42. nō aliter cēscis, de cæteris quiduscūq; digitis.

Secunda regula de multiplicatione digitorum.

Alia traditur regula, de multiplicatione digitū, per digitum numerum: quæ est huiusmodi. Propositis duobus digitis inæqualibus inuicem multiplicandis, effinge numerum articulūm à minori dñominatum: & ab ipso articulo, totiens digitum ipsum minorem aufero, quot unitatibus maior à denario distat numero. Idem sicut de digitis inuicem æqualibus, altero corum in articulum transmutato: nam is, qui tandem relinquet numerus, propositum indicabit. Vt si uelis in exemplū inuenire, septies octo quem efficiant numerum: finge 7 esse 70, & ab ijs tolle bis 7, hoc est, 14 (nam 8 per duo distat à 10) relinquunt 56, optatus numerus.

Tertia via multiplicandi digitos per propriū tabellam.

Ad expeditiorē autem ipsorum digitorum multiplicationem, subiectam ordinavimus tabellam. Inuentum ergo curabis digitum multiplicādū, in alterutro lateralium numerorum ordine, & in reliquo multiplicantem, prout commodior sese offeret ingressus: offendes enim ad communem utriusq; cursum, numerum ex proposita digitorum multiplicatione productū. Vt si uelis multiplicare 9 per 8. Accipito 9 ad uerticem ipsius tabellæ, 8 uero, in laeu & extremo latere: & in communī angulo inuenies 72, cum quē optabas numerum. Idem iudica de cæteris. Hacigit uia, productos ex digiti in digitum multiplicationem numeros, longo usū, memoriae poteris facile commēdere.

Quarto articuli multiplicatiōne par digiti.

Regula.

SECUNDО, SI NUMERVS PROPONATVR ARTICVLVS, PER ipsum digitum multiplicandus: id facies ea quæ sequitur arte. Relinquet ipsis id est, elementa non significativa ipsius articulū numeri, quotquot extiterint: & duc singula elementa significativa eiusdem articuli, in oblatum & multiplicantem digitum, & productō demum numero præsatas rursum anteponit t̄ziphras, uersus dextram ipsius numeri regionem. Quod si ex ductu aliquius elementi significatiui, in ipsum digitum numerum, articulus aut mixtus siue cōpositus efficiatur numerus: scribatur suo loco t̄ziphra, aut cōpositi numeri digitus, & pro qualibet dena uel articuli, aut cōpositi numeri, traducatur unitas ad proximē succedentem locum, atquē unā cum ibidem occurrente numero fungatur. Proponatur in exemplū numerus 400, per 3 multiplicandus. Duc itaque 4 in 3, sicut duodecim: quibus adde 00 uersus dextram, in hunc modum 1200, & productū obtinēbis

Documentum.

Exemplum.

Digitus multiplicandus,	9	X	1	Differentia.
Digitus multiplicans,	8	X	2	Differentia.
Numerus productus,	7		2	

Digitus multiplicandus,	7	X	3	Differentia.
Digitus multiplicans,	6	X	4	Differentia.
Numerus productus,	4		2	

9	8	7	6	5	4	3	2	1
1	9	8	7	6	5	4	3	2
2	18	16	14	12	10	8	6	4
3	27	24	21	18	15	12	9	
4	36	32	28	24	20	16		
5	45	40	35	30	25			
6	54	48	42	36				
7	63	56	49					
8	72	64						
9	81							

Tabula numerorum ex
digiti in digitū multipli-
catione productorū.

5

6

nēbis ex hac multiplicatione numerum. Esto rursus propositum, multiplicare Alud exemplum 25000, per 7. Dicitur primum 5 in 7, sicut trīginta quīque: nota ubi uo lueris 5, & reserua mentaliter tres denas. Deinde multiplica 2 per eadem 7, sicut quatuordecim: quibus adde 3, pro tribus denis nuper reseruatis, confurgent 17. hæc scribe post 5, uersus laeuam, hoc modo 175. Tandem ad dextram ipsius numeri 175, obmissas reponito tziphras, utpote 0 0 0; & resultabunt 175000, productus ex præmissa multiplicatione numerus. Haud dissimiliter de cæteris faciendum esse iudicato. Hinc sequitur, quod unica tziphra 0, cuius numero dextror Corolarium. sum adiuncta, ipsum numerum decies multiplicat; duæ uero tziphrae 00, centies, tres 000, millesies. & ita consequenter, in infinitum.

STERTIO, NECESSVM EST COMPOSITVM NUMERVM, PER ipsum digitum aliquando multiplicare: quod facies in hunc modum. Scribe primum oblatum compositum & multiplicandum numerum, & sub eo digitum multiplicantem: intericta sub utroquè transuersum lineuncula. Deinde, multiplicare quodlibet elementum ipsius compositi numeri, per eundem multiplicantem digitum, incipiendo ab unitatibus, seu primo eiusdem compositi numeri elemento; notatis sub interposita lineuncula sigillatim productis numeris, desideratum seu productum ex ipsa multiplicatione componentibus numerum. Cum autem numerus, ex particulari cuiuspiam elementi per oblatum digitum multiplicatione produs, fuerit articulus: retinendæ sunt denæ præsatum articulum denominantes, & subscribenda est tziphra 0. At si compositus, siue mixtus extiterit ipse numerus: reseruabis similiter articulum, subnotato respondenter digito, siue residuo. Ei porro numero, qui ex succendentis elementi multiplicatione confurget: tot addantur unitates, quot fuerint ipsæ denæ ex præcedenti uel articulo uel composito numero recentes. Rursusque (cum opus fuerit) similis discursus obseruetur. Veruntamen cum ad extremum compositi, uel multiplicandi numeri peruenieris clementum: ipsius denis (si occurrant) in mente reseruatis nonus locus sinistrorum adquirendus est, in quo per congruum reponantur elementum. Item, si in eodem compolito & multiplicando numero insertæ fuerint tziphrae, id est, elementa minime significativa; nihil ex ipsarum tziphram multiplicatione generabitur (quoniam ex nihilo, nihil fit) quare tziphra 0 uenit respondenter subscribenda; nisi forte denam, uel denas aliquot habueris, ex præcedenti multiplicatione retentas, quas tunc loco tziphrae proprio subnotabis elemento. Detur in exemplum hic numerus 2508, per 5 multiplicandus. Igitur sub primo & dextro ipsius numeri elemento, utpote 8, scribe 5: & transuersalem sub utroquè ponito lineunculam. Quibus ita præparatis, hac arte procedas, dicendo, quinque 8, efficiunt 40, numerum articulum: scribe igitur 0 sub præsata lineuncula, ad respondentiam ipsorum 8, & reseruato menti liter 4 denas ipsum articulum constituentes. Postea dicas, quinque 0, nihil est: subscribenda igitur esset tziphra 0, ni quatuor haberes denas ex collecto nuper articulo reseruatas, pro quibus subnotabis 4, post 0, uersus laeuam. Cōsequenter dicens, quinque 5, faciunt uiginti quinque, compositum uidelicet numerū: subscribes ergo 5, & reseruabis articulum à binario denominatum. Tandem dices, quinque 2 conficiunt de cem, quibus si duas pro reseruato nuper articulo iuxteris unitates, sicut 12: quæ suo notabis ordine, uersus laeuam, post 5. Producentur ita quæ ex hac multiplicatione 12540. Idem de cæteris.

Numerus multiplicandus	2 5 0 8
Digitus multiplicans.	5
Numerus productus.	1 2 5 4 0

to, quinque 5, faciunt uiginti quinque, compositum uidelicet numerū: subscribes ergo 5, & reseruabis articulum à binario denominatum. Tandem dices, quinque 2 conficiunt de cem, quibus si duas pro reseruato nuper articulo iuxteris unitates, sicut 12: quæ suo notabis ordine, uersus laeuam, post 5. Producentur ita

Multiplicatio compositi numeri per digitum Regula.

Primum documentum

Secundum documentum

Exemplum.

ORONTII FINEI DELPHI.

Regula de multiplicacione articuli, **S**O QVARTO, SI LIBEAT MUL TIPLICARE NVMERVM ARTICVS=8
per articulū merk.

Ium, per alium itidem articulum numerum: Recensit utriusq; numeris tziphris,
ducunius elementa significativa, in significativa alterius elementa, & productorū nu-

mero singulas, id est, tam multiplicandi quam etiam multiplicantis anteponito tziphras, suo uersus dextram ordine, hoc enim modo, productus ex datorū numerorū

multiplicatione conflabitur numerus. Verum si in articulo & multiplicante numero duo, uel plura fuerint elementa significativa: tunc quodlibet elemen-

tū multiplicandi (intellige significativū) ducatur in quodlibet ipsius multiplican-

tis, per doctrinā præcedentī numero septimo huiusce capitis declaratam, ea tamē

industria: ut singula multiplicantis elementa, singulas procreant numerorum lineas, ab eisdē elementis multiplicatis exordium signillatim accipientes. Volo dicere, ē nu-

merū multiplicandū, in primū multiplicantis duxeris elementū: tunc à primo loeo,

uersus laeuam, productum ordinabis numerum, cum autem per secundum, à secun-

do: & eum per tertium, à tertio, & ita consequenter de ceteris. Singulæ demū pro-

ductorum numerorum lineæ, in unum (additionis officio) eomponantur numerum,

interposita rursum lineaneula. Sit in exemplum numerus 1500, per 20 mul-

tiplicandus. Duc itaq; 15 in 2, per doctrinā antecedentis numeri septimi,

fient 30: quibus antepone dextrorum tres tziphras, hoc modo 30000,

unam quidem pro multiplicante, scilicet 20, & duas ratione multiplicandi numeri,

utpote 1500, & absoluta paucis erit ipsa multiplicatio. Concludendum igitur, ui-

gesics 1500, prudere 30000. Rursum esto propositū, multiplicare 34000,

per 250. Igitur, ordinatis ut decet elementis significatiuis: multiplica 34, per 25.

primo quidem per 5, iuxta doctrinā immediate præcedentis numeri septimi, de-

compositi numeri per digitum multiplicatione: & prouenient 170. deinde per 2,

fiētē 68, ab ipso binario multiplicatis, uersus lauā distribuēda: ne eētenae in denas,

aut denar uertantur in unitates, sed digiti mul-

tiplicantis, & producti per eum numeri, debita obseruetur respondentia. Porrò 170, unacū

68 (qua 680, in ualore repräsentant) conficiūt 850: uelut obiecta descriptiūcula mōstrat. Ipsi

tādē numero 850, si quatuor tziphras, hoc est,

0000 dextrorum adiunxeris, tres quidē rōne

m̄l̄tiplicandi, & unā ex pte m̄l̄tiplicatis nūeri:

hie cōflabit nūerus 850000, ex p̄fata nūero, m̄l̄tiplicatione productus, de similibus idē iudicato.

Regula multiplicacionis compotitū numeri, per articulū, uel & contra, **S**O QVINTO, HAVD DISSIMILITER OBLATVM QVEMVIS NVME-9

rum compotitū, per articulum, uel è contra, multiplicare poteris numerum. Reli-

ctis enim articulū tziphris, duc elementa singula compotitū numeri, in elementum,

aut elementa significativa ipsius articuli, quemadmodum de mutua articulū mul-

tiplicatione, præcedenti octauo docuimus numero, & producto tandem numero

eiudē articuli anteponito tziphras, ad dextram ipsius numeri regionem: generabi-

tur enim numerus, ex talium numerorum iuuicem facta multiplicatione produ-

cētus. Addamus unicum exemplum, quo singulare addantur lucidiora. Sit igitur

nummerus 200, per 36 multiplicandus. Due itaq; 36, per 2, fient 72: quibus adde

uersus dextram, hoc est, ante 2, duas tziphras in hunc modum 7200, & opta-

tum habebis numerum. Eodem modo si 324, per 200 arte nuper expressa

multiplicantur: hic tandem producetur numerus, utpote 64800. Eadem ope-

randi ratio, in similibus obseruetur.

VLTIMO,

Numerus multiplicandus.	3 4
Numerus multiplicatus.	2 5
<hr/>	
Numeri producti.	1 7 0
	6 8
<hr/>	
Productorum summa	8 5 0
<hr/>	
Numerus ex finali multiplicatione resultans.	8 5 0 0 0 0

IO **S**VLTIMO SVPEREST DEMONSTRARE QVONAM PACTO COM
positus numerus, per compositum: aut mixtus quilibet, per alium quemuis numeri
rum multiplicetur. & hac est praeципua, & difficilior numerorum multiplicatio:
quam artificiali discursu, ex praedictis ita colligere poteris. Disponantur in pri-
mis, uti decet, numeri: utpote singula multiplicatis elementa, sub singulis elementis mul-
tiplicandi, pro discreta locorum respondentia, una cum subscripta lineuncula sub
utroque transuersaliter ponit solita. Postmodum ab unitatibus & dextris siue primis
elementis operationem initiando, duc quodlibet elementum numeri multiplicandi
in quodlibet elementum multiplicantis: & productos sigillatim numeros, a suo loco
& elemento, uersus laeuan distribuas, quos tandem in unum addas numerum: inter-
iecta rursum sub eisdem productis lineuncula, sub qua productus siue resultans ex
facta multiplicatione numerus, solito more reponetur. Quenadmodum octauo
huiuscce capitinis numero, proprio admonuimus documentum: quod quidem documen-
tum, una cum duobus precedentibus, numero septimo sufficienter expressis, in ple-
niorem eorum quae diximus intelligentiam, uenit iterato consulendum. Quibus *Documentum.*
documentis, hoc etiam adjiciemus: uidelicet. Quoties aliquid elementum multi-
plicantis fuerit non significativum: hoc est tziphra, nihil ex eo producetur: qua
propter ab ipso elemento non significatio, uersus laeuan tot subnotentur tziphrae,
quot elementa multiplicandus comprehendit numerus. Sufficit tamen unica tan-
tummodo tziphra responderet subnotata, locum ipsius elementi multiplicantis oc-
cupare: quoniam ceterae (ne saltem iudicio) in uanum scriberentur. Itcm, quo-
ties aliquid elementum ipsius multiplicantis numeri fuerit 1, id est, unitas: tunc ab
ipso unitatis elemento, uersus laeuan, numerus multiplicandus uenit integrè distri-
buendus, quoniam unitas nequè in multiplicatione, nec in diuisione aliquid im-
mutat. Exemplari calculo quae diximus, solito more discurramus. Sit ergo
multiplicandus hic numerus 5423, per 204. His itaque uelut admonuimus,
& subiecta descriptiuncula docet ordinatis: dico primum, quater 3 faciunt duo-
decim: subscrive 2 ad rectum ipsorum 4, & seruato in mente denā. Postea di-
cas, quater 2 efficiunt octo, quibus adde unitatem pro nuper obseruata dena,
fient nouem: subscribito ergo 9, in ordine proximo, uersus laeuan. Rursum
dico, quater 4 conficiunt sedecim: subnotabis igitur 6, seruabisque iterum
denam, siue articulum. Tandem dices, quater 5 faciunt uiginti, quibus si
pro referuata dena unitatem adiunxeris, fient 21: subscrivas itaque 1 post se-
senarium, & in quinto, atque ultimo limite 2. Hoc primo discursu peracto, ad
proxime succedens numeri multiplicantis te confer elementum: quod cum sit

tziphra, id est, nullius significationis, nihil
ex sua multiplicatiōe producet: idcirco sub-
cadem tziphra numeri multiplicantis, alia
scriba tziphra: uel tot (si uolueris) sumistror
sum, quot in multiplicādo numeros sunt ele-
menta. Cōsequēter ad ultimū numeri multi-
plicatis deueniendū est elementū: utpote 2.
Dic ergo, bis 3 faciūt sex: scribe ergo 6, sub
binario. Rursumque dico, bis 2 com-
ponunt quatuor: subscribito 4, post se-
senarium, ad laeuan ipsius regionem. Po-
stea dicas, bis 4 efficiunt octo: subno-
tabis igitur 8, suo ordine. Dicito tan-
dem, bis

5	4	2	3	Numerus multiplicandus,
2	0	4		Numerus multiplicans.
2	1	6	9	2
0	0	0	0	Numeri producti.
1	0	8	4	6
1	1	0	6	2
				Numerus residuans

ORONTII FINEI DELPH.

Notandum. dem, bis 5 faciunt decem: ergo subscribenda est tiziphra 0, & post eam 1, in ultimo loco uersus leuam adquisito. Cum igitur per ipsum binarium multiplicasti, idem effecisti, ac si dixisses, ducenties 5423; ex quo ducet, hic resulat numerus 1084600, primo & secundo loco tiziphris occupatis. Idem censibus de ceteris elementis, pro locorum respondentia. Demum si productos ex singulis multiplicationibus numeros, in unum collegeris numerum, interposita rursus linea-
cula: probabis ex facta multiplicatione, prouenire 1106292. Qui quidem nu-
merus se habet ad multiplicandum, ueluti multiplicans ad unitatem. Idem iudicato de reliquo.

Allius multiplican-
di modus omnium fa-
cillimus, atque cer-
tissimus.

Regula.

Exemplum.

PLACET TANDEM, ALIVM M V L T I P L I C A N D I S U B N E C T E R E II modum, omnium quippe certissimum & facillimum: & ijs maximè cōducens, qui solent obliuiosa mentis imbecillitate laborare. quo singula productorum numerorum elementa, oculari patent inspectione: nec opus est articulos in mente reseruare, quorum obliuione plerunque contingit errare. Sed ad rem ipsam properemus. Oblatis itaq; duobus numeris inuicem multiplicandis: erige super abaco figuram quandam rectilineam, paruis admodum contextam quadrangulis, cuius longitudo tot quadrangula comprehendat, quot sunt elementa in numero multiplicando, latitudo uero, quot in ipso multiplicante numero. quodlibet inde quadrangulum diagonali bipartitur lineuncula. Quibus ita præparatis, multipli-
candus supra scribatur numerus, multiplicans uero ad dextrum figuræ la-
tus collocetur: eo quippe modo, ut singula cuiuslibet elementa suis locata sint quadrangulis, & ultimum elementum multiplicantis, cum primo elemento mul-
tiplicandi ad rectum & communem ueniat angulum, reliquis deorsum ordine distributis. Ducantur postmodum singula multiplicandi, per singula multipli-
cantis elementa, & producti numeri proprijs inscribantur quadrangulis: digitii quidem subdiagonali, & articuli supra. Congregentur tandem singuli nume-
rorum ordines, ab ipsis lineis diagonalibus transuersaliter separati, à dextro & in-
feriori quadrangulo initio sumpto: resultabit enim numerus ex tali multiplicata-
tione productus: Sit in exemplum numerus 354, per 265 multiplicandus. Ig-
itur facta linearum contextura, locatisquæ suo ordine numeris, ueluti subiecta monstrar formula: due primum 4 in 2, fient 8, hæc scribe intra infimum supe-
rioris & dextri quadranguli trigonum. Postea ducito 5 in 2, prouenient 10,
articulus numerus: pone itaque 0 in infimo, & 1 in supræmo succedentis qua-
dranguli trigono. Rursus per ipsum binarium multiplica 3, fient 6: hæc scribe
suo loco. Conser te postmodum ad 6 medium ipsius multiplicantis elementum,
& per ipsum multiplica 4, producentur 24: scribe igitur 4 intra inferiorem, &
2 intra superiori dextri & secundi ordinis quadranguli trigonum. Et ita con-
sequenter de reliquis: ex secundo ad primū duece
niendo multiplicatis elementū. Demū absolu-
ta multiplicatione, adde numeros ad inuicem
ex singulis multiplicationibus prouenientes:
in hunc modum. Sub infima contexturae li-
neuncula, & dextro, atq; inferiori quadrangu-
lo, pone tiziphram 0. Deinde dico, 4 & 2 sa-
ciunt 6, & 5 conficiunt 11: scribe igitur 1, sub
sequenti uersus leuā quadrāgulo, dena in men-
te reseruata. Et dico rursus, 8 et 2 faciūt 10,
& 2 efficiunt 12, & 5 constituant 17, quibus
adde unitatem pro nuper obseruata dena, fient 18, subscrives ergo 8, in tertio
laeuorum

Multiplicandū	3	5	4	2	Numerus multiplicandus
Numeri producti.	0	1	0	8	
	6				
	1	3	2	6	
	8	0	4		
	1	5	2	5	
	5	2	0		
	1	5	2	5	
	9	3	8	1	Summa.

lexuorum ordine. Itē pro reseruata dena, adde 1 succendentibus numeris, & colligentur 13, unde si notaueris 3, & denam rursum pro unitate ad ultimum traduxeris ordinē, consurgent 9: quibus suo loco designatis, habes uniuersum numerum ex hac multiplicatione productū, 93810.

De diuisione eorundem integrorum.

Caput V.

I VIDERE, EST OBLATVM QVEMVIS NVMERVM, PER alium aut minorem, uel saltem aequalē numerum, toties adaequatē distribuere, quot in ipso minori uel aequali numero sunt unitates: hoc est, diuidere est numerum artificialiter inuenire, qui quoties numerus diuisor in diuidendo numero praeceps contineatur ostendat. Diuidendum adpellamus numerum, qui per alium partiendus offertur. Diuisorem uero, cui præfatus numerus diuidendus adaequatē distribuēdus est: eo quippe modo, ut quoties fieri poterit, ipse diuisor à diuidendo subtrahat numerum. Viciū porro numerus ex artificiā diuisione procreatus, numerus quoties uulgo nuncupatur qui semper in ea ratione se habet ad unitatem, qua diuidendus ad numerum diuisorem. Exempli gratia, si proponantur 40 diuidenda per 8, quoniam 8 quintuplē in 40 continetur, uel ex eisdem 40 euilibet ipsorum 8 cadunt praeceps 5: idcirco præfatum numerum 40 diuidendum, 8 uero diuisorem, & 5 quotientem adpellabimus numerum. At 5 ad 1, ueluti 40 ad 8, quintuplē uidetur obtinere rationem. De ceteris idem iudicato. Itaque diuisio semper uenit intelligenda de maiorī numero, per minorem numerum: quoniam minorem per maiorem diuidere numerum est impossibile, & qualē uero per aequalē superuacaneum, cum pro quotiente numero semper occurrat unitas.

2  PLURES DIVIDENDI MODOS ACCEPIMVS, SED VNICVM duntaxat breuiorem, & omnium facillimum tibi selegitim: quo mediante, datos quoescunq; numeros, per alios quosvis etiam numeros, poteris in hunc diuidere modum. In primis itaq; diuidendus numerus decentibus exprimatur elementis: sub quod duæ parallelæ, id est, aequidistantes in transuersum ducantur lineunculæ, intra quas numerus quotiens reponetur. Sub his deinde parallelis diuisor uenit ita collocandus, ut sinistrum & ultimum eiusdem elementum, sinistro & ultimo diuidendi respondeat elemento: & cetera ceteris, prout ordo requirit, ni forsitan ipsum ultimum & leuum diuisoris elementum, ultimo diuidendi maius fuerit elementum: nam tunc ipsum ultimum diuisoris elementum, sub elemento diuidendi penultimo prima fronte locandum est, & reliqua sub reliquis, seruato dextrorum ordine. Quibus ita præparatis: operatio ab ultimis & grossioribus elementis, hoc pacto sinistrorum uenit initianda. Consyderandum est in primis, quoties ultimum diuisoris elementum, in elemento aut numero diuidendi supra posito reperibile sit: item, an reliqua diuisoriæ elementa, in superioribus elementis, aut sigillatim occurribantibus numeris, toties inueniri possint, id enim est necessarium, quando plura diuisoriæ sunt elementa significativa: nullo unquam ad prima numeri diuidendi elementa, que primum diuisoriæ elementum dextrorum antecedunt, habitus respectu. Is ergo uiciū numerus diligenter examinatus, inter lineas aequidistantes locari debet, super primum & significatiuum diuisoriæ elementum (nō referret tamen, ipsum supra primum, etiam non significatiuum, uel alibi ponere) & tandem per singula diuisoriæ elementa sigillatim multiplicari, & productus ex qualibet divisione p̄ticulari numerus, à superioribus elementis numeri diuidendi, aut succedentibus residuis

Quid nam si diuide
re sive parti.

Numerus diuidendus,
Numerus diuisor.

Numerus quotiens.

Regula diuisionis
generalis, & omnia
facillima.

ORONTII FINEI DELPH.

residuis eiusdem numeris sigillatim auferri: residuo, cum superabundauerit, respōdenter supranotato, cancellatis prius utriusq; numeri quæ seruerunt elementis. Hoc primo discursu peracto, quodlibet diuisoris elementum, per unicū limitē dextrorum uenit anteriorandum: simili rursum quotientis toties examine facto, quatenus primum diuisoris elementum, primo ipsius numeri diuidendi respōdeat elemento, tunc enim absolute & completa proposita diuisonis uidetur operatio.

Documenta in diuisione seruanda.

Quod si contingat diuisoris elementa, plures quam nonies in supra positis elementis aut numeris inueniri: solum tamen 9 inter lineas parallelas, aut alibi pro quotiente repones, quoniam nullum habemus arithmeticum elementum maioris, immo nec tantū ualoris, quam sit ipsum novenarium: quemadmodum capite primo declarauimus. Quoties autem aliud diuisoris elementum, in suprarepondēti aut numero aut elemento non poterit aliquoties, utpote semel inueniri (& si forsitan reliqua in suprapositis semel, aut plures inueniātur) tunc iphra o pro digito quotientis accipienda est frōto diuisore numeroper unicū limitē rursum anteriorato.

Item quandocunq; in diuisore compr̄hendetur aliud elementum non significatiuum, id non est in operatione curandum, potissimum ubi primas occupauerit sedes: quoniam ex nihilo nihil prouenire certum est. Porro si absolute diuisione aliud superfuerit ex diuidendo residuum, ipsum debet esse minus diuisore: quod interiecto gnomunculo, à toto (si uelis) separabis numero. Nec te pr̄tereat, ipsum residuum à diuisore denominationem obtinere: unde & sub eodem residuo, diuisorem poteris seorsum scribere numerū, posita (ut solet) inter utrumq; lineuncula.

Expedita numeri quotientis inveniētio.

SEX HIS FACILE COLLIGITVR, TOTAM ARTIS DIFFICVL^z, tatem, à sola numeri quotientis inuentione pendere. Huius itaq; numeri quotientis inuentionem, perquam facilem tibi recēter excogitauimus, & quæ sine tedious numerorum discursu, nullam tibi mentis oppressionem generabit: fitq; in hunc modum. Scribe seorsum 9 elementa significativa, ab 1 deorsum ordinata. Deinde ad lēuam unitatis regionem, diuisorem collocato numerum. Hunc postea duplica, & duplatum numerū pone iuxta 2. Productō rursum ex duplicatione numero, præfatum adiungito diuisorem: & prouenientem inde numerum subscribito in rectū ipsius 3. Iterum cum productō numero, eundem componito diuisorem: & numerū resultantem, collocato ad lēuam quaternarij regionem. Idq; toties facito, donec ad 9 perueniri elementum: eo quidem modo, ut singulis elementis significatiuis, singulare respondeant numeri ex continua diuisoris additione producti. Quibus ita præparatis, confer numerum diuidendum, supra diuisorem, & à primo cius elemento uerius lēuam occurrentem, cum præmissis numeris: & cumnotato numerū, qui eidem numerodiuindendo aut æqualis, aut proximò minor existit, nā dīgitus qui ad dextram & rectam eiusdem numeri regionem sc̄e offeret, is erit pro desiderato quotientie sumendus. Hunc igitur suo loco reponito, & facta ciusdem quotientis per singula diuisoris elementa multiplicatione, debitāq; numerū sigillatim productorum à supra respondentibus subtractione: residuum (uelutante monimus) supra notetur. Rursumq; similis discursus obseruetur: quo usq; finita sit diuisonis operatio. Poteris etiam (si uelis) ad maiorem uel facilitatem, aut diuisonis promptitudinem, sine aliqua digiti quotientis per diuisorem multiplicazione: cum numerum, quem inter productos ex continua diuisoris additione numeros, ad lēuam quotientis inuenisti, à numero diuidendo ipsi diuisori supra & lēuorum posito, elementatim auferre. eadem manq; redibit operatio: sed multo breviori, atq; facilitiore, & quæ te (si eam semel degustaueris) plurimum obſtando, à prolixo tediousq; singulorum elementorum discursu præseruabit.

EXEMPLIO

4 **S**EXEMPLUM FORSITAM QVAE DIXIMVS CLARIUS INTELLIGES. Sít ergo diuidendus hic numerus, 73100, per 126. Hos disponito ueluti nuper admonuimus, & subsequens indicat formula. Postmodum ordinatis ab unitate dígitis, uel elementis significatiuis: collocato diuisorem, utpote 126, ad laevam unitatis regionem. Hunc postea duplica, sicut 252: haec subscríbito iuxta 2. Ipsis rursum 252, addito 126, prouenient, 378: quæ reponis in re-

*Exemplum diuisio-
nis.*

Diuisor.		Digitus progenitorem sumens.
126	1	
252	2	
378	3	
504	4	
630	5	
756	6	
882	7	
1008	8	
1134	9	

*Numeri ex continuo diuisori additione
Producuntur diuisores fieri videntur numeri.*

etū ipsius ternarij. Iterum cum eisdem 378 iungito 126, resultabunt 504: haec subscrībes iuxta 4, uersus laeuā. Consequenter prafatis 504 addit 126, sicut 630: quæ notabis ad laevam quinarij regionem. Et deinceps per continuam additionem ipsorum 126, succedentes consurgent numeri: utpote 756, 882, 1008, & 1134, reliquis elementis significatiuis, uideclicet 6, 7, 8, 9, sigillatim respondentes: quemadmodum ex obiecta descriptione, cōprahēdere facile est. His p̄missis: contemplare numerum in p̄parata descriptione cōtentum, numero diuidendo supra diuisorem à primo eius elemento uersus laeuā posito æqualem. Et quoniam nullus talis occurrit numerus: accipere 630 numerū proximō minorē, ad cuius dextram regionem sese offerunt 5, primus quotiētis numeri dígitus. Scribas ergo 5 inter lineas aequidistantes, supra 6: & dicito, semel 5, sunt quinque: auferātur 5 à 7, relinquentur duo, dele igitur 7, & supra scribe 2. Postea dicas, bis 5, sufficiūt decē: subtrahātur 10 à 23, supererūt tredecim, cancellato itaque 2, & supra scribito 1: ipsi 3 intactis, ut remaneant 13. Rursum dico, sexies 5, producunt triginta: aufer 30 à 131, relinquentur 101. Sufficit ergo delere 3, & supra notare (si uolueris) tziphram 0. Idē relinquentur numerus, sine aliqua dígitū quotiētis per diuisorē multiplicatione: sū à 731 eundem minorem & propinquiorē immeidatē subduxeris numerū, utpote 630. sola nāq; unitas scribēda erit supra 7, & o super 3: uelut ex secūda ipsius exēpli descriptione, deprahēdere facile potes. Hoc primo discursu peracto: renouato diuisoreni numerum, singula eiusdem elemēta per unicum limitēm (ut infra uidēs) dextrorūm anteriorando: & rursum inquirās dígitum, qui ostēdat quotiēs 126, in 1010 cōtinetur (1 em̄ supra 2, aut supra 7, ualeat 100 respectu ipsorum 6 nūc anterioratorū) hunc porrò dígitum siue labore sic obtinebis. Inuenias rursum numerum, relictu diuidendi numero, utpote 1010, uel æqualem, aut eo minorē & propinquorē: ex ante parata descriptione. Is erit 1008: in cuius rectū & dextrum occurrit 8, dígitus secundo reperiendus, scribe igitur 8 ante 5, uersus laeuā: & dicito, semel 8 sunt octo: aufer 8 à 10, supererūt duo, dele ergo 10, & scribe 2, super 3. Postea dicas, bis 8, faciūt sedecim: subtrahē 16 à 21, relinquentur quinque, cancellabis ergo 21: & scribes 5, super 1. Et dicito tādem, sexies 8, cōficiunt quadraginta octo: auferto 48 à 50, remanebunt duo, scribas itaq; 2, super 0: deletis 50. Vel, & facilius multo: tolle 1008 ab eisdē 1010 relinquentur pariter 2, super 0, ad rectū ipsorum 8 notanda, ipso numero 1010 prius cancellato, quemadmodum in secunda eiusdem exempli formula, uides obseruatum. Singula tandem ipsius diuisoris elemēta (delectis prioribus) per unicum limitēm dextram uersus renouentur. Et quoniam super 1 diuisoris nihil relictum est, immo nec ipsis 6 aliquid supra respondet, tamē si 2 in sibi respondentibus 2 semel inueniantur, idcirco tziphra 0, uenit pro quotiente sumenda, nam residuum multo minus est ipso diuisore numero, scribe igitur 0, ante

ORONTII FINEI DELPHI.

ante 8, uersus dextram: & completam habebis huiuscē diuisionis operationē, resiliētis 20, quā centesima uigesima sexta dicentur, & gnomunculo ab ipso diuidendo ueniuunt seperanda nūmero. Concludēdum itaque, si 73100 numerus, diuidatur per 126, generari pro quoquente numero 589: & residuum ipsius numeri diuidendi, fore 20 cētesima uigesima sexta, ab ipso quippe diuisore 126 denominata. De similibus non alienum oportet habere iudicium: etiam proposito quoquācūm nūmero, per alium quemuis numerum diuidendo.

580

Prima exempli formula.

	x x	Residuum
Numerus diuidendus	x x 8 8 2 0	
	7 3 x 8 0	
Numerus quotiens.	5 8 0	
Numerus diuisor.	x x 6 6 6	
	x x 2	
		1

Secunda exempli descriptio.

	x x	Residuum
Numerus diuidendus	x x 8 8 2 0	
	7 3 x 8 0	
Numerus quotiens.	5 8 0	
Numerus diuisor.	x x 6 6 6	
	x x 2	
		1

Corollarium.

Ex p̄dictis relinquitur manifestum: quoquente in diuisione numerum tot semper elementa continere, quo elementis numerus diuidendus ipsum diuisorem superat numerum, unico tantum adjunctō. Quoniam si diuisor numerus tot habeat elementa, quo & ipse diuidendus: tunc quotiens unico tantum compræhendetur elemento, at si diuidendus ipsum diuisorem numerum uno superet elemen-
to, idem numerus quotiens duo continebit elemēta: & si duobus, tria, si uero trībus, quatuor. Et ita deinceps, quantumlibet.

5

De integrorum numerorum reductione.

Capit VI.

Reductionis diffi-

nito.



Qui numeri pro-
fiores, & qui subti-
liores dicantur.

Reductionis numeri
grossioris in subtili-
orem.

Exemplum.

EDUCERE EST NVMERVM POTENTIA GROSSIOR E M, in subtiliorem: uel è contra permutare. Hæc autem reductio, sit per diuisionem: illa uero per multiplicationem, volo paucis dicere, grossiora ad subtiliora, coadiuant multiplications: subtiliora uero ad grossiora, officio diuisionis forser educenda. Grossiores solemus appellare numeros, qui potentia & extrinseca denominatione sunt maiores: subtiliores uero, qui potentia minorem & extrinsecam hadent denominationem. Velut in monetis, seu ta uocamus grossiora francis: & francos grossiores duodenis, aut duodenos turo-
nis grossiores adpellare solemus, tametsi numerus turonorum, sit plerūq; maior numero duodenorū: uel numerus duodenorū, multo lēpe major frācorū numero. De similibus, idem uenit responderem iudicādum: pro diuerso numerorū generē.

CVM ERGO NVMERVM POTENTIA GROSSIORM IN SUB-
tiliorem placuerit reducere numerum: uide quo singularia subtilioris numeri, co-
tineat unum singulare grossioris. & per uicium numerum, grossiorem & reducen-
dum numerum multiplicato: nam productus indenumerus, conuersum ex redu-
ctione numerum ostendet. Demus igitur exemplum de monetis (nam idem erit
iudicium de ceteris) Si uelis reducere 150 francos ad duodenos, quoniam francus
vnuis 20 cōtinet duodenos: multipliça 150, per 20, & producētur 3000. Ergo pre-
fati 150 franci, reducūtur ad 3000 duodenos. Quod si placuerit eosdem 3000 duo
denos, ad turonenses consequēter reducere denarios: multipliça 3000, per 12 fient
36000 turoni. nam unus duodenus, 12 denarios turonenses compræ-
dit. Horum autem exemplorum succedētes, in maiore dīctorum elucidationem,
accipito formulas.

ARITH. PRACT.

Prima exempli formula.

Numerus fr̄icorū reducēdus	1 5 0
Numerus duodenorū unī fr̄aci.	2 0
	0 0 0
	3 0 0
Numerus duodenorū, ex fr̄icorū reductione productus.	3 0 0 0

LIB. I.

FO. 9.

Secunda exempli formula.

Numerus duodenorū reducēdus	3 0 0 0
Numerus turonorū unius duodenī.	1 2
	6 0 0 0
	3 0 0 0
Numerus turonorū ex duo denorū reducētō pducētus.	3 6 0 0 0

350 QVOTIES AVTEM SBTILIORIS DENOMINATIONIS Reductio numeri
numerum, in grossiore reducere fuerit operæ precium: id facito diuisionis officio, in hunc quippe modum. Considera quo singularia subtilioris numeri, con-
ficiant unum singulare grossioris: & per numerum quotientē, subtiliorem & redu-
eendū diuidito numerum, nam quotiens ex diuisione procreatus numerus, pro-
positum indicabit. Repetantur in exemplum nuper expressi 36000 turoni, ad
duodenos reducendi. Igitur quoniam 12 turoni, unum efficiunt duodenū: ideo
præfatos 36000 turonos, per 12 diuidere necessum est. Ficti igitur pro quotiente nu-
mero, 3000 duodenī. Porro si hos 3000 duodenos, uelis similiter ad francos
reducere: diuide 3000, per 20, & generabuntur pro quotiente 150 franci. 20
nanquè duodenī, unum componunt francum. Quæ omnia subiectis patent for-
mulis, ad clariorem singulorum euidentiam adiunctis.

Exemplum.

Prima exempli descriptio.

Numerus turonorū reducēdus.	3 6 0 0 0
Numerus duodenorū procreat.	3 0 0 0
Numerus turonorū unius duodenī.	x x x x 2
	x x 1

Secunda exempli descriptio.

Numerus duodenorū reducēdus.	3 0 0 0
Numerus francorū generat.	1 5 0
Numerus duodenorū unius franci.	x x x 0
	x 2

4 Cum autem ex tali reductione, aliquid superfuerit residuum: ipsum proximè diuisi & reducendi numeri denominationem obtinebit. Vt pote, si 345 duodenī reducerentur ad francos: absoluta diuisione 345 duodenorū per 20, sicut pro quoientē reductionis 17 franci, unā eum 5 duodenis remanentibus, qui unum quartum unius franci poterunt non indecenter adpellari. Idem intellige facie-

Notandum.

5 dum de cæteris. Tenebis etiam pro generali documento: numerorum genere plurimum distantium reductionem, per continuatam intermediorum & proximè sucedentium numerorum reductionem esse faciendam. Si uelles enim francos ad turonos reducere, hi primum reducendi sunt ad duodenos, & duodenī tandem ad turonos. E diuerso autem, si turoni proponerentur ad francos reducendi: hos prius uertes in duodenos, & duodenorū numerum in francos. De cæteris quibuscunq; similibus, responderet est iudicandum. Nec te prætereat, in reliquis monetarum generibus, ponderibus, mensuris, cæterisq; eiusmodi rebus, in diuer-
sas partū rationes subdiuisibilibus, similī uia fore procedendū. Considerandi nān-
que sunt monetarum ualores, ponderum & mensurarum, aliarūmque rerum per-
scrutanda genera: & absoluenda singulorum reductio, quæadmodum supra mon-
strauimus, & ex prædictis regulis, ac earūdem exemplis elicere haud difficile est.

*Documentum in re
duectione seruandū.*

ORONTII FINEI DELPHI.

De inuentione radicis quadratorum numerorum.

Caput. VII.

*Quid sit quadratum
inueniens radicem*



VADRATAM ALICVIIS NVMERI RADICEM INVENIRE, est numerum artificiose discursu colligere; qui per se se multiplicatus, oblatum numerum (si fuerit quadratus) praeceps componat:

Numerus quadratus. *Radix quadrata.* *Quadrato multiplicante.* *Quadratus itaque numerus, quan-*
dam cum geometrico quadrato nuncetur habere similitudinem: cuius latus quodlibet, radix eiusdem quadrata nominatur. Quemadmodum ex obiecta figura, instar planae quadratèque superficie 16 unitatibus distributa, comprehendere haud obscurū est. Sunt enim ex omni parte 4 unitates, 16 quadratum efficiens numerum. Quid autem sit quadratum geometricum, videbis infra, suo loco.

Arte generali de quadrato radicis inuentione. DATO Igitur QVOCVNQVE NVMERO, CVIUS QVAZ
dratam uis habere radicem: hunc primum ita disponito, ut eiusdem elementa, pendentibus lineunculis, à dextris sinistrorum, bina separantur. Sub eodem numero geminae ducantur parallelae, seu æquidistantes lineæ: radicales digitos (ut iuri quotientes in diuisione) suscepturn. His in hunc modum præparatis; ab ultimis & grossioribus elementis operationem initiando, digitus exquiratur numerus, qui per se se multiplicatus, ultimò distinctum uersus leuam evacuet numerū, uel quam maximam poterit ipsius numeri partem. Quo quidem inuento dígito: is inter lineas æquidistantes, sub ultimo locetur numero, à toto numero lineula uersus leuam separato, sub dextro quippe elemento (si binis constet elementis) id est, totius numeri penultimo. Deinde, præfatus dígito per scipsum multiplicetur: & productus inde numerus à supra respondentí numero subtrahatur, residuo (si contingat esse) debite supra notato, delictis primum, quæ seruerunt elementis. Hic demum inuentus dígito dupletur, hoc est, per 2 multiplicetur, & producti numeri primum elementum (si bina comprehendat elementa) sub lineis æquidistantibus, & proximè dextrorum antecedenti límite ponatur, reliquo sub eodem dígito responderter collocato.

Expedita primi dígiti inuentione. Hunc autem primum radicis dígitorum, si minus in hac re fueris exercitatus, ex obiecta depones tabella. Ultimum ergo, & leuorum distinctum numerum, aut eo proximò minorem in dextra eiusdem tabellæ accipias columnula: nam è leua ipsius numeri regione, præfatum numerum dígitorum respondenter offendes. Continet enim ipsa tabella singulos numeros, ex nouem dígitorum in se se multiplicatione productos.



	Digit.	Quadrati.
Semel.	1	1
Bi.	2	4
Ter.	3	9
Quater.	4	16
Quinques.	5	25
Sexies.	6	36
Sepies.	7	49
Oties.	8	64
Nenies.	9	81

Rursum

Rursus sub dextro inter proximas lineunculas elemento, alius inuestigetur, & postea subscriptatur digitus: qui multiplicatus per duplatum primae radicis numerum, debeat quae super ipsum duplatum & sinistrosum reliqua sunt, postmodum in seipsum ductus, evacuet quae super ipsum digitum, & uersus laeuan residua sunt clementia, uel q̄d maximā poterit corundē partē. Hic pariter digitus, unā cum prius inuenito duplētur: & producūtū numerū primum elementum, infra parallelas, sub immedietā p̄cedēti collocetur elemento, reliquis uersus laeuan ordine distributis, cancellato item priori numerō, ex duplatione primae radicis generato. Ipsū porro digitū, & reliquos omnes à primo, pro numerorū magnitudine reperiēdos, sine tedium discurſu, hoc modo curabis inuentū. Diuide numerū cūlibet duplato radicum numero supra & laeuerū respondētem, per ipsūmētē duplatū & sigillatim occurrentē numerū: nā digitus ex tali diuīsione procreatus (semper enim efficietur digitus) uenit inter līneas aequidistātes pro defyderata radice locādus. Quē si uelis diligētiū examinare: uide an residuum quod facta supereft diuīsione, unā cū elemēto sub quo reponendus est digitus, sit maius, aut saltē equale numero, qui ex ipso digito in se multiplicato producūtū: quoniā si minus fuerit: ipse digitus unita tē, uel ad summū binario minor accipiēndus est, quod raro tamē euēnire cōtinget.

*Inuentio facilissima
reliquerū digitorū.*

Iterum sub dextro inter proximas lineunculas dextrorū sum antecedētes elemēto, cōgruuſ, fuxta modū nuper expressum, digitus inuestigetur: qui per singula duplata numeri multiplicatus elementa, & postmodum in seipsum ductus, singulos supra locatos, & sigillatim respondētes evacuet numeros, aut q̄d maximā poterit eorundē numerorū partē. Is consequēter radicalis digitus, unā cum prius inuentis, & inter līneas collocatis digitis, solito more duplētur: & producūtū ex duplatione numerus (ueluti fecisti de ceteris) debito subscriptatur ordine, deletis antea duplati numeri que seruierunt elementis. Rursumq̄ discurſus priori similiſ cōtinuitur: 3 quatenus sub primo totius numeri deuenēris elemento. Nec te p̄tereat, quo-
Doximētā nātālatis in fine, uel operationis medio, unitas pro radicali digito superabundauerit: reponendam tunc esse t̄ziphram o, loco ipsius dīgitatē, unā cum prius inuentis radicibus fore duplādam, nisi sub primo totius numeri id acciderit elemento. Itē, cum absolute radicis inuentione, nullum ex proposito numero superabundauebit residuum: concludito numerum oblatū esse quadratum, quod si aliter euēnit, p̄fatus numerus erit minimē quadratus: necq̄ radix inuenta, eiusdem numeri quadrata uocabitur radix, sed maximi & quadrati numeri in oblate ipso numero contenti. Omnis porro numeri nō quadrati, quod inuenta radice supereft, à duplata radice denominatur: que quidē radix, et si dati numeri nō sit uera radix, est tamen utcumq̄ propinquā ueritati. Sequitur ex his, quēlibet numerū quadratum, per quadratum numerū multiplicatum: quadratum efficere numerū. Radix item quæcūq̄ numeri quadrati duplata, et demū in se ducta: quadruplum sui producit quadrati. Rursum, quā rationem habet radix ad radicē, eam habet & quadratus ad quadratū numerū: et cōtra, unde ratio quadratorū, ex ratione suarū radicium in se ducta generatur: et si rationis quadratorū radix fuerit nota, nota erit & ratio radicē. Rationē hīc uocamus, duorum numerorū inuicē comparatorū habitudinē: quā pleriq̄ proportionē adpellare confueuerunt. Sed de his libro quarto.

Corollaria.

4 **S** E X E M P L U M N O S T R O M O R E D I S C V R R A M V S: Q V O S I N gula reddātur lucidiora. Sit ergo numerus, cuius quadratam uis inuenire radicem 5308416. Eo itaq; unā cum intercidētibus lineunculis, & subiectis in transuersum parallelis (ueluti nuper expressimus, & succedēs descriptio manifestat) ordināto: inuestigabis ultimū numerū, uersus laeuan totius oblati numeri regionē separatū

*Exemplū inuicē
qua drate radicē.*

ORONTII FINEI DELPHI.

in dextra præcedētis tabellæ colūnula, quæ nō præcīsum offendes: accipies igitur 4, numerū proximō minorē, ad lāvā cuius regionē, ocurrent tibi 2, scribe ergo 2, sub 5, intra parallelas. Dicito postmodū, bis 2, faciunt quatuor: aufer 4 à 5, relinquntur unum, dclē igitur 5: & suprascribito 1. Dupla consequēter 2, fient quatuor: scribe 4, infra lineas æquidistantes, in rectū ternarij immediate præcedentis. Primo discursu cōplete, rursum inuenias digitum, sub 0, & intra præfatas lineas collocādū: hoc modo, partire 13 per 4: & habebis pro quoūtente 3, unitate relicta, quæ unā cū præcedenti tēziphra 0, efficiet decē: à quibus quadratum ipsius ternarij poterit consequēter auferri. Inscrības ergo 3, sub 0: & dicito, quater 3, faciunt duodecim: aufer 12 à supra notatis 13, relinquntur unū, dclē itaq; 13: & scribe 1, super 3. Deinde multiplicā 3 in sc̄e, confūrgent nouem: tolle 9 à relictis 10, iterum manebit unitas. cancellabis ergo 10: & scribes 1, super 0, delebis & 4, duplatum prius inuenias radīcēs numerū. finaliter duplabis utrūq; radicēs digitū, utpote 23, fient quadraginta sex: quæ figurabis rursum infra lineas æquidistantes, ponendo 6 sub 8, & 4 sub ipsa tēziphra 0. Deberes consequēter tertium inuenire digitum, sub immedia- tē præcedenti quaternario dextram uersus inscribendum. At quoniā duplatū nu- micro, utpote 46, supra respondēt solum 18, quæ per eadē 46 diuidi minimē pos- sent: idcirco accipiēda est tēziphra 0, loco digitū (nō unitas superabundare) & seria benda sub 4, intra iam dictas parallelas, quo factō, cancellabis 46, duplatū prius in uente radicēs numerū: rursumq; duplabis 230, & resultabūt 460, hacten scribito sub præfatis lineis æquidistantibus: o quidē sub unitate, 6 autem sub quaternario, et 4 sub octonario toius numeri superioris elemento. Tandē partire numerū 1841, nuper duplatū numero, uidelicet 460 respondentem, per cundem numerū 460: & generabuntur pro quoūtente numero 4, unitate relicta, quæ unā cū 6, primo to- tius oblati numeri elemēto, faciet sedecim: à quibus quadratū eiusdem quaternarij poterit (ut requiritur) auferri. Scribe igitur 4, sub 6, intra lineas parallelas: & dici- to primum, quater 4, efficiunt sedecim: aufer 1 6 à supra notatis 18, relinquntur duo, dclē itaq; 18: & scribe 2, super 8. Postea dicito, sexies 4, faciūt uiginti quatuor: subtrahe 24, à suprarepondentibus 24, nihilq; remanebit. cancellabis ergo 24: & tēziphram 0, relinques intactam, que tam- et si primum duplatū numeri sit elementū, nihil tamen (ut plērūq; diximus) producere nata est. Dicito tandem, quater 4, pro- ducūt sedecim: tolle igitur 16, à relictis 16, et nullū erit residuum. Vnde præassumptus numerus 5308416, quadratus est: & eius inuenta quadrata radix, 2304. In cæteris eadem operare uia.

Cœrolarium.

Ex his facile colligitur, numeri ūnico, aut duobus tantum elementis compræhēsi: radicem quadratam ūnico duntaxat elemento constare. Quod si numerus, tria, uel quatuor contineat elementa, radix eiusdem duobus cōstabit elementis. Si au- tem præfatus numerus quinque, uel sex elementis repræsentetur: radix eius tria continebit elementa, & ita deinceps.

*Alius modus invi-
niendis quadratū ra-
dicē ūtūlis & p̄fes-
cis.*

S^o ALIVM, SVBTILEM QVIDEM ET PRAECISVM, INVE = 5
niendarum quadratarum radicum, libet adiungere modum: ut his ualcamus fa-
cere satis, qui fideliori coguntur nonnunquam uti calculo. Proposito igitur quo-
eunq; numero, cuius quadrata radix defuderatur: adde ipsi numero uerū dextrā
quotquot uolucris tēziphras, pari tamē numero distributas, utpote 00, aut 0000,
uel 000000, & ita deinceps, binario semper obseruato tēziphram incremento.
Refultat.

*	*	*	*	*	*	Numerus propositus.
4	3	8	4	1	6	Radij quadratæ.
2	3	0	4			Dupli radicium numeri.
				4		

Resultans inde numeri, quadratam extrahe radicem secundum artem nuper expressam: neglecto prorsus (si adfuerit) ex operatione residuo. Tolle postmodum ab ipsa radice tot elementa, quotus est dimidiis adiunctarum tziphitarum numerus: et reliqua uersus laevam, seruato pro integro radicis numero. Ablata deinde praefatae radicis elementa, multiplicato per quem uolueris numerum articulum, prout libucrit partes eiusdem integrum denominare: utpote per 10, si in decimas; 20, si in uigesimas; 30, si in trigesimalis; 40, si in quadragesimalis; 50, si in quinquagesimas: aut 60, si in sexagesimas integrum partes, ipsum uolueris resoluere integrum. A produceto rursum numero, auctorato tot uersus dextram elementa, quotus est praefatus dimidiis additarum tziphitarum numerus: & reliqua manentia laevorum elementa, scribe post integrum iam inuenti numerum, pro prima eiusdem fractione ab articulo multiplicante denominata. Iterum subtracta nuper elementa, per eundem articulū multiplicata, & à producto numero tot, quot prius remouerant uersus dextram elementa: & relictum ad laevam numerum, iuxta priorem collocato fractio- nem, pro secunda eiusdem integrum fractione ab assumpto articulo denominata. Idquæ toties facito: quo usque tot tziphrae praecise relinquuntur, quot sunt in ipso dimidio additarum tziphitarum numero. Hoc enim ingenio, praecisam satis, pro additarum tziphitarum numero, eiusdem oblati numeri, poteris extrahere radicem. Ex quo sequitur, quanto plures tziphras oblate iunxeris numero: tanto

Corollarium notandum,

Exemplum secundi modi extrahendi numerum radicum quadratarum

DET V R I N E X E M P L V M, 10 numerus: cuius radix quadrata defudere tur. Ipsius itaque 10, adde sex tziphras: confusget 10000000. cuius quidem nu-

1						
x 2 7						
3 3 * 8 5						
* 4 9 8 * 6 6						
* 8 8 8 8 8 8 8						
3 1 6 2						
6 6 x 3 2						
6						

meri quadrata radix, per doctrinam antecedentem, inuenitur 3162 (uelut obiecta descriptio manifestat) remanentibus ex toto numero 1756: quæ neglecta, sensibilem non generabunt errorem. Tolle igitur tria prima eiusdem radicis elementa, hoc est, 162 (quoniam dimidiis additarum tziphitarum numerus, est ternarius) & reliquum elementum, utpote 3, seruato pro integro futurae radicis numero. Multiplica post modum 162, per 60 (placet enim huc eligere numerum) producenturque 9720, à quo numero tria rur-

sum auferas elementa, uidelicet 720: & relictum quartū, scilicet 9, seruato pro primorum minoriorum numero, post 3 integra dextram uersus collocando. Rursum ducito 720, in eundem numerum 60: & resultabunt 43200. à quibus si dempereris 200, hoc est, tria prima elementa, pro dimidio additarum tziphitarum numero: supererunt 43, loco secundorum scribenda. Tandem multiplicato 200, per eadem 60: fiunt 12000. unde sublatis tribus primis elementis non significatiuis, utpote 000: reliqua duo elementa significatiua, uidelicet 12, pro fractione tertiorum reponenda sunt. Neque ultra procedendum est: quoniam nuper oblata tria elemēta, sunt non significatiua, dimidio coniunctarum tziphitarum numero penitus similia. Colligetur ergo, pro defudata radice 3, 9, 43, 12: id est, 3, integra, 9 minuta, 43 secunda, & 12 tertia integræ. Idem facito, & iudicato de ceteris quibuscumq; numeris. Possestamen, inuenta radice 3162, accipere 3 pro integris, ueluti supra fecimus: sed 1 pro decima unius integræ parte, 6 autem pro sex decimali eiusdem partis decimæ, 2 tandem pro duabus decimis unius decimæ alterius decimæ partis integræ, denaria numerorum obseruata ratione,

Notandum.

ORONTII FINEI DELPH.

De cubicæ radicis inveniōne.

Capit. VIII.

Radicem nam sit cubicæ extirdere radicem.



Numerus cubus,

Radix cubicæ.

Cubus multiplicare


V BICAM ALICVIIS NVMERI RADICEM EXTRAHERE, est numerū artificialiter indagare: qui bis in seipsum ductus, uel semel per se, & rursum in productum multiplicatus, propositum (si cubus extiterit) efficiat numerum, aut maiore integrer eubum in oblatō et minime cubo numero compræhensionem. Numerus ergo eubus dieitur is, qui ex gmina alicuius numeri per seipsum multiplicatione, uel ex uno in se seductu, & semel in productum numerum generatur. Radix ergo eubica nihil aliud est, quam ipse numerus ita multiplicatus, cuncte cubum efficiens numerum. Inde eubice multiplicare, est datum numerum in sebis, uel semel in seipsum, & rursum in productum ducere. Quemadmodum si multiplicauerο 2, in hunc modum, bis 2 bis, sicut enim octo: aut dicēdo, bis 2 efficiunt quatuor, & bis 4 octo. Ipse igitur numerus 8, cubus est: & 2 eiusdem eubica radix. De similibus idem habeo iudicium. Hic numerus cubus, solidus imaginandus est: sex quadratis superfciebus (instar taxilli) copræhesus, ita ut primo du etu cuiuspiam numeri in se, quadratus & planus describatur numerus, et rursus ex ductu plani sive quadrati numeri, in præassumptum numerū, sive latus plani, solidus numerus adquiratur. Velut obiecta præassumpti nuper exempli descriptio, uteunq; repræsentat: & de similibus, respondenter intelligere potes.

*Ars inveniendi cu
bi radicem numer
orum.*

M O D U S A V T E M I N V E N I E N D I C V B I C A M A L I C V I S N V M E R I RADICEM, haud multum dissimilis est ei, quem nuper de quadratis tradidimus numeris: Hoc in primis excepto, quod elementa numeri, cuius uis habere cubicam radicem, à primo uersus lauum & ultimum (intercedentibus lineunculis) trina separantur. Præterea, digitus sub lauo & ultimo repertus & locatus numero, eubice multiplicatur: & facta producti numeri à superiori subtractione, idem primus digitus triplatur, acq; resultantis ex triplatione numeri primum elementum, infra lineas æquidistantes, sub medio inter proximas lineunculas elemēto locandū est, exæteris (ut in quadratis) lauorum ordine distributis. Secundū postmodū inuentus digitus, unā cū priore, in triplatū ducitur numerus, & pductus inde numerus per ipsū digiti rursum multiplicatur (quod nō obseruatur in quadratis) deinde qui resultat numerus, à superiori respectu triplati signallat uenit auferendus: residuo, cū superest, debet supra notato. ipse postmodum digitus in se eubice ducitur: & facta producti numeri à supra reliquo numero subtractione, ambo reperti digitū triplantur, consurgentisquæ numeri primum elemētū, infra parallelas, sub elemēto medio inter lineunculas uersus dextrā immediate præcedentes reponitur, exæteris (uelut ante) sinistrosum ordinatis. Inuento rursum tertio digito, id cū prius obtentis digiti in triplatū ducendus est, & productus numerus per ipsum digitum rursum multiplicandus: ut tandem cubicè ductus, totus supra respondens deleatur numerus, uel quam maxima poterit eiusdem numeri pars. Similiter cum quarto, uel pluribus radicū digitis, discursus obseruetur: quatenus sub primo totius numeri deueniatur elemēto. Nec te prætereat, inuētos radicē digitos, sub dextris elemētis esse locando: qui uidelicet intercedentibus lineunculis, à toto separantur numero.

*Documenta parti
cularia notanda.*

Item, quotiens unitas pro dīgito superabundauerit (quod euēire necessum est, quando numerus triplato supra positus, maior erit decuplo iam inuentæ radicis numero, per ipsum triplatum numerū multiplicato) tziphram o, loco digitū notabis: & cancellato proximè triplato radicum numero, ipsam radicē ex præfata tziphra & prius



& prius inuentis dīgitis resultantem triplabis, atq̄ primum triplati numeri dīgitū, infra līneas æquidistantes, sub medio inter proximas līneunculas elemento dex= trorū collocabīs, cæteris (ut prius) ad lāuam suo ordīne distributis. Quo pera= cto, ad reliquorū dīgitorū inventionē, modo nuper expressō deueniēdū est: quousque sub p̄mō totius numeri peruerteris elemento, & completam ha= bueris defyderatā radicis inventionē. Nec mīrari oportet, si factō uniuer= sali discursu, quod plerūq; superest residuum (ut in non cubicis solēt euēnire nu= meris) ipsam radicēm excedat; paruus enim numerus cubicē multiplicitas, magnū efficit numerum. Id autem residuum, à triplata radice denominatur. Sola ergo difficultas esse uideatur, in radicalium dīgitorū inventionē; prolixum enim & tā= diosum admodum effct, ab 1 ad 9, aut ē contra sigillatim discurrere, ut congruuus tandem inueniatur dīgitus. Non absentaneum itaq; duximus, tabellam consequē= ter annecctere, productos ex cubicā dīgitorū multiplicatione numeros contine= tem; qua & dīgitos omnes cubicē multiplicare (quod passim est necessarium) & p̄mū futurā radicis numerū, in hunc modū poteris inuenire. Conſydera igit̄ inter cubos eiusdem tabellæ numeros, quis eorum sit æqualis, aut proxī= mō minor numero, qui uersus lāuam totius oblati numeri regionem, ab inciden= te līneuncula ultimō separatur: nam dīgitus quem ad sinistrum eiusdem tabellæ reperies numerorum ordinem, erit pro defyderata radice sumēdus. Reliquos

Premissima dīgi= torū cubicarū 120.
diū adiumento.

	Dīgitū,		Cubū,
Semel.	1	semel.	1
Bis.	2	bis.	8
Ter.	3	ter.	27
Quater.	4	quater.	64
Quintūs.	5	quintūs.	125
Sexies.	6	sexies.	216
Septies.	7	septies.	343
Octies.	8	octies.	512
Nones.	9	nones.	729

porrō dīgitos à p̄mō, hac uenaberis arte. Finge te habere tziphram 0, pro reperiendo & optato dīgitō: hoc est, decupla iam inuentum radicis numerū (iuncta nāq; tziphra 0, ad dextrum cuiusvis numeri līmitē, ipsū dī= cies auget numerū) & decuplatum numerū, cū p̄mō radicis dīgitō, uel iam inuentis dīgitis, & eadem tziphra 0 resultantē, duc in triplatum sub parallelis numerū: & p̄ productū, diuīde numerū ipsi triplato supra positū. Nam quotiens ex hac diuīsione numerū, semper erit dī= gitus: & pro defyderato radicis dīgitō consequenter acci= piēdus. Quōd si libeat ipsum dīgitū fidelius examinare: conſydera an residuum quod absoluta relinquetur diuī= sione, unā cum elemento dextrum uersus immediate p̄cedentī, numerū compo= nat maiorem, uel saltem æqualem numero, qui ex cubicā ipsius dīgitī multiplicatio= ne consurgit. Nam si secuseuenerit: accipiendo eset dīgitū, unitate, uel ad sum= mun binario minor, uelut in quadratis expressissimū numeris.

5. **PR O P O N A T V R I N E X E M P L U M H I C N V M E R V S , V T P O T E**
12812904, cuius cubicā uelis habere radicē. Hoc itaq; numero (ueluti supra dīximus, & subseq̄ēs indicat formula) unā cū incidentibus līneunculis & subiectis in transversum parallelis ordinato: quare 12, sinistrū et ultimō distinctum numerū, in dextro supra scriptae tabellæ et cuborū numerorū ordīne, quē quidē numerū 12, nō inuenies p̄cīsum: accipies igit̄ 8, numerū proximō minorē, & offendes ē regione lāua 2, p̄mū futurā radicis dīgitū. Scribe itaq; 2, sub binario ipsorum 12 supra no= tatorum, intra līneas æquidistantes: & dicito, bis 2, sub bis, faciunt octo: aufer 8, à 12, su= pererunt quatuor, dele igit̄ 12, & scribe 4 super 2: postea tripla 2, dicendo, ter 2 efficiunt sex: subscribito 6, infra līneas parallelas, sub ea respondenter unitate, quae octonarium dextrorū inmediate p̄cedit. Conſequenter finge te habere 0, lo= eo succedentis ipsius radicis dīgitī, & unā cū prius inuentis dīgitō fieri 20: quae per 6, nuper triplatum p̄iūs inuentae radicis numerū multiplicabīs, p̄ducunturq; 120.

Exemplum inueniē= nis cubicē radicē.

ORONTII FINEI DELPHI.

Divide itaq; numerum 481, ipsi triplato supra respondentem, per 120, & prouenient ex divisione 3, pro secundo radicis digito sumenda: relictis 121, quæ una cū unitate dextrorum antecedente faciunt 1211, à quo nūero cubus ipsius ternarij factile poterit auferri. Scribe igitur 3, intra līcas æquidistantes, sub binario numeri 812, intra proximas līneulas clausi: & ducito utrūq; radicis digitum, utpote 23, in 6 triplatum numerum, & producentur 138, quæ rursum multiplicabis per 3, fient 414: hæc auferes à 481, quæ respondent ipsi triplato numero, relinquentur 67, cæcellabis ergo 481, & suprascribes 67: uidelicet 7 super 1, & 6 super 8. Duci totandē 3 cubice, dicendo, ter 3 ter, fient 27: tolle itaq; 27, à reliquo nūero 672, residuum erit 645, relictis ergo 6 in auctis, dcl 72, & supra notato 45: uidelicet 5 super 2, & 4 supra 7. Quo facto, tripla 23, fient 69: hæc scribe sub līncis parallelis, 9 quidem sub 0, & 6 sub 9 totius oblati numeri, cæcellato priori triplato numero, utpote 6. Inuestigandus est finaliter tertius radicis digitus, in hunc modum. Decupla 23 inuenta iam radicis elementa, iuncta tziphra 0 ad dextram, hoc modo 230: & ipsum decuplatum radicis numerum 230, multiplicata per 69 nūero triplatum inuentæ radicis numerum, fient 15870. per hunc ergo numerum 15870, diuide numerum residuum eidem triplato numero supra respondentem, utpote 64590, & habebis pro quotiente 4: remanentibus 1110, quæ una cum 4 primotius numeri elemento faciunt 11104, numerum multò maiorem, quæ sit numerus cubus ex cubica eiusdem quaternarij multiplicatione productus. Scribe igitur 4, intra easdem parallelas, sub 4 primo totius numeri elemento: & multiplicata singulos inuentæ radicis digitos, uidelicet 234, in 69 nūper triplatum numerum, producentur quæ 16146. hæc rursum multiplicata per 4, confurgent 64584, aufer ergo 64584, à supra notato numero 64590, relinquuntur tantummodo 6, quæ scribes super 0, reliquis elementis solito more deletis. Multiplicata tandem 4 nūper inuentum radicis digitū cubice, fient 64: hæc si à residuis 64 abstuleris, nihil relinquetur. Quare prius assūtius numerus 12812904, cubus est: & 234 ciudem cubica radix. Idem de cæteris.

Corolarium.

Ex prædictis sequitur, multò plures inueniri quadratos nūeros, quæ cubos: atquè ab 1, ad usque 1000000, prouinco numero cubo, dccc inueniri quadratos. **Allus & praecipitor modus inuenientia cubicarum radicium** **S. VOLVMVS ET ALIVM SVBNECTERE MODVM: QVO RADIX 6** cubicā datā cuiuscunquè numeri, admodum præcisa reperiatur. Oblato itaq; numero, ciuius radicem uis habere cubicam: antepone ipsi numero tot tziphras uersus dextram, quot tibi placuerit, ternarij stamen ordinibus distributas, utpote 000 ad minus, aut 000 000, uel 000 000 000, id est, tres, aut 6, uel 9, & ita consequenter, trino semper obseruato tziphram incremento. Confurgentis inde numeri cubicam extrahe radicem, iuxta modum nūero declaratum: residuo si contingat adesse, prorsus neglecto. Aufer postmodum, ab inuenta radice, tot uersus dextram elementa, quora est antepositarum tziphram tertia pars: & reliquum ad leuā numerū, pro integrorū radicis numero scorsum annotato. Sublata cōfēctio eiusdem radicis elementa, ducito in quæ uolueris numerū articulū, pro libera futuraruꝫ pñū integrī denotione: quæ ad modū nūero quinto, aīcedētis capitī sept. sigillatim exp̄ssim⁹. Rursum à producō nūero subtrahe tot elementa dextrorum, quorū sunt tziphrae in adiūtarē tziphruꝫ tertia parte: & ea quæ leuorū mantebūt elemēta notato

notato post inuentum integrorum numerum, pro prima integrâ fractione, eiusdē quippe denominationis cum accepto multiplicante, uel articulo numero. Per eundem iterum numerum articulum, subtrahita super clementa multiplicata, removentur cęs à productō numerō tot, quod prius dextram uersus ablata sunt clementa; relictus enim ad lēuam numerus, secundam eisdem integrâ fractionem indicabit, à p̄fato articulo denominatam. Id autē toties obseruato, donec adaequatè tot relinquantur tziphrae uersus dextram auferēdæ, quot fuerint in eadem antepositorum tziphrarum tertia parte. Hac enim uia, radix cubita, ueluti & quadrata, p̄cisa admodum & subtiliter inuenietur, iuxta compositarum tziphrarū numerum. Vnde, uelut in quadratis, sequitur: tāto p̄cisorē futuram oblati numeri radicē cubicā, quanto plures eidem numero tziphras dextrosum anteposueris.

7 **S**EXEMPLAREM discurramus calculum, in maiorem singulorum elucidatiō nem. Sit igitur numerus propositus 30: cuius si cubicam & p̄cissam libeat inuenire radicem, facito in hunc modum. Addit nouem tziphras uersus dextram eidē oblati numero, fient 3000000000: cuius numeri radix cubica, secundū artē

$$\begin{array}{r} 6 \quad 3 \ 9 \\ 3 \times x \times 9 \ 7 \ 3 \ 4 \ 3 \ 5 \ 7 \\ 3 \ 0 | x \ 0 \ 0 | x \ 0 \ 0 | x \ 0 \ 0 \\ \hline 3 \quad 1 \quad 0 \quad 7 \\ 9 \quad 9 \ 3 \ 9 \ 3 \ 0 \end{array}$$

nuper expressam, est 3107 (quemadmodum obiecta monstrat formula) relictis 6733957, quæ prorsus non curabis. Ausē itaq; tria prima eiusdē radicis clementa, utpote 107 (nam tertia pars additarum tziphrarum, ternario constat numero) reliquum autem clementum, scilicet 3, scorsum scribe, pro integrorum futuræ radicis numero. Ducito postmodum 107, in 60 (ueluti fecimus in qua-

dratis) resultabunt 6420, à quibus tria prima rursus auferas clementa, utpore 420: & ultimum uersus lēuam elementum, scribito post 3, uersus dextram, pro primorū minutorū numero. Multiplica rursus 420, per 60, fient 25200: à quo numero si abstuleris 200, tria scilicet clementa priora, relinquuntur 25, quæ scribes pro secundis, ad dextrum ipsorum 6 minitorum. Demum 200 per eundem numerum 60 multiplicabis, producentur cęs 12000: ablati igitur tribus primis tziphris 000, superunt 12, loco tertiorum scribenda. Et quoniā nū per ablata tria productū numeri clementa sunt tziphrae, tertiae partē additarum tziphrarum, numero pānitū æquales; non est ulterius procedendum. Ergo radix cubica ipsius oblati numeri 30, erit 3, 6, 25, 12: quæ 3 integra, 6 minuta, 25 secunda, & 12 tertia integrâ repräsentant. Hæc igitur de utriusque radicis inuentione, & uniuerso integrorum usū, sūt satis.

De supradictorum capitū examine.

Caput IX.

PLURES EXAMINANDI MODOS ACCEPIMVS, QVIBVS antecedētium capitū, uel traditarum operationum arithmeticarum ueritas nonnunquam dñgnoscitur, aut supputantis error, utcumque manefestatur: de quibus nō nulli adeò amplum fecere processum, ut ipsam Arithmeticam uideatur uel facile superare. Primus examini modus, fit per nouenariam unitatum subtractionem: quolibet elementorum numerorum scorsum, & per se se confiderato. Secundus obsolvitur per septenariam, sed binatim coniunctorum elementorum, earundem unitatum remotionem. Verum uterque falsus, imbecilliscę reperitur, possunt enim aliquotiens auferri uel addi 9, aut 7 cuius oblati numero, item tziphra 0 libere, uel ex errore interponi, uel ante locari: ex quibus

Nouensia, & falso
penarie probatio
nis reprobatio.

ORONTII FINEI DELPH.

necessariò sequetur arithmeticas operationes esse falsas, tametsi nouchnaria, aut se-
ptemnaria probandi ratio videatur esse bona. Solum igitur subsequi necessum est,
hosce probandi modos esse ualiòs, si bene fueris oparatus, at non écontra : quem= admodum ex arithmeticis (unde pendent) regulis, deducere facile est. Præterea quinam adeò rudis est arithmeticus, qui decies aliquam non fecerit additionem,
subtractionem, aut aliam quamvis arithmeticam operationem prius, quam septem= nariam examinandi rationem absoluverit? Vnde quam importunè, quam etià inu= tiliter, quidam addiderit quinariam probandi, aut examinandi rationem: uel rudis= simo redditur facile manifestum. His itaque consultò prætermisssis, & curiosis
magis, quam ucris Arithmetice cultoribus derelictis: breuiores, & omnimoda falsis= tatis cauillatione carentes probandi modos, tibi sclegimus, quos paucis in præsentia= rū (ne supra scripta repetamus capita) describere nitemur. Si quis tamè præno= minatas per 9, aut 7 examinandi rationes amauerit, consulat Arithmeticam Io= annis Silicci: quam ex corruptissimo exemplari, in suam primum redigimus har= moniam. tametsi quidam Orontiomastix, distributa prima libri impressione, la= bores nostros haud exiguos fuerit aperte, ac satis inciuliter caluniatus: quasi non
referat, authorē aliquè tenebris in lucem primū euocare, aut aliquot impressorum erratula corrigēdo (quæ uix à lynceo possent cuitari castigator) intermixtione= rare, ne dicā uolare glossatibus. Sed de his alias: nostrū prosequamur institutū.

Additionis examen.

SO ADDITIONEM Igitur, IN PRIMIS ITA PROBATO. SVBTRA²
he ab adgregata omnium addendorum numerorum summa, quotlibet addendos
numeros, unico dēpto: cui si residuum, quod facta subtractione manebit, fucrit æqua= le, bene operatus es, secus eueniēt malè. Nam totus ipse numerus ex additione
collectus, ipsis particularibus & addendis numeris æqualis esse debet: quare & in
eosdem addendos numeros rursus disagregatus, singulos numeros adæquate re= stituerenecessum est.

Subtractionis proba= tio.

SO SVBTRACTIO, per additionem responderter uenit examinanda: hoc modo. ³
Addre relictum ex subtractione numerum, ipsi numero subtrahendo: & si collectus
ex additione numerus, ei sit æqualis numero, à quo facta est subtractio, bona iudice= tur operatio, si autem falsa, & rursus iteranda. Quoniam numerus à quo facien= da est subtractio, & subtrahendum & residuum comprehendit numerum: idcirco
si subtractus & residuus coniungantur numeri, ipse numerus à quo subtractio fa= cta est rursus debet integrari. In conuersam siue mutuam Additionis & Sub= tractionis probationem, hasce contemplare formulas: ad maiorem prædictorum
evidentiam consequenter adiunctas.

Exempli⁴.

Addendi numeri.	Additio.
3 7 5 2 1	
1 8 9 2 4	5 6 4 4 5

Addendorum summa.

Numerus à quo subtractio fit	Subtractio.
Numerus subtrahendus.	5 6 4 4 5
Numerus remans	1 8 9 2 4

Numerus remans

Multiplicatio que= liter examinanda.

SO MUL TIPLICATIONIS PORRO VERITATEM HOC PACTO CO⁴
gnosces. Diuide numerum qui ex multiplicatione resultat, per numerū ipsum mul= tiplicantem: nam si numerus quotiens ex diuisione procreatus, multiplicando sit
æqualis numero, bene multiplicasti, ubi autem quotiens à multiplicando discrepa= uerit malè, renouanda igitur est multiplicatio. Quod si præfatum numerum ex
multiplicatione productum, diuiseris per ipsum numerum multiplicandum, debes
habere pro quo tientे multiplicantē (ucrsa vice) numerū: si debite fueris operatus.
Diuisionē

5 DIVISIONE M rursum, coadiuante multiplicatione probabis: hac uia, multiplicando numerū quotiētem ex diuīsione procreatum, per ipsum diuīsorem numerum: & si resultans ex multiplicatione numerus (iuncto, cū adfuerit, residuo) ipsi diuīdēdo numero sit æqualis, optimam iudicabis diuīsionem, secus eueniēte falsam, & rursum iterandam. Ratio huiuscmodi reciprocæ probationis, est hæc, quoniam in multiplicatione numerus multiplicandus toties accipitur, quot sunt unitates in numero multiplicante: in diuīsione autē, numerus quotiēs à diuīdēdo toties aſcertur numero, quo in diuīsore sunt unitates, unde fit, ut examinādo multiplicationē per diuīsionē, fiat ipsius numeri multiplicādi rectitudo: & è contra, diuīsionem per ipsam probādo multiplicationē, diuīdendus rursum integratur numerus. Hæc autē omnia, ex subiectis formulis deprehendere, haud difficile est: quas in lucidiorum singulorum intelligentiam, prædictis annexare non duximus importunum.

De diuīsionis Pro-
batione,

Multiplicatio.	Diuīsio.	Exempla.
Numerus multiplicandus	2 0 7	x x
Numerus multiplicans.	2 3	* 7 6 x
	6 2 1	2 0 7
	4 1 4	x 3 3 3
Numerus productus.	4 7 6 1	x 2

Secunda pars huius capituli, de examinatione radicum.

6 VTRIVSQVE AVTEM RADICIS INVENTIO, SOLA MULTIPLICATIONE uenit examinanda. In quadratis quidem numeris, ubi facta subtractione radicis, nullum superest residuum, in hunc modū Radicem inuentam per seipsum multiplicat: nam collectus ex multiplicatione numerus, ei numero cuius radix inuestigatur, erit æqualis, si debitam adinuenieris radicē. qui si discrepauerit ab eodem, radix iterum examinanda est. In exemplum, obiectam poteris examinare descriptionem: in qua numeri 5 4 7 5 6, radix quadrata est 2 3 4, quæ per seipsum multiplicata, præfatu rursum integrat numerū. Nā de ratione quadratae radicis est, per quadratā sui ipsius multiplicationē, quadratum (cuius est radix) componere numerū.

Quadratae radicis
examinatio.

Exemplum.

Inuenio quadratae radicis.	Propositio, per multiplicationem.
	2 3 4
x x	2 3 4
x x 8 x	9 3 6
Numerus quadratus propius.	7 0 2
8 * 7 6	4 6 8
Radix quadrata.	5 4 7 5 6
2 3 4	
* 7 6	

7 Innumeris porrò minimè quadratis, ubi superest aliquod residuum, à duplata rā dice (ueluti numero tertio, septimi capitis expressissimus) denominandum, ipsa radix ha cuiā examinanda est. Duc radicem integrām in se. deinde multiplicā solum numeratorem, siue residuum ex operatione numerū à duplata radice denominatū, per ipsammet radicem integrām bīs, & collectū inde numerū partīc per numerū denominatorem, ex duplata radice conflatum: nam generatus ex diuīsione numerus, productō ex ductu radicis integrāe numero iunctus (si beneficeris) oblatum integrabit numerū. Sit datus numerus 17, cuius radix est 4: relicta unitate, quæ unum dicitur octauum, in hunc modum representandum $\frac{1}{8}$. Dispositis igitur (quemadmodum sequitur) numeris: duc 4 radicis integrā in se, fient 16. deinde multiplicā 1 superioris fractionis in cadem 4, fient 4, id est, 4 octaua. Rursum idē facito

De radice numero-
rum minimè qua-
dratorum.

Exemplum.

ORONTII FINEI DELPH.

facto de 1 fractionis inferioris, fient similiter 4 octaua.
Quod si 4 & 4 in unū componueris numerum, resultabunt octo octaua, hoc modo repræsentanda $\frac{8}{8}$, quæ unū præcise ualent integrum (8 namque diuisa per 8 , dant 1 pro quotiente) cum 16 integris adiungendū : ex quo præfatus numerus 17 integrabitur. Non est igitur denominator numerus à duplata radice consurgens, scilicet 8 , per seipsum multiplicandus : fieret enim $\frac{1}{\frac{8}{8}}$, id est, unum sexagesimum quartum integrum, quod euidentissimè superabundaret. In hoc igitur radix ipsa peccare uidetur, est tamen ueritati proxima. Idem iudicato de cæteris. Ex quo sequitur, unum tertium errorem unius nonæ partis integræ generare, unum uero quartum unius partis sedecimæ, unum item quintum unius uigesimæ quinta, & unum sextum unius trigesimalæ sextæ partis eiusdem integræ: & ita de reliquis, suo ordine. Quod si uelis cognoscere, an radix inuenta, sit radix maximæ & quadrati numeri, in dato numero cōpræhensi; ipsam radicem duplica, & producto adde unitatem, quoniam adgregatus inde numerus, maior esse debet residuo : si enim æqualis fuerit, aut eo minor, radix iterum examinanda est, & præmissum discurrendum examen.

$$\begin{array}{c} \text{Radix qua.} \\ \text{dixit.} \\ \hline \end{array} \begin{array}{c} < 4 \frac{1}{4}, 4 > \frac{1}{4} \\ 4 \frac{1}{4}, 4 \\ \hline \end{array}$$

$$\begin{array}{c} 1 \ 6 \\ \hline 1 \\ \hline 1 \ 7 \quad \text{Numerus propositus.} \end{array}$$

Corollarium.

Nearatum.

Inuentor radicis cubicæ probatio.

Exemplum.

SO CUBICAE TANDEM RADICIS EXTRACTIONEM, PER § cubicam ipsius radicis multiplicationem, non dissimiliter examinabis; & si producetus ex cubicâ radicis inuentæ multiplicatione numerus, ei sit æqualis numero, eius radix cubicâ proponitur extrahēda, bene operatus es, quoties uero contrarium acciderit, malè. Cubicæ namq; radicis proprium esse uidetur, per cubicam suipsum multiplicationem, cubum efficere numerum. Subiunximus in exemplum, numerum 12167, eius radix cubicâ est 23, quæ per seipsum multiplicata faciunt 529: hæc rursus ducta in ipsam radicem, integrant 12167, oblatum numerum: uelut ipsa quæ sequuntur indicant operationum formula.

Cubicæ radicis extractio.	
*	x
x	x
Numerus cubus.	x x x 6 7
Radix cubica.	2 3
	6

Prima radicis multiplicatio.	
Radix cubica	$\frac{2}{2}, 3$
	6 9
	4 6
Numerus quadratus.	5 2 9

Secunda radicis multiplicatio.	
Quadratus numerus.	5 2 9
Radix cubica	2 3
	1 5 8 7
	1 0 5 8
Numerus cubus.	1 2 1 6 7

Regula pro numero in numeris cubis.

Exemplum.

In numeris autem minime cubis, cum uidelicet aliquod ex operatione manet residuum, à triplata radice (quemadmodum numero tertio, capitî octaui diximus) denominandum: sic cubicam radicem examinabis. Duc cubicam & integrum radicem in seipsum cubicè, deinde multipliça columnmodo numeratorem, hoc est, residuum ex operatione numerum à triplata radice denominatum, per ipsam radicem integrum, & productum numerum rursus per candem multiplicato radicem, consurgentem inde numerum partire per numerum à triplata radice procreatū: quotiens enim ex diuisione numerus, cide numero ex cubicâ radicis integræ multiplicatione producto tandem adiunctus, propositum (modo non erraueris) debet integrare numerum. Verbi gratia, sit numerus datus 29, cuius integra & cubicâ radix est 3, remanentibus duabus unitatibus, quæ duo nona dicuntur, hoc modo repræsentanda $\frac{2}{3}$. Duc igitur 3 in seipsum cubicè, fient 27. deinde multipliça 2 per 3, fient 6: hæc rursus per 3 multiplicato, consurgent 18, quæ diuide per 9, prouenient

9

uenient 2 integræ : igitur si hæc 2 integræ adiunxeris integræ , prius oblatum numerum 29 integrabis . Non diffimiliter operaberis in cæteris . In his etiâ , uclut in quadratîs , deficit cubica multiplicandi ratio , tametsi radix inuenta sit ut cùmque præcisa : quoniam si denominator , ut potè 9 , in seipsum cubicè duceretur , fierent 729 , quæ unum septingentissimum uigesimalnum nonum repræsentat integræ , & in toto rursum habundarent numero . De similibus idem semper habeto iudicium . At si libeat inquirere , an extracta radix non cubi numeri , sit radix maximæ cubi in dato contenti numero : ipsi ita inuentæ radici adde 1 , & productū in ipsam ducito radicem , resultantem inde numerum triplica , triplato demum numerò iungito rursum 1 . quoniam inde collectus numerus maior erit residuo , si debitan obtinueris radicem : quod si secus cuenerit , alia radix magis exactè tibi

disquirienda est , & reliqua (ut prius) absoluenda . Nec murua prædictarum operationum , in examinanda ueritate coadiuuatio (et si quo

Notandum.

dâ modo uidetur circularis) à quopiam sanæ mentis cauillan-

da est : quoniam frustra id sit per plura & imbecilliora ,
quod per pauciora certissimaquè potest absoluui . Finis

autem noster est , paucis & aperte uelle docere :

oni prorsus ambagine seu cauillatione , am-
biguis relictâ cauillatoribus . Consu-
limus tamen , non alio utendū esse
probationis examine , quâm

Conclusio.

reiterato singulorum discursu : demptis ad summū radicibus .

*Probatio generandi
notanda.*

Multò nāque facilius esse uidetur , quamlibet arithme-
ticam operationem , per mentalem discursum eius-
dem , siue repetitū operationis exemplum exa-
minare : quâm alterius capitî uel opera-
tionis officio , idem absoluere .

50

55

OXOXOXO



SOLIBRI PRIMI ARITH.

METICAE PRACTICÆ

F I N I S .



LIBER SECUNDVS

ARITHMETICAE PRACTICAE, DE
fractis secundum vulgares numeris, sive integro=rum numerorum partibus aliquotis.

De ratione fractionum vulgarium, & earundem expressione.

Caput primum.

Connivitatis fratrum numerorum.



Quid integrum.

Vulgata Partitio integrum.

Fractionis diffin=titio.

Fractiones vulgares adpellate.

Partes aliquotae.

Cordianum.

Vulgatum fracione=menta=rio.

Numerus or. Denominator.

V A M V T I L I S , E T N E C E S S A R I A V I = I
deatur esse fractorum numerorum exacta cognitio: ijs relinquimus iudicandū, qui circa subtiliora Geometriae, vel Arithmeticae, aut ipsius Astronomiae secreta versantur. Cōstat enim uniuersam prædictarum disciplinarum comoditatē, fructūmuc, ab expedito fractionum pendere calculo: quem tanto delectabiliorem fatigari oportet, quanto fractionū ars, integrorum doctrinam difficultate superat. Solēt 2
igitur vulgares, omnesq; rerū perscrutatores (ut ad rem ipsam deueniamus) quicquid ab unitate denominatur, unū totū vel integrū adpellare, sive illud realiter, vel abstractiū, ad discretā, cōtinuāmue referatur quātitatem. Rursum idem integrum multis farām diuidere solent (est enim integrum in quotlibet frangibile partes) Primo quidem, in duas partes inuicē aequales: quarum quælibet medietas, vel unum secundum adpellatur integrī. Secundo, ipsum integrum in tres partes itidem aequales distribuunt: & quælibet carum pars tercia, vel unum tertium integrī dicitur. Postmodum, idem integrū diuidunt in quatuor partes, inuicem pariter aequales: & quamlibet illarum uocant unum quartū integrī. Et ita consequenter, in quinta, sexta, septima, vel octaua: & deinceps quantumlibet, ipsum integrum libere distribuēdo. Est igitur fractio, partis, aut partium integrī assignata distributio. Sunt igitur fractiones eiusdem nominis inuicē aequales: utpote unum secundum alteri secundo, unum tertium cuilibet reliquo tertio, unum quartum cuilibet eiusdē integrī quarto, & ita de reliquis. Hę porrò integrorum nuper expressae fractiones, vulgares ob id sunt adpellatae: quoniam ipsis vulgaribus sunt familiares, & eisdem in vulgatis rerum utamur suppurationibus, vel ad differentiam sexageniarum fractionum, quae solis mathematicis uidetur esse familiares, de quibus libro proximo. Physici tamen & mathematici, easdē fractiones partes uocant aliquotas, idq; magis proprio nomine: utpote quoniam aliquotio sumptæ ipsum cōponunt integrum, medietas enim bis sumpta, vel unum tertium ter acceptum, aut unum quartum quater repetitum, unum efficiunt integrum: & ita de reliquis in infinitum imaginatis, & succedentibus integrorum partibus. Vnde patet, continuā à discreta quātitate in hoc discrepare, quoniam ipsius continuū dabis est pars maxima, nisquam autem minima: in discretis uero minima reperitur pars, utpote unitas omnium radix numerorū, at maxima nunquam. dato enim quocunq; numero, per continuā unitatis additionē, potes semper cundē efficere maiore: omne uero continuum, in semper diuisibiliā, cōtinuē distribuitur,

S E V U L G A T A S I T A Q V A E F R A C T I O N E S R E P R A E S E N T A = 3
re, est partes aliquotas integrī, per congruos numeros decenter exprimere. Ad huic modi autem vulgarium fractionum expressionem, duo requiruntur numeri: quorum alter numerator, & reliquus denominator adpellatur. Officium numeri toris est, talium partium exprimere numerū; denominatoris autem earundē partium

tum denotare qualitatē, hoc est, an tertia, quartā, alteriusue sint denominationis.

Cū igitur aliquā prædictarū fractionū uolueris arithmeticè repræsentare; ipsū numeratorem, supra denominatorem numerum, interiecta lincunctula situabis, & utrumq; per rectū exprimēs numerū. Vt si uelis exprimere tria quarta, ita facito,

Numerator. $\frac{3}{4}$ | duo uero quinta, hoc modo $\frac{5}{3}$. quinque autē decima sic $\frac{1}{10}$: & de Denominator. | cæteris integrī partibus, respondenter intelligas.

Eiusmodi porrō fractionē, in qua uidelicet unicus occurrit numerator & denominator, simplicē, aut prīcipalē adpellare solamus: uelut $\frac{1}{3}$, uel $\frac{2}{4}$, aut $\frac{5}{6}$, unius integrī, & his similes, & scorū acceptae fractiones, quæ immediatē suum respiciunt integrum, per obliquum post suam ipsam fractionem semper exprimendum.

4 QV AE LIB E T inde simplex aut principalis integrī fractio, cuiusmodi est $\frac{1}{2}$, Fractionis fidelis fio.

uel $\frac{1}{3}$, aut $\frac{1}{4}$ integrī, & his quæcunque similis, in particulares & priorib; similes subdiuiditur aliquando fractiones: ac si distributa fractio uicem obtineret integrī. Ipsæ porrō fractiones, sive partes fractionis aliquotæ, secundariae, aut fractionis fractiones uenient adpellandæ: quæ suum non recipiunt integrum, nisi alia mediante fractione. In quarum fractionis fractionum representatione, duo concurrūt & numeratores & denominatores. Primus autem numerator, cum subscripto denominatore, per rectum uenit exprimendus: posterior uero & numerator & denominator, per obliquum, nulla inter ipsum posteriorem numeratorem & respondentem denominatorem posita lincunctula, quod facilius distinguantur à primis. Nam quemadmodum integra per obliquum exprimenda sunt, ita & principalior integrī fractio (quæ uicem, ut diximus, tenere uidetur integrī) per obliquū similiter exprimitur. Eam autem principaliorē nominamus fractionem, quæ rursus distributa est, seu post quam immediatē exprimitur integrum. Vrbi gratia, si uel les repræsentare quatuor tertia, unius quinti integrī, faciendū est hoc pacto $\frac{4}{5}$; : uel unum secundum unius quarti integrī, in hunc describes modū $\frac{1}{4}$. duo autē quinta unius sexti, ita repræsentabis $\frac{5}{6}$; idēc facito de cæteris. Possunt igitur,

5 tamē id rarissimè contingat, esse duo, aut plures per obliquum exprimendi & numeratores & denominatores: cum uidelicet fractionis fractio, est alterius fractionis fractio. In exēplum habes, duo tertia, triū quartorū unius quinti integrī, quæ in hūc modū sunt repræsentāda $\frac{2}{5}, \frac{3}{5}, \frac{1}{5}$, nulla per obliquos numeratores & denominatores interposita lincunctula. Quod si decē quarta unius sexti unius tertij integrī repræsentare uelles, id facies hoc pacto, $\frac{10}{18}$; : de similibus quibusq; propositis fractionum distributionibus, non aliter est iudicandum,

6 S O N U M E R A R E I G I T V R , Q V A N T V M A D P R A E S E N S N E G O cium pertinet, est partis aliquotæ, aut partium aliquotarum integrī, sive datae fractionis ualorem, per repræsentatiuos exprimere numeros. Simplicis itaque fractionis ualorem, hoc depræhēdes ingenio. Vide an datae fractionis numerator, denominator sit æqualis; nam tunc oblata fractio, unum præcisē ualeat integrum. Quē admodum fuit hæc $\frac{2}{2}, \frac{1}{1}, \frac{4}{4}, \frac{5}{5}$; & similes scorū consideratae fractiones, totales per numeratorem expressæ, quoties in codem compræhenduntur integrō.

Quod si numerator maior fuerit denominatori; ipsa fractio tot æquialet integrī, quoties denominator integrē continetur in numeratore, atq; tot eiusdem denominationis fractiones præter integrum compræhendit, quot fuit unitates in numeratore, ipsum denominatorem integrare minimè ualentes. Vt in hac fractione $\frac{4}{3}$, ubi 4 numerator cōtinet 3 denominatorē, & præter ipsa 3, unitatem: idēc prædicta fractio $\frac{4}{3}$, unum ualeat integrum, & unum integrī tertium. Rursus hæc fractio $\frac{12}{4}$, duo ualeat integrā, & duo integrī quarta: propterea quoniam 10 nu-

merator

Fractionis simplex sive principalis.

Fractionis fidelis fio.

Fractiones fractionis nis, & carum representatio.

Fractionis principia hor.

Fractionis alterius fractionis fractio.

Numeratio, sive ualoris expressio uel gariū fractionis.

ORONTII FINEI DELPHI.

merator bis continet 4 denominatorem, & duas ciudē denominatoris unitates. Idē habeto iudicium de similibus. Porrō si denominator oblatæ fractionis numeratō superet: eiusmodi fractio non ualebit unum integrum, sed ab eodē integrō tot eiusdem denominationis partibus deficit, quot unitatibus ipse denominator numeratorē excedit. Ea tamen fractio cuius denominator est minor, uici-nior est integro, quam sit ea, cuius denominator est maior. Offeratur in exemplū hæc fractio $\frac{1}{4}$, ubi 4 denominator superat 3 numeratōrem unitate: idcirco talis fractio $\frac{1}{4}$, deficit ab integro per unum quartum. Item hæc fractio $\frac{6}{15}$, quatuor de-cimis ab integro distat: propterea quid 10 denominator, superet 6 numeratōrem quatuor unitatibus. De ceteris quibuscumq; fractionib; eadē est habenda ratio.

DE F R A C T I O N E autem, quæ est alterius fractionis fractio, eadem ratio 7 prorsus habenda est: facta solummodo ad principaliorē fractionē relationē, quemadmodum de fractione simplici, respectu integrī iussimus obseruādum. Neque opus est nouo discursu nisi uolueris prædictā in uanum reiterare. Hoc unum tamen generale seruabis documentum: talem uidelicet fractionē nunquam ua-lere integrum, sed ab eodem integrō tanto magis deficere, quanto alterutrius uel utriusq; fractionis denominator major exiterit. Nam $\frac{1}{3} - \frac{1}{4}$ plus accedunt ad integrum, quam $\frac{1}{4} - \frac{1}{3}$: & cetera.

De reductione prædictarum fractionum.

Capit. II.

Reductio fractionis
nominatoris operari
potest ante pos-
nedam.



N I V E R S A V U L G A R I V M F R A C T I O N V M P R A C T I =
ca, expeditaq; reliquarum succedentū operationum suppūratio, ab ipsa reductione pendere uiderit: quoniam absolute priopositorū fra-
ctionum reductione, facilē est uel ipsas iuuicē addere, aut subtrahere
mutuo, uel reliquias operandi rationes adimplere. Operæ pretium ergo dulcissimum,
prius quam ad reliqua deueniamus, exactam reductionis artem, ceteris antepone-
re fractionum operationibus. Reducere igitur in fractionibus uulgariibus, est 2
oblatum integrorum numerum, in liberæ denominationis fractionem, uel ē cōtra:
eiusuis item denominationis fractionem, in subtiliorem, aut grossiore transmu-
tare: nec non duas, plurēsue diuersæ nomenclaturæ fractiones, in unam eiusdem uicem
denominationis fractionē conuertere. Grossiores solemus adpellare fractiones, quæ
potentia maiores existunt, & minorem habent denominatorem: subtiliores autē,
quæ à maiori dominantur numero, & potentia sunt minores. Verbi gratia, unū
secundum maius est uno tertio, & unum tertium uno quarto, & ita de reliquis:
tamets binarius denominator secundi, minor sit ternario à quo tertium denomi-
natur, ac ipse ternarius minor existat quaternario, unde quartum suam obtinet
denominationem, de ceteris idem respondentē censendum est. Inter fractiones
autem quæ eiusdem sunt denominationis, illa maior dicitur, cuius numerator ma-
ior est: minor autem, quæ minorem habet numeratorē.

Reductio differen-
tia in vulgaribus
fractionibus.

Quæ fractiones
glossiores, & que
faciliores.

Quæ fractiones
uer, & que muo,
que item equalis.

Onites porrō fra-
ctiones, quæ similem inter suos numeratores & denominatores uidentur obseruare
rationem, sunt adiuicem æquales, idem uidelicet in valore representantes: ueluti
funt $\frac{2}{3}, \frac{4}{6}, \frac{6}{9}, \frac{12}{18}, \frac{14}{21}$, & similes, inter quas sequalterea denominatoris ad numerato-
rem obseruatur habitudo, quemadmodū enim 3 continet 2 semel, & dimidiam
eiusdem binarij partem, ita & 6 se habet ad 4, & 9 ad 6, & 15 ad 10, atque 18 ad
12: qualibet igitur propositorum fractionum (si debet confyderetur) duo tertia
ualet integrī. Idē iudicato de quibuscumq; similibus, inter quarū numeratores & de-
nominatores eadē ratio, uel habitudo seruat: cuiusmodi sunt hæc, quæ sequuntur.

$\frac{1}{2}, \frac{2}{4}, \frac{3}{6}, \frac{4}{8}, \& \frac{5}{10}$, ubi duplam, uel eiusmodi $\frac{1}{3}, \frac{2}{6}, \frac{1}{9}, \& \frac{4}{12}$, in quibus triplam, denominator ad numeratorem uidetur obtinere rationem. Quod uelim diligenter animaduertas: si multiplicem operando cupias cuitare laborem.

3 SIN PRIMIS ITA QVE CONTINGIT, INTEGRA, AD SIMPLICEM & uoluntariā (ut à leuioribus incipiāmus) uelle reducere fractionē: quod, iuxta doctrinā sexti capitī antecedentis, in hunc poteris absoluere modū. Oblatum integrorum numerum, duc in denominatorē fractionis, ad quam ipsa uis integrā reducere numerus enim ex talī multiplicatiōne productus, numeratorē datā fractionis ostendet, hunc porrò numeratorem, si super ipsum denominatorē locaueris, posita inter utruncq; lineuncula optatum fractionis numerum, oblatis integris respondentem obtinebis. Exempli causa, dentur 4 integrā ad septimā reducta, multiplicabīs igitur 4, per 7, sicut 28: quā locabis supra 7, hoc modo, $\frac{28}{7}$. concludes igitur 4 integrā, 28 septimā continere. Idem sac de ceteris.

4 S A T S I E D I V E R S O ad integrā, simplicem aliquam uolueris reducere fractionem: ita facito. Diuide numeratorem oblatā fractionis, per denominatorē eiusdem: & numerus quotiens indicabit, quot integrā ipsa fractio proposita restituit. Quod si contingat, absoluta divisione aliquod superesse residuum: id denominatorē retinebit, a præassumptā & reducendā fractionis denominatorē.

Dentur in exemplū, $\frac{28}{7}$ ad integrā reducenda, partire itaq; 28, per 7, prouenant 4: concludas ergo p̄fata $\frac{28}{7}$, restituere præcise 4 integrā. Rursum offerantur $\frac{30}{4}$, ad integrā pariter reducenda. Diuide 30, per 4, habebisq; pro quo quotiente numero 7 integrā, remanentib; duabus unitatibus, quā $\frac{7}{4}$ dicuntur.

Quoties autem numerator oblatā fractionis, per denominatorē eiusdem diuidi minime poterit: iudicabis ipsam fractionem non valere integrū, sed tot partibus eiusdem denominationis (cuius est ipsa fractio) ab integro deficere, quot unitatibus denominator numeratorem excedit, quemadmodum numero sexto, primi capitī huius secūdi libri, nup admonuimus, cum fractionū ualorē exprimcremus.

5 SECUNDΟ CVM FRACTIONEM ALIQUAM SIMPLICEM, in aliam itidem simplicem uolueris reducere fractionem: hāc generalem, & omnium facillimam obseruato regulam. Multiplica numeratorem ipsius reducendā fractionis, per eum denominatorē, ad quem oblatā fractio proponitur reducenda: & productum inde numerum, diuide per denominatorē eiusdem reducendā fractionis, nam quotiens ex divisione procreatus numerus, optatae seu reducendā fractionis numeratorem ostēdet. Quod si contingat aliquod ex divisione superesse residuum, id fractio fractionis adpellabitur: rectam sumens denominationem à denominatorē reducendā fractionis, obliquam uero ab ipso denominatorē in quem oblatā fractio reducenda est.

Hoc generale documentum pendere uidetur à regula quatuor proportionabilium, inferius libro quarto declaranda. Tres namq; dati numeri cogniti sunt, & solus quartus desyderatur, uidelicet reducta fractionis numerator, ad quem denominator propotius eam sit habiturus rationem, quam habet denominator reducendā fractionis ad suum numeratorem: id enim ad æqualitatem fractionum, aut aqualem in ualore representationem est necessarium, quemadmodum antecedēti numero secundo præmisimus. Primus itaq; numerus est denominator ipsius reducendā fractionis, secundus numerator eiusdem, tertius uero denominator propotius, ad quem oblatam cupis reducere fractionem. Duc igitur tertium in secundū, uel ē contra, & productum diuide per primum: & habebis quartum.

Vt si uelis in exemplū reducere $\frac{2}{3}$, ad sextā; sensu quæstū idem Exemplum.

C. est, ac

ORONTII FINEI DELPH.

est, ac si dices, integro in tria diuisio, & eodem in sex aequalia distributo, quot ex 6 partibus, duas ualent partes de tribus eiusdem integrum partibus, ita ut comparatio $\frac{2}{3}$ respectu integrum, eadem sit, quae & desideratarum partiū ad 6 eiusdem integrum partes. Duc itaq; 2 in 6, aut ē diuerso, sicut 12; huc, diuide per 3, prouenient 4, scribenda super 6, hoc modo $\frac{4}{6}$. ergo $\frac{4}{6}$ tantam integrum portionem repræsentant, quantam & $\frac{1}{3}$. Ceterum esto propositum reducere $\frac{4}{6}$, ad tertiam: multiplicata 5 per 3, uel ē contra, sicut 15, quae diuide per 7, & habebis pro quoiente 2, relicta unitate, quae $\frac{1}{7}$, id est, unum septimum unius tertij nominabitur. Igis- tur $\frac{5}{7}$, & $\frac{1}{7}$ cum $\frac{1}{7}$, idem sunt.

*De reductu fracionis
eiusdem fractionis ad
fractionem simplicem.*

*Communis denomi-
nator, & numerato-
res.*

Exemplum.

*Documentum ubi
plures oblique nu-
meratores & de-
nominatores.*

Exemplum

*Ereptionem fra-
ctionis ad datum re-
ducere fractionem.*

Exemplum.

SQ; DE INDE SI FRAC TIONEM FRAC TIONIS, AD SIMPLI- 6
CE PLACERIT REDUCERE FRAC TIONEM: ID FACIES HAC ARTE. MULTIPLICATA DENOMINATORES ADI-
UICEM, & COMMUNIS EFFICIETUR DENOMINATOR. DUC SIMILITER ALTERUM NUMERATORUM
IN RELQUUM, & CONFUSCANTEM NUMERUM COMMUNEM FACITO NUMERATOREM, SUPRA
IAM OBTENTUM DENOMINATOREM COLLOCANDUM. COMMUNEM ADPELLAMUS DENOMI-
NATOREM, QUI PROPRIOS MULTARUM FRAC TIONUM DENOMINATORES COMPRÆHENDIT. IDE
JUDICATO DE NUMERATORE COMMUNI. PROPONANTUR EXEMPLI GRATIA $\frac{2}{3} \frac{1}{4}$, AD SIM-
PLICEM & OCCURRENTEM FRAC TIONEM REDUCENDA. MULTIPLICATA IGITUR 4, PER 3, SIC 12,
COMMUNIS DENOMINATOR, POSTEA DUCITO 1, IN 2, SUNT 2 TATUMMODO: HEC SCRIBE SU-
PER 12, IN HUNC MODUM $\frac{2}{12}$. ERGO $\frac{2}{12}$, UALENT $\frac{1}{6}$ -INTEGRUM: QUAE BREVIUS PER $\frac{1}{6}$ RE-
PRÆSENTANTUR. MODUM AUTEM ABBREVIĀDI QUAMLIBET FRAC TIONEM, INFRA DOCEBIMUS.

VERUM SI FRAC TIO FRAC TIONIS PROPOSITA, FUERIT ALTERIUS FRAC TIONIS FRAC TIO, HOC EST,
DUOS AUT PLURES HABUERIT NUMERATORES & DENOMINATORES PER OBLIQUE EXPRIMENDOS:
FACTA DUORUM PRIMORUM REDUCTIONE, PRODUCTUM IN SEQUENTEM TERTIUM MUL-
TIPLECTUR, & RURSUM PRODUCTUM IN SUCCEDENTEM QUARTUM, & ITA CONSEQUENTER, PRO
CONTINGENTE NUMERATORUM & DENOMINATORUM MULTITUDE. VT SI UELLES IN EX-
EMPLUM, REDUCERE AD FRAC TIONEM UNAM SIMPLICEM $\frac{2}{3} \frac{1}{4}$; DUC PRIMUM 3 IN 4, SIC
12, & RURSUM 12 IN 6, CONFUSCANT 72, COMMUNIS DENOMINATOR. HAUD DISMILITER
MULTIPLECTABIS 2 IN 2, SIC 4, & RURSUM 4 IN 1, & REDIBUNT Eadem 4: QUAE PRO EDO-
MINI, SUPRA 72, LOCABIS NUMERATORE. ERGO $\frac{2}{3} \frac{1}{4}$, CONVERTUNTUR AD $\frac{4}{72}$, SIVE $\frac{1}{18}$,
AUT $\frac{1}{18}$. EUNDUM OBSERVATO MODUM, IN EXETERI QUIBUSCUNQ; SIMILIBUS.

SQ; QVOD SI LIBERAT FRAC TIONEM ITIDEM FRAC TIONIS, AD LIBERAM, & NON CO- 7
TINGENTE REDUCERE FRAC TIONEM: MODUM OPERADI HAUD DISMILEM AB EO, QUEM PRÆ-
MILLA NUMERO QUINTO REGULA DOCET, OBSERUABIS. DUC ITAQ; PROPOSITUM DENOMINA-
TOREM, AD QUEM OBLATAM FRAC TIONIS FRAC TIONEM REDUCERE PLACET, IN NUMERATOREM
IPSIUS DATÆ FRAC TIONIS, & PRODUCTUM DIUIDE PER COMMUNĒ DENOMINATOREM, QUI
EX MUTUA DENOMINATORUM EIUSDEM FRAC TIONIS MULTIPLICATIONE CONFUSCIT: & HABEBIS
NUMERATOREM EIUSDEM FRAC TIONIS REDUCENDÆ, SUPRA DATUM SCRIBENDUM DENO-
MINATOREM. AT SI ALIQUOD RESIDUUM EX IPSE RELINQUATUR DIVISIONE, ID FRAC TIO FRAC-
TIONIS DICETUR: CUJUS RECTA DENOMINATIO, A DENOMINATORE COMMUNI, EX MUTUA PRÆFA-
TORUM DENOMINATORUM MULTIPLICATIONE PRODUCTO PENDEBIT, OBLIQUA UERO AB EO
DENOMINATORE, IN QUEM OBLATA FRAC TIONIS FRAC TIO PROPONITUR REDUCENDA. APE-
RIAMUS EXEMPLUM QUAM DIXIMUS: SINTQ; PRÆASSUMPTA $\frac{2}{3} \frac{1}{4}$, REDUCENDA AD DUODECI-
MA. DUC IGITUR 12 IN 2, SIC 24, & 4 IN 3, SIC 12: PARTIRE 24, PER 12, HABEBIS PRO
QUOTIENTE 2, SCRIBENDA SUPER 12 PROPOSITUM DENOMINATOREM. ERGO $\frac{2}{12}$, REDUC-
TUR AD $\frac{1}{6}$, QUAE UALENT $\frac{1}{6}$. DENTUR RURSUM EADEM $\frac{2}{3} \frac{1}{4}$ AD OCTAUAM REDUEEDA. MUL-
TIPLECTABIS IGITUR 8, PER 2, SIC 16, & 4 SIMILITER PER 3, PROUENIENT RURSUM 12: DIUI-
DES TANDEM 16, PER 12, & QUOTIENTS ERIT 1, RELICTIS 4 DIUENDIS, QUAE $\frac{4}{12}$, DICETUR,
& BREVIUS PRÆSENTANTUR PER $\frac{1}{3}$, UEL $\frac{1}{3}$, INTEGRUM.

Hoc

S HOC GENERALE TAMEN FERUABIS DOCUMENTUM, TAM PRO FRACTIONE SIMPLICI (DE QUAE NUMERO QUINTO) QUAM ETIAM PRO FRACTIONE FRACTIONIS AD SIMPLICEM REDUCENDA FRATIONEM: UIDE LICET. CUM NUMERUS EX DENOMINATORIBUS PROPOSITI, IN NUMERATOREM IPSIUS OBLATAE FRACTIONIS MULTIPLICATIONE PRODUCTUS, NON POTERIT PER PROPRIUM AUT COMMUNEM EIUSDEM REDUCENDAE FRACTIONIS DENOMINATOREM, MODO NUPER EXPRES-
SO PARTIRI: TUNC HUIUSMODI FRACTIONE SCITO NON POSSIT INTEGRARE UNUM SINGULARE DE-
NOMINATORIBUS PROPOSITI, HOC EST $\frac{1}{3}$, SI PROPOSITUS DENOMINATOR EXITERIT 3, UEL $\frac{1}{4}$, SI
FUERIT 4, & ITA DE RELIQUIS. EXEMPLI GRATIA, $\frac{2}{12}$ NON POSSUNT AD TERTIA REDUCI: BIS
ENIM 3 FACERENT 6, QUAE NON POSSUNT DIVIDI PER 12 ECONCLUDENDUM Igitur $\frac{2}{12}$, NON UA-
LERE $\frac{1}{6}$. Eadem ratione $\frac{2}{3} \cdot 4$, NON POSSUNT AD QUARTA REDUCI: QUONIAM BIS 4, CF-
FICIENT 8, QUAE PER COMMUNEM DENOMINATOREM UTPOTE 12, MINIME DIVIDI POSSUNT.
ERGO $\frac{2}{3} \cdot 4$, QUEMADMODUM & $\frac{2}{4} \cdot 3$, NON VALENT $\frac{1}{4}$ INTEGRIS. QUapropter frusta
niteris huiusmodi, similesq; facere reductiones: reducendae igitur sunt fractiones, aut
fractiones fractionum eiusdem manieris, ad fractiones subtiliores, quae uidelicet à
maiori denominantur numero.

*Documentum non tandem.**Exemplum.*

9 YO SI AVTEM ACCIDERIT, UT FRACTIONIS AD ALIAM ITIDEM FRA-
CTIONEM PROPONATUR REDUCENDA: OPERABERIS IN HUNC MODUM. REDUCITO
PRIMUM DENOMINATOES REDUCENDAE FRACTIONIS IN UNUM COMMUNEM DENOMINATO-
REM, FACTA UNIUS IN ALTERUM MULTIPLICATIONE: ID FACITO, DE PROPOSITIS DENOMINA-
TORIBUS. DEINDE MULTIPLICAT IPsum DENOMINATOREM PROPOSITU ITA REDUCTUM, IN NU-
MERATOREM REDUCENDAE FRACTIONIS, & PRODUCTUM DIVIDE PER DENOMINATOREM CO-
MUNEM EIUSDEM OBLATAE FRACTIONIS: & OPRATUM NUMERATOREM, UELUT SUPRA DIXI-
MUS, OBTINEBIS. PORRÒ CUM ALIQUID EX DIVISIONE RELINQUETUR, ID FRACTIONIS FRACTIONIS
ALTERIUS FRACTIONIS UENIET ADPELLANDUM, HOC EST, DUOBUS OBLIQUIS & NUMERATO-
RIBUS & DENOMINATORIBUS, PRÆTER RECTUM EXPRIMETUR: CUIUS RECTA DENOMINATIO SU-
METUR A DENOMINATORE COMMUNI IPSIUS OBLATAE FRACTIONIS, PRIMA UERO OBLIQUARI
DENOMINATIONUM A RECTO, & RELIQUA AB OBLIQUE DENOMINATORE, AD QUÆ UIS IPSAM
FRACTIONEM FRACTIONIS REDUCERE PENDEBIT. ACCIPIAMUS IN EXEMPLUM $\frac{2}{4} \cdot 3$, AD
SEXTA $\frac{1}{6}$ CONUERTENDA. DUCITO ITAQ; PRIMUM 3 IN 4, UEL È CONTRA, FIENT 12: SIMILITER
& 2 IN 6, UEL È DIVISORIO, CONFURGENT PARITER 12. DEINDE MULTIPLICATO 12 PROPOSITI
DENOMINATORIS, PER 2 NUMERATORIS, FIENT 24: HÆC PARTIRE PER 12 COMMUNIS DE-
NOMINATORIS IPSIUS DATÆ FRACTIONIS, PROUENIENT 2, NULLO MANENTE RESIDUO, QUAE SERIBES
SUPRA 6. RELINQUITUR Igitur $\frac{2}{4} \cdot 3$, EFFICERE $\frac{2}{6} \cdot 1$, INTEGRIS. ESTO RURSUM, AD MAIORÈ
SINGULORUM EVIDENTIAM, PROPOSITUM UERTERE $\frac{2}{4} \cdot 3$, AD QUINTA $\frac{1}{5}$, ID EST, UNIUS SE-
CONDI SUE MEDIECATIS INTEGRIS. MULTIPLICATIS ERGO PRIMUM 4 IN 3, FIENT 12: ITEM 5 PER
2, FIENT 10. DUC ITERÙ 10 IN 3 NUMERATORIS, CONFURGENT 30: HÆC PARTIRE PER 12, PRO-
UENIENT EX DIVISIONE 2, RELICITA 6, QUAE PER 12 DIVIDENDO POSSUNT. SCRIBE Igitur 2, FU-
TRA 5, IN HUNC MODUM $\frac{2}{4} \cdot 3$ RELICITA 6 UOCATO $\frac{1}{12} \cdot \frac{1}{12}$, ID EST, 6 DUODECIMA UNIUS
QUINTI UNIUS SECUNDI IN REGRI, QUAE BREVIUS PER $\frac{1}{6}$, UEL $\frac{1}{12}$, RESPRAEFENTANTUR.

*Qualiter fractio fractionis in fractio-
onis fractionem conuertatur.**Exemplum.**Allud exemplum.*

IDEM UELIM INTELLIGAS ELLE FACIENDUM, SI PROPOSITAE FRACTIONUM FRACTIONES, PLURES
HABUERINT DENOMINATOES PER OBLIQUE EXPRIMENDOS: FACTA ENIM SINGULORUM IN
UNUM COMMUNEM REDUCTIONE, DUCENDO IN TERTIUM PRODUCTUM EX PRIMIS DENOMI-
NATORIBUS, IDEM OPERANDI MODUS OBSERVURTUR. VERÙ SI ACCIDAT IN HUIUSMODI FRA-
CTIONUM CONVERSIONE, DUOS SIMILES ADESSÆ DENOMINATOES: EOSDEM PRORFDEM RELINQUES
INTACTOS, & OPERABERIS CUM RELIQUIS DENOMINATORIBUS PER RECTUM UEL OBLIQUE EX-
PRIMENDIS. VELUTI SI $\frac{2}{4} \cdot 3$, PROPOSERENTUR REDUCENDA AD SEXTA $\frac{1}{6}$. RELINQUES Igitur
4 RECTUM, & 4 OBLIQUE DENOMINATOES: & MULTIPLICABIS 6 PER 2, FIENT 12, QUAE
DIVIDES PER 3, & HABEBIS 4, SUBSCRIBENDA SUPRA 6, UT HIC $\frac{4}{12}$. Igitur inuenimus
C 2 HAC

Notandum.

ORONTII FINEI DELPH.

hac arte $\frac{1}{4}$, conuerti in $\frac{4}{4}$. Idem obseruato de similibus; & sedula mente notato, si optaueris à nō modica, operando, confusione liberari.

Ducim fractionē ad unam simplicem reducio.

SO CVM PORRO DVAE FVERINT OBLATAE FRACTIONES II simplices, uariae porissimum denominationis, ad unam simplicem fractionem pari modo reducndæ: talem obseruato regulam. Multiplica primum unius denominatorem, per denominatorem alterius; & productum communem utriusq; facito denominatorem. Duc postmodum numeratorem primæ fractionis, in denominatorem secundæ: & producetur numerator eiusdem primæ fractionis, consequenter multiplicata numeratorem secundæ fractionis, per denominatorem (intelligo primum) ipsius primæ: fiet enim numerator eiusdem secundæ fractionis. Hos tandem peculiares numeratores simul adde, ut communis indesurgat numerator: quæ super communem utriusq; fractionis denominatorem locabis, interposita (ut solet) uirgula. Primus ergo numerator indicabit, quot partes eiusdemmodi denominatio- nis contineantur in prima fractione: & particularis secundæ fractionis numerator, quot in secunda. Sint exempli causa, $\frac{2}{3}$ & $\frac{5}{4}$, ad unam simplicem fractionē re- ducenda. Multiplica igitur 3 denominatorem primæ fractionis, per 4 denominatorem secundæ, aut è contra, fient 12: quæ pro communi denominatore seruabis. Consequenter 2 numeratorem primæ fractionis, ducito in 4 denominatorem se- cundæ, fient 8: hæc nota supra $\frac{2}{3}$. Rursum ducito 5 numeratorem secundæ fra- ctionis, in 3 denominatorem ipsius primæ, fient 15: quæ notabis super $\frac{5}{4}$. Tandem hos peculiares utriusq; fractionis numeratores simul adde, confurgit 23, scribēda super 12, in hunc modū $\frac{23}{12}$. Cœcludes igitur $\frac{2}{3}$ & $\frac{5}{4}$ ad unam simplicem fractionem cōuer- sa, efficere $\frac{23}{12}$: ex quibus 8 fuit à $\frac{2}{3}$, & 15 à $\frac{5}{4}$. Non aliter fa- cito de similibus.

*Due fractionē fra-
ctiones qualiter ad
simplicem reduc-
tur fratrem.*

CONSEQUENTER, SI VOLVERIS DVAS FRACTIONVM 12 fractiones, ad unam simplicem conuertere fractionem: id in hunc absoluuto modū. Reducatur in primitis utraq; fractionis fractio, ad unam fractionem simplicem: per doctrinam numero sexto huiusc capitis expressam. Postmodum easdem fractiones simplices, in unam simplicem cōuertito fractionem, iuxta modum nuperime declaratum: & desyderatam fractionem obtinebis, utrancq; fractionis fractionem in ualore repræsentantem. Exempli gratia, offerantur $\frac{2}{3}$, $\frac{1}{4}$, & $\frac{3}{8}$ ad sim- plicem fractionem reducenda. Conuerte itaq; primum ad unam simplicem fracti- onem: $\frac{2}{3}$; & ea repries efficere $\frac{8}{12}$, quæ ualent $\frac{1}{3}$. Item ex conuersione $\frac{1}{4}$ ad unam simplicem fractionem, fient $\frac{3}{12}$: quemadmodum ex numero sexto præcedenti, & obiecta nu- merorum formula depræhendere facile potes. His absolutis, reducito iterum $\frac{8}{12}$ & $\frac{3}{12}$, ad unam simplicem fractionē, per doctrinam antecedētis undecimi numeri, hoc quidem pacto. Duc 6 in 8, fuit 48: quæ pro communi locabis denominatorem. Deinde multiplicā 1 in 8, fient tantum 8: hæc scribe supra $\frac{1}{8}$. Postea ducito 3 in 6, consurgent 18: quæ notabis super $\frac{3}{8}$. Collige tandem 8 & 18, peculiares oblatarum fra- ctionum numeratores, resultabunt 26, numerator faciliter cōmu- nis: quem scribes supra denominatorem 48, ut hic uides $\frac{26}{48}$. Cœ- cludendum igitur $\frac{2}{3}$, $\frac{1}{4}$, & $\frac{3}{8}$, reduci tandem ad hanc simplicē fractionem $\frac{26}{48}$, quæ breuius per $\frac{13}{24}$ repræsentantur. Idem habeo iudicium de ceteris.

$$\begin{array}{r} 23 \\ 8 \quad 15 \\ 2 \quad \times \quad 5 \\ \hline 3 \quad 12 \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 2 \\ 3 \\ 4 \quad , \quad 4 \\ \hline 12 \quad 8 \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 26 \\ 8 \quad 18 \\ 1 \quad \times \quad 3 \\ \hline 6 \quad 8 \end{array}$$

Haud

13 *S*H A V D D I S S I M I L I V T A P O T E R I S S I M P L I C E M A L I Q V A M fractionem, unā cum fractione fractionis, ad unam simplicem cōuertere fractionē. Reducta enim fractione fractionis, ad unam fractionem simplicem, per doctrinam numeri septimi huius capitīs: eadem cum data simplici fractione, ad unam rursum fractionem simplicem conuertatur, iuxta regulam undecimo numero huiuscē capiti expressam, consurget enim fractio, utrancq; & simplicem fractionem, & fractionem fractionis in ualore repräsentans. Offerantur ad clariorem singulorū Exemplum.

$$\begin{array}{c} 3 \\ \hline 4 \\ 8 \end{array} \quad \left| \begin{array}{c} 25 \\ 16 \\ 2 \\ 3 \\ 24 \end{array} \right. \quad \begin{array}{c} 1 \\ 2 \\ 3 \\ 8 \end{array}$$

euidentiam $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{4}$, ad unam simplicem reducēda fractionem. Vertes igitur primum $\frac{1}{4}$, ad unam simplicem fractionem, per eiusdem septimi numeri doctrinam: & probabis ipsa $\frac{1}{4}$ efficer $\frac{1}{8}$. Rursum per undecimi numeri documentum, uertito $\frac{2}{3}$ & $\frac{3}{8}$, ad unam similiter fractionem simplicem: & experieris ea facere $\frac{1}{8}$, quæ 1 ualent integrum, & $\frac{1}{24}$. Idem facto de cæteris quibuscumq; similibus.

Simplex fractio cu
frac̄tione fractionis,
nisi qualiter ad sim
plicem reducatur
fractionem.

14 *S*O P R A E T E R E A, S I P L V R E S D V A B V S F R A C T I O N E S S I M P L I C E S, ad unam simplicem proponantur conuertendæ: fiat primum duarum primarum, ad unam simplicem & communem reduc̄tio, eo quippe modo, quo præstatu to undecimo tradidimus numero. Deinde ipsa communis & simplex fractio, ad quam duæ primæ reducētæ fūnt, unā cū sequenti & in ordine tertia fractione (nec refert quam primam, secundam, tertiam feceris) ad unam simplicem & cōmūnem fractionem similis uia reducatur. Rursum eadem communis & simplex fractio, ad quam tres primæ fractiones conuersæ sunt, ad unam fractionem itidē uertatur simplicem. Idq; deinceps continetur, pro data rūmūc fractionum mulitudine: non secus acsi duæ solummodo fractiones simplices, ad unam simplicem fractionem continuo proponerentur reducendæ. Placet exemplum

Plures qm̄ duas
fractiones simplices
ad unam simplicem
conuertere.

$$\begin{array}{c} 10 \\ \hline 4 \\ 2 \\ 8 \end{array} \quad \left| \begin{array}{c} 6 \\ 3 \\ 4 \\ 8 \end{array} \right. \quad \begin{array}{c} 1 \\ 2 \\ 3 \\ 4 \\ 8 \end{array}$$

adjicere. Sint itaq; $\frac{1}{2}$, & $\frac{1}{4}$, & $\frac{1}{8}$, conuertenda ad unam simplicem fractionem. Reducantur igitur primum, duæ primæ fractiones, utpote $\frac{1}{2}$, & $\frac{1}{4}$, ad unam fractionem simplicem: & si præallegatum undecimi numeri documentum non prorsus ignoraueris, cōpries ipsas fractiones efficere $\frac{1}{8}$, uelut obiecta numerorum indicat formula, ex quibus $\frac{1}{8}$, 4 sunt ab $\frac{1}{2}$, & 6 à $\frac{1}{4}$. Per idē rursus documentum undecimi numeri huiuscē capiti, reducito eadem $\frac{1}{8}$, unā cum succedenti fractione, utpote $\frac{1}{8}$, ad unam simplicem fractionē: & modo non erraueris, colligentur ex haec ultima reductione $\frac{100}{48}$, quemadmodum ipsa descriptio numerorum hic ad maiorem elucidationem adiuncta demonstrat. Concludēdum igitur, $\frac{1}{2}$, & $\frac{1}{4}$ & $\frac{1}{8}$ integræ, componere $\frac{100}{48}$: quæ 2 faciunt integræ, & præterea $\frac{4}{48}$ siue $\frac{1}{12}$ eiusdem integræ,

Exemplum.

15 *S*O E O D E M M O D O C V M P L V R E S Q V A M D V A E F R A C T I O N E M fractiones, ad unam simplicem sele offrent reducendæ fractionem, concludas fore proceedendum. Quælibet enim fractionis fractio, ad unam simplicem fractionem seorsum reducenda est: uelutī septimo documentum numero. Deinde fractiones ex qualibet singulari reductione productæ, in unam tandem simplicem fractionem conuertantur: quemadmodum proximo numero sufficiēter expressimus.

Quo modo floret
duabus fractionibus
fractiones, ad unā
conuertantur simplices.

Exempli causa, proponantur reducenda ad unā fractionē simplicē $\frac{1}{2}$, & $\frac{1}{4}$, atq; $\frac{1}{8}$. Conuertes itaq; primum, per regulam præallegati septimi numeri,

ORONTII FINEI DELPHI.

qualsibet fractionis scorsum & per se se consideratā, ad unam fractionē simplicem: & inuenies $\frac{1}{2} : \frac{1}{2}$ conuerti ad $\frac{1}{2}$, item $\frac{2}{3} : \frac{1}{3}$ efficer $\frac{1}{2}$, atq; $\frac{1}{4} : \frac{1}{4}$ reduci ad $\frac{1}{4}$: quemadmodum obiecta singularum fractionum uidets tur indicare descriptiones. Reducito postmodū $\frac{1}{2} : \frac{1}{2}$ ad unam & communem fractionē sim-

$$\begin{array}{c|c} \begin{array}{c} 1 \\ 6 \\ \times \\ 2 \\ \hline 3 \end{array} & \begin{array}{c} 6 \\ 4 \\ \times \\ 2 \\ \hline 8 \end{array} \end{array} \quad \begin{array}{c|c} \begin{array}{c} 1 \\ 2 \\ \times \\ 1 \\ \hline 2 \end{array} & \begin{array}{c} 1 \\ 2 \\ \times \\ 1 \\ \hline 2 \end{array} \end{array}$$

plieem, per doctrinam undecimo & s̄epius allegato numero declaratā: offendes q̄ $\frac{1}{6} : \frac{1}{6}$, reduci ad $\frac{1}{6}$, quae ualent $\frac{1}{2}$. Si igitur ad unā rursum fractionem simplicem conuerteris $\frac{1}{2} : \frac{1}{2}$ quea ualent $\frac{1}{4}$: fient tandem $\frac{6}{8}$, quae bravius per $\frac{1}{2}$ representantur. Idem obtinebis, sed nō tam leui calculo: si reduceris immediae $\frac{1}{12} : \frac{1}{12}$, unā cum $\frac{1}{12}$,

ad unam simplicem & communem fractionem, confurgent enim ab soluta reductione $\frac{1}{12} : \frac{1}{12}$: uel obiecta, in faciliorem

$$\begin{array}{r} 324 \\ 216 \quad 108 \\ \times \quad \quad \quad \hline 18 \\ \hline 36 \quad 12 \end{array}$$

omnium intelligentiam adiuncta, formula manifestat. Hęc autem $\frac{1}{12} : \frac{1}{12}$, ad breuiorem mutata fractionem, efficiunt $\frac{1}{4}$.

432

Multò igitur facilior est uidetur breuiore, q̄ prolixarū fractionum, ad unam fractionem simplicem, in hunc modum obseruata reductio.

SEX HIS TANDEM FACILE COLLIGIT VR, QVONAM MO = 16
do integra cū simplici fractione, aut fractione fractionis, plures itē fractiones simplices, & fractionum fractiones, & reliquæ demū integrorū cum fractionibus, & fractionū inter se se combinationes (que ferēunt innumerae) ad unam simplicē fractionem, aut fractionē fractionis reducantur. Conuersis enim integris ad fractionem liberam, uel fractionū fractionibus in unam simplicem fractionē mutatis: fascillimum est prouenientes inde fractiones simplices, unā cum datis simplicibus fractionibus, ad unam simplicem, aut fractionis reducere fractionem, quemadmodū superioribus documentis (que huic negotiō uidentur facere satis) sigillatim expressimus. De his ergo satis. Admonemus tamē, in singulis arithmeticis operationibus, fractiones admodum esse fugiendas: eas potissimum, quae plus à suo distare uidentur integrō. Item sexagenariam cuiuslibet integrī, aut fractionis, integrī uicem obtinentis partitionem, cū partium aliquotarum multitudine, tum operādi facilitate praestare: ueluti succedenti libro tertio aperte monstrabitur.

De abbreviacione fractionum, & partium aliquotarum inuentione.

Caput III.



Numeri communis
centes.

Numeri contrafe
tura.

ONTINGIT ALIQVANDO, IMO SAEPIVS EVENIAT re uidetur: ut reductæ integrorū fractiones, in prolixiores confurgantur, operando numeros, quam ars ipsa requirat, uel usus indiget, facilitas. Vnde turpe admodū est, ciuiscmodi fractiones per cōmunicantes ad inuicem numeros, quorum uidelicet aliquis numerus est pars aliqua, representare. Debent igitur similes integrorum fractiones ad eos reduci, aut per eos exprimi numeros, quos contra se primos, id est, quorum nulla est pars aliqua cōmutans, excepta unitate, uocare solemus. Ab ipsis demum, cōu quo diximus modo reducuntur fractionibus, debent & int̄gra quotquot poterunt respondenter separari: quod minus onerosa relinquatur carundem fractionum operatio. Ipse autem collectus integrorum numerus, debet ad lēuam reliqua fractionis adnotari: uel cum simul occurrente iungi integrorum numero. Durum est enim $\frac{4}{12}$ integrī representare: cum ea breuius per $\frac{1}{3}$, congruentius autem per $\frac{1}{4}$ exprimatur

tur. Item $\frac{11}{4}$ fractim exprimere: quæ 3 ualent integra, & $\frac{1}{4}$ integri, hoc modo re-
præsentanda, 3 $\frac{1}{4}$. Idem censeto de similibus: quemadmodum ex proximo cap.
2. clicere facile potes. Non absentaneum ergo duximus (prius, quād ad reliqua
deueniamus) edocere, quonam ingenio fractiones ueniant abbreviandæ, & in eos
quos oportet reducendas sint numeros: deinde aliqua de inuentione partium ali-
quotarum dati cuiuscunq; numeri, responderter aperire.

2. §. CVM I GIT VR VOLVERIS, ALIQUAM SIMPLICEM AB = De abbrevianda
breviare fractionem; id leuiter in hunc modum absolves. Diuide numeratorem,
similiter & denominatorem ipsius datæ fractionis, per quād maximum poteris
numerū, qui utriusq; & numeratoris & denominatoris sit pars aliquota: nā quo-
tiēs ex diuisione numeratoris ipsum numeratorem, & ex denominatoris parti-
tione denominatorum abbreviatæ fractionis indicabit. Reptantur in exemplū Exemplum.
reducta numero decimo quinto $\frac{1}{4} \frac{2}{3} \frac{4}{5}$, quæ in quād breuissimam fieri poterit iu-
beatis reducere fractionem. Horum itaq; numerorū 3 2 4, & 4 3 2, maxima &
communis pars aliquota, est 108. Diuide igitur primum 3 2 4, per 108, fient

Numerator.	3×4	4 3 x	pro quoquentie numero 3: quæ pro defyderato nu-
	3	Denominator.	meratore scrubabis. Rursum per eundem numerū
	x 0 8	x 0 8	108, partire 4 3 2. & prouenient ex ipsa diuisi-

one 4, ut obiectæ indicat formulæ: hæc igitur 4
scribes sub prius inuento numeratore, in huc mo-
dum $\frac{1}{4}$. Vides igitur, quād leuissime $\frac{1}{4} \frac{2}{3} \frac{4}{5}$, reducantur ad $\frac{1}{4}$, qui quidem nu-
meri 3 & 4, nullam partem aliquotam uidentur habere communem, præter uni-
tatem; est igitur 108 utriusq; numeratorem & denominatoris pars aliquo-
ta maxima, unde & pro communis diuisore cōueniens. Hinc patet, $\frac{108}{4}$ abbre- Corollarium.
uiari in $\frac{1}{4}$: diuindendo utriusq; numeratorem & denominatorem per 108. Similiter
& $\frac{108}{3}$ breuius representari per $\frac{1}{3}$: atque $\frac{108}{2}$, per $\frac{1}{2}$, & ita de similibus integrorū
fractionib; Ex quibus rursum elicere potes, eas fractiones quæ magis accedunt
ad integrum, & minoribus numeris figurātur, facilioris esse abbreviationis, quād
sint ex, quæ abeodē integrō sunt remotiores, & maioribus exprimuntur numeris.

3. §. QVANTUM INGENIO, PRAEFATA COMMUNIS ET MA- Maximum denomi-
xima pars aliquota, ipsius datæ, & similis cuiuscunq; fractionis, in qua prolixio-
res maximè fuerit & numeratores & denominatores, inueniri possit: accipito pau-
cis. Partire denominatorem ipsius oblatæ fractionis, per numeratorem eiusdem:
& si nihil ex diuisione remanserit, ipse numerator propositum indicabit numerū.
At si quispiam numerus ex diuisione relinquatur, partire per ipsum relictum nu-
merum, cum numerum quem prius secisti diuisorem, & deinceps ita continuando,
quousq; peruereneris ad diuisionem, ex qua nihil relinquetur: huiusmodi nanci diu-
for ultimus, erit utriusq; pars aliquota maxima, & pro optato diuisore sumendus.
Sint primum exempli causa, oblata $\frac{18}{108}$. Quoniam igitur 36 diuisa per 18, ni- Exemplum.
hil ex diuisione relinquunt: idcirco 18 est pars utriusq; maxima, & aliquota, per
quam si diuidas 18, proueniet 1, & 36 per eadem 18 diuisa, dant pro quoquentie 2:
quæ debito more subscripta, faciunt $\frac{1}{2}$. Accipientur rursum in exemplum, Allud exemplum.
præsata $\frac{1}{4} \frac{2}{3} \frac{4}{5}$. Diuide igitur, iuxta nuper expres-
sum documentū 4 3 2, per 3 2 4: proueniet tan-
tum 1, relictis 108, ut prima indicat formula.
Per ipsa rursum 108, partire 3 2 4: fient pro-
quoquentie 3, nullo manente residuo, uelut secunda
formula monstrat. Igitur 108 est numerus qui

Denominator.	4 3 x	Numerator.	3 x 4	præsata $\frac{1}{4} \frac{2}{3} \frac{4}{5}$.
	1		3	Diuide igitur, iuxta nuper expres-
	Residuum.	x 0 4	4	sum documentū 4 3 2, per 3 2 4: proueniet tan-

C. 4 defyderabatur,

ORONTII FINEI DELPH.

Note ad hanc

deficerabatur, & pro cōmuni diuisore (uti supra fecimus) accipiendo. Quod si numerato oblata fractionis, maior existat denominatore; auferenda sunt in primis integra, ueluti numero quarto antecedentis secundi capitū edoceimus. nā reliqua fractionis numerato, semper erit denominatore minor: de quibus facito, uti nunc p̄cepimus. Ut si proponerentur uerbi gratia $\frac{1}{4} \cdot \frac{2}{3}$: h̄c p̄imum reduces ad 2 integra, & $\frac{1}{4} \cdot \frac{2}{3}$, diuidendo 120, per 48. Iporum ergo $\frac{14}{48}$ partem aliquotam maximam inuenias, & ea erit numerato 24: per quam oblata $\frac{14}{48}$, conuertentur tandem ad $\frac{1}{2}$ integrī, de similibus idem.

Regula numeri impesi.

Numerus Par.

Numerus Imper.

Quod solum par habet secundam partem.
Regula de partē aliquotā uello genitio.

Quid sit numerus seu metit numerū.

Aliorū regula.

Catolica notitia.

Regula animata uerenda.

SO C A E T E R V N , D A T O Q V O V I S N V M E R O , S I Q V O T Q V O T 4 habuerit partes aliquotas, pluacuerit inuenire: siue cedentia animaduertito documēta. In primis itaq; notandum est, quemlibet imparē numerū, carere partibus aliquotis à numero pari denominatis; ut potē secunda siue dimidia, quarta, sexta, octaua, decima, & similibus. Quoniam par numerus aliquotiens sumptus, parē semper efficit numerum. Par nanque numerus dicitur, qui in duas partes aequales, absque unitatis fractione diuiditur; ueluti sunt 4, 6, 8, 10, 12, 14, 16, 18, 20, 24, 36, 40, & his quotunque similes numeri. Impar autē uocatur numerus, qui non potest diuidi in duas partes aequales, sine unitatis interrupcione: cuiusmodi sūt hi numeri 3, 5, 7, 9, 11, 13, 15, 17, 19, 21, 23, 33, 47, & reliqui similes. Omnis itaq; par numerus habet medietatem, siue secundam partem aliquotam: impar uero minimē. Cum autē 5 aliquis numerus alium metit numerum, qui rursus alium numerum metiatur, qui dati numeri sit pars aliquota; quilibet horū numerorū, est pars aliquota ipsius dati numeri. Ut si 3 metitur 9, & 9 metiatur 27 partem aliquotā numeri 54: dico 3, & 9, quemadmodum & 27, esse partem aliquotam ipsius numeri 54: nempe 3 decima octaua, 9 autem sexta & 27 secunda siue dimidia. Numerus alium metiri dicitur numerum, quando aliquotiens sumptus ipsum numerum integrē componit. Idem etiā est numerare numerū, quod & metiri. Præterea, cū aliquis numerus, est aliquota pars alterius numeri: quoties numerus eiusdem numeri pars erit aliquota, à priori denominata numero. Ut potē, si 5 sit pars aliquota numeri 15: quoniā si ter acceperis 5, sicut 15, igitur 3 estis numerus, eiusdem numeri 15 pars erit aliquota, à quinario denominata numero: quēadmodū enim ter 5 faciunt 15, ita & quinque 3. Ex his primū sequitur, quod omnis numerus carēs tertia parte aliquota, caret & sexta, atq; nona: & quicunq; numerus habet nonā, habet & tertiam partē aliquotā. Quilibet rursus numerus carēs quarta, caret eōsequēter octaua: & qui habet octauam, habet etiā quartā, & dimidiā, quēadmodum habēs quartā, dimidiā obtinet partē aliquotā. Omnis quoq; numerus carēs quinta parte aliquota, caret respondēter decima: & ē cōtra, numerus habēs decimā, habet etiā quintā, & dimidiā. Item quicunq; numerus par habet nonam, is habet & tertiam, & sextā, atq; ceteras huiusmodi partes numeri paris aliquotas: si autē id impari acciderit numero, habebit solūmodo tertiam, & sextā. Nullus itaq; numerus habet tertiam partē aliquotā, nisi quē metitur 3: aut quartā, præter cū quē metitur 4: neq; quintam, aut sextā nisi metiatur à 5, uel 6. & ita de septima, octaua, nona, & reliquis partibus aliquotis. Quod si numerus par diuidatur per 9, & remaneat ex diuisione 6: talis numerus caret nona, sed habet tertiam, & sextā partē aliquotā. At si idem numerus par diuidatur per 8, & superabundet 4: huiusmodi numerus caret octā ua parte aliquota, sed habebit quartā. Idē de ceteris respōdenter uelim intelligas.

Omnis tandem numerus, quē non meritur aliquis digitorū (excepta unitate, quae cōmuni oīm numerorū est mensura) nō habet partē aliquotā, præterquam denominata ab aliquo impariū & cōpositorū numerorū, quos sola metitur unitas, & primos adpellare

Documentum notandum.

adpellare solemus: cuiusmodi sunt 11, 13, 17, &c. et. Quod si uelis in promptu reperiire dato quocunq; numero, an possit adaequatē partiri per aliquem primorum numerorum: confuge ad tabulam uniuersalem, seu proportionalem, quam libro proximo, in expeditiorem fractionum sexagintaarum practicam inseruimus. Propositum itaq; numerum diuide per 60; deinde inuestigato numerum quotientē ad 1. exūm, remanentem uero numerū ad dextrum ordinem numerorum, sub quo uero lueris numero primo, ad uerticē ipsius tabulae reperto, distributorū, quos si offendis praeclīs, iudicabis oblatū numerū per eundē primū & uerticalē numerū fore diuisibilem, aliter nō: eundum est igitur ad alium numerum primum, & sub eo idem quod prius obseruandū. Sunt autem numeri primi, ad tabulae uerticē occurrentes tantummodo sedecim, ab 1, ad 59 compræhensi: utpote, 3, 5, 7, 11, 13, 17, 19, 23, 29, 31, 37, 41, 43, 47, 53, 59. Demus in exemplum numerum 169. hunc si diuidas per 60, colliges pro quotiente 2, remanentibus 49. inuestigetur itaq; 2 & 49, modo nuper expresso, sub aliquo numero primo, utpote 13: hos tandem offendes, in decimatertia linea. Concludas igitur 169, posse diuidi per 13. Eadem uia probabis, 5 & 9 diuidi posse per 23. Idem facito de reliquis.

Exemplum.

SIC RELIQVVM EST, VT SPECIALI DISCVRSV, VEL ARTIFICIO, doceamus inuenire, cuiuslibet numeri partes aliquotas, à binario usq; ad denariū numerū denominatiōnē obtinentes: quo rudiores utcunq; facilitare ualeamus. Si uelis itaq; scire, an datus numerus habeat tertīā partem aliquotā (nā de secūda seu dimidia præcedenti numero quarto, generalem præmisimus regulā) adde singula elementa seorsum, & ueluti dīgitū cōlyderata, nā si collectum inde numerum ternarius metiatur, scito præsumtum numerū tertiam habere partē aliquotā: secus eveniente, minime. Vt si proponatur numerus 216: adde 6 cū 1, fiēt 7, quibus adiūgi to 2, cōsurgent 9. et quoniā ternarius metitur 9: igitur datus numerus 216, habet tertīā partē aliquotā, utpote 72. Idē iudicabis de numero 162: nam 1, & 6, & 2 cōponunt similiiter 9. Quod si libuerit agnoscere, an propositus numerus quartam partē obtineat aliquotā: duplica secūdū elementū cū usdē numeri, hoc est, denas, seu primū articulū, et productū, adde primo elemēto siue dīgito ipsius oblatū numeri. & si resultans inde numerus metiatur à quaternario, huicmodi numerus habebit quartā: aliter nō. Iubemus autē nō attingere centenas, aut millenas, & reliquos articulos à primo: quoniā huicmodi numeri cētenarij, & collecti cētenarū articulū, semper habent quartā partē aliquotā. Detur in exēplū numerus 216, dupla igitur 1, fiēt 2, quibus adde 6, resultabunt 8: qui quidē octonarius numerus à quaternario metitur. igitur oblatus numerus 216, habet quartā partē aliquotam. Idē iudicabis de numero 288, & reliquis quibuscunq; propositis numeris. Ad inueniendū autē, an oblatus numerus, in quinque partes aliquotas sit diuisibilis: cōsydera an ipse numerus sit articulus, aut cōpositus. Si nanc̄ fuerit articulus, ut 10, 20, 30, 40, 50, 100, 1000, is habet quintā: si autē datus numerus cōpositus extiterit, nūc obtinebit quintā, nisi dīgitus, hoc est, primū ipsius numeri elementum fuerit, 5. cuiusmodi sunt hi numeri 15, 25, 35, 145, 125, & similes quinario terminati. Quod si abstuleris primū datū numeri, quintā habentis, elementū, & residuum duplaucris, iūcta unitate, si primū elementū fuerit 5: habebis uia admodū facilē, quānā sit ipsius datū numeri quinta pars aliqua. Vt si uelis facere periculū de 225: tolle 5, reliquētur 22, hæc duplica fiēt 44, quibus adde 1, cōsurgēt 45, pñūciabis igitur 45, efficer quintā partē ipsius numeri 225: quēadmodū & 64, quintā integrare partē numeri 320. **D**icitur.

ISi uolueris cōsequēter inuenire, an datus numerus habuerit sextā: quadruplica singulos articulos, et productos numeros adde simul, unā cū primo ipsius numeri elemento.

*Peculiaris inventio
Partū aliquotarum
datū cuiusq; nu
meri.
De tertīā partē
aliquotā,*

De quartā.

*De quinta parte
aliquota.*

Notandum.

ORONTII FINEI DELPH.

mento. Nam si resultans inde numerus metitur à senario, cōcludes oblatū numerū sextam obtinere partem aliquotā: quod si secus euenerit, secus etiam iudicabis. Offeratur exempli causa numerus 138. quadruplicabīs igitur 1, fient 4, deinde 3, fient 12, quae simul componunt 16, quibus adde 8, resultabunt 24. At quoniā 24, à senario metiri constat: concludendum igitur, propositum numerum 138, habere sextam partem aliquotam. Idē de ceteris. At si libeat inquirere, an oblatū quis 12 pīam numerus possideat septimam partem aliquotam: non est regula facilior ea, quam numero septimo nuper tradidimus, cum 7 sit numerus primus. Ut si uel les seire an 168 habeat septimam: diuides primum 168 per 60, fient 2 pro quotiente, remanētibus 48. quare itaq; modo nuper expresso, 2 & 48 sub 7, in eadem succedenti tabula proportionali: quae cum ibidem præcise reperiantur, non dubitabis præsumptum numerum 168, posse diuidi per 7, quare & habere septimam.

De septima numerorum parte.

De octaua.

An datus numerus habet nonam partem aliquotam.

De nonaduina numerorum.

Nouenarius.

Additio fractionum eiusdem habentium denominatorum.

Ad cognoscendum autem, an propositus numerus octauam possidat: dupla se 13 cundum ipsius numeri elementum, utpote denas, & quadrupla tertium, hoc est, cē tenas, millesis intactis, & productos inde numeros adde simul, unā eum primo totius numeri elemento sive dīgito. Quoniā si resultās numerus metitur ab octo nario, ipse datus numerus octauam partem aliquotam habebit: si autem, carebit octaua. Hic iubemus millesas prorūs intactas relinqui: quoniā omnis millesarius numerus, octonario metitur numero, centies enim & uiginties quinquies 8, uel octies 125, conficiunt 1000 numerum. Accipiamus in exemplum 1368: dupla itaq; 6, fient 12, quadrupla deinde 3, fient rursus 12, que simul efficiunt 24, quibus si addideris 8, consurgent 32. At qui 32 metiuntur ab 8: metietur igitur ipse octonarius præsumptum numerum 1368, sic de ceteris. Conse 14 quenter si uelis examinare, utrum datus numerus nonā partem possideat aliquotam: adde inuicem singula totius numeri elementa seorsum accepta, ueluti numero octauo pro reperienda tertia parte præcepimus. Nam si 9, resultantem metietur numerum, metietur similiter & ipsum numerum datum. Esto in exemplū propositus numerus 432. Adde igitur 4 & 3, fient 7, quibus rursus addito 2, prouenient 9. Sed nouenarius metitur 9: igitur 432 nonam partem aliquotam obtinet, & consequenter tertiam, per corolarium sexti numeri. Finaliter si decimam alieuius numeri partem desideraueris, hoc generale documentum obserua bis: utpote. Omnis articulus numerus, ueluti 10, 20, 30, 40, 50, 100, 1000, aut his similis, habet decimam, per divisionem articuli, capite primo libri primi declarata: nullus uero compositeus numerus, sicuti nec dīgitus, in 10 partes æquales patibilis est. Quod si uelis in promptu scire, quenam sit ipsius dati numeri pars decimalis, tolli cōsūlmodo primum totius numeri elementum, nam residuum decimalē eiusdem numeri partem indicabit. Verbi gratia, offeratur numerus 120. tolli igitur 0, relinquuntur 12: ergo 12 est decimalis pars eiusdem numeri 120. De succedentibus, atq; similibus numerorum partibus aliquotis, quae sunt penī infinitas, respondererit iudicabis: nam isthac uidetur, etiam rudissimo, facere satis, quae pro maiori bus numeris, in quibus maior est difficultas, q̄ in paruis, specialiter tradidimus.

De vulgarium fractionum additione.

Caput. III.



RO GENERALI VULGARIUM FRACTIONVM, I
etiam qualiumcumq; propositarum additione, hoc sanè quād faciliū obseruabīs documentum. Consydera, an propositae et addendae fractiones, eiusdem fuerint denominationis: anue diuersam sortitae sint nomenclaturam. Si primum acciderit: collige tantummodo numeratores carundem

carundē fractionum adiuicem, & resultantem inde numerum, scribito pro numeratore, supra communem prædictarum fractionum denominatorem, interposita (ut solet) uirgula. Exempli gratia, sint $\frac{5}{8}$ & $\frac{7}{8}$, in unam summam colligenda. Addit igitur numeratores adiuicē, utpote 5 & 7, fient duodecim; scribe itaq; $\frac{12}{8}$, super 8, communem utriusq; fractionis denominatorem, hoc modo $\frac{12}{8}$. ergo $\frac{5}{8}$, & $\frac{7}{8}$ simul iuncta, componunt $\frac{12}{8}$. Et quoniam numerator scilicet 12, maior est denominatore; idcirco si diuiseris 12 per 8, unum colligeretur integrum, relictis $\frac{4}{8}$, quae ualent $\frac{1}{2}$ integrū. Huiusmodi namq; fractiones semper ad integrā sunt reducendas; & quae sunt remotorē ab integrō, in cas uertendae sunt fractio-nes, quae ad ipsum integrum magis accedunt, & minoribus exprimitur numeris. quemadmodum primo & secundo numero capitīs antecedentīs expressi-
mus. turpe enim est scribere $\frac{12}{8}$, cum unum ualent integrum, & $\frac{1}{2}$ integrū. quod semel dictum uolumus: ne prius oportunū dīcta, importuna citatione repetamus.

*Exemplum.**Notandum.*

2. S C M A V T E M I P S A E C O M P O N E N D A E F R A C T I O N E S V A-
rios habuerint denominatores: reducatur in primis ad unicum denominationis gen-
nus, illius uidelicet fractionis, ad cuius denominationem ceterae faciliter erunt con-
vertibiles, per doctrinā antecedentīs secundī capitīs, quo factō, conponantur in
unum singuli fractionum addendarum numeratores, & sub inde collecto numero
communis loctur denominator, ueluti nuper admouimus. Esto propositum
in exemplum, addere simul $\frac{2}{3}$, & $\frac{1}{6}$. Quoniam igitur $\frac{2}{3}$, faciliter uertitur in sex
ta, quam eadem $\frac{1}{6}$ conuertentur in tertia; idcirco reduces ipsa $\frac{2}{3}$, ad sextorum
denominationem, per quintum numerum præallegati secundī capitīs antecedentīs,
fient $\frac{4}{6}$. Addit itaq; numeratores ad inuicem, utpote 4 & 5, consurgent 9: quae
scribes supra 6, communem utriusq; fractionis denominatorem, in hunc modum
 $\frac{2}{3}$. Concludendum igitur $\frac{2}{3}$, & $\frac{1}{6}$, simul iuncta efficere $\frac{2}{3}$; quae ad unum inte-
grum, & $\frac{1}{2}$ integrū reducuntur. De similibus idem facito.

*De fractionum ad-
ditione uarios deno-
minatores habentia**Exemplum.*

3. S A T S I F R A C T I O N E S A D D E N D A E M U L T I P L I C E S H A B V E
rint inter se denominatores (quod frequentius eueniē solet) utpote quid unius
fractionis denominator, alterius sit pars aliquota; hoc summè notandum obserua-
bis documentum. Diuide maiorem denominatorem, per ipsum minorē, & per
quotientem numerum, qui denotat quoties idem minor denominator in maiori co-
tinetur, multipliça ipsum minorē denominatorem, unā cum proprio numerato-
re: eo namq; modo, fractionem à minori numero denominatam, perquam faciliter &
ingeniosā uia, reduces ad denominatorem alterius. Addit postmodum numerato-
res adiuicem, & producto numero communem subscrībito denominatorem:
quemadmodum immedietate præcedenti numero primo præcepimus, & absoluta
erit præpositorum fractionum additio. Dentur ad maiorem quae diximus elu-
cidationem, $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{9}$ inuicem addenda. Igitur quoniam 3 minor denominator,
continetur in maiori scilicet 9 ter: multiplicabis 3 per ternarium, fient 9, & rur-
sum 1 per eundem ternarium, fient 3: quae scribes supra 9, ut hic $\frac{1}{9}$. Erunt itaq; $\frac{2}{9}$
& $\frac{1}{9}$ simul adiungenda. Addit igitur 2 & 3, fient 5, scribinda super alterutrum
nouenarium: in hunc modum $\frac{5}{9}$. ergo $\frac{1}{3}$, & $\frac{1}{9}$ simul iuncta, efficiunt $\frac{5}{9}$. Simi-
liter si proponantur colligenda $\frac{1}{5}$, & $\frac{1}{10}$: quoniam 10 contiuit 5 bis, idcirco mul-
tipliçabis 5 per 2, fient 10, similis cum priori denominator. Iterum per eundem
binarium, multipliçes 2 numeratorem ipsius minoris denominatorem, fient 4, scri-
binda super 10, erunt igitur $\frac{2}{10}$, & $\frac{4}{10}$ inuicem componenda. addit itaq; 3 & 4,
numeratores, fient 7: haec scribe super 10, pro defydrato numeratore, ut hic $\frac{7}{10}$.
Concludendum igitur, $\frac{1}{5}$, & $\frac{1}{10}$ efficere $\frac{7}{10}$.

*Documentum an-
tiquum, ad
ducentes fractiones
quarum denominator
unius est alterius
pars aliquota.**Exemplum.**Aliud exemplum.*

ORONTII FINEI DELPH.

Regula generalis
pro reliquo fractionis
nibus utriusque halen-
tius denominatores

Exemplum.

S VERVM SI CONTINGAT EASDEM FRACTIONES IN- 4
uicem addendas, talibus constare, seu representari numeris, ut altera in alteram, hoc est, alterius denominationem, absq; fractione fractionis (quae maximè fugientia est) non posset facilè conuerti, ut proposita tandem absoluantur additio: haec tibi uenient ad unam simplicem fractionem reducendæ, per doctrinam undecimè, aut decimè quarti numeri p[ro]allegati secundi capitis huius libri. Omnis namq[ue] fractionum additio, reducio quædam esse uidetur, at non è contra: non enim reducio quelibet, pro additione sumenda est. Sint exempli causa $\frac{1}{3}$, & $\frac{1}{5}$ ini-
cem colligenda. Claram est, necq[ue] $\frac{1}{3}$ in quinta, necq[ue] ipsa $\frac{1}{3}$ in
tertia, absq[ue] remanente fractione fractionis posse conuerti, duc- 19
igitur 5 in 3, sicut 15, pro denominatore communi, deinde 2, 10 9
in 5, sicut 10, scribenda super $\frac{2}{5}$. rursus ducito 3 in 3, sicut 9,
notanda super $\frac{1}{3}$. Igitur $\frac{1}{3}$ reducitur ad $\frac{1}{15}$, & $\frac{1}{5}$ ad $\frac{3}{15}$. ——————
adde itaq[ue] 10 & 9, productos numeratores, confurgent 19
pro numeratore communi, scribenda super 15, in hunc modum $\frac{19}{15}$. Ergo $\frac{1}{3}$
& $\frac{1}{5}$ simul addita, producent $\frac{19}{15}$: que unum faciunt integrū, & $\frac{4}{15}$ integrī.

C OROLARIO, lo reis
qui fractiones me-
tus inveni, uel cū
integralis adiuventis.
EVIDENS ITA QVE RELINQUITVR, QVOTIES PLURES 5
& diuersæ denominationis fractiones adiuicem, aut fractionum fractiones inter-
fesse, uel cum simplicibus, aut mixtis fractionibus, item integra cum fractione, plu-
ribus uel fractionibus, aut cum fractione fractionis, uel pluribus fractionum fractio-
nibus addere suerit operæ precium: recursum ad præmissam, & sufficien-
ter expressam reductionis artē. Nullā em patieris addendo difficultatē, modò pre-
nominatum caput secundum sedula mente notaueris, necq[ue] opus est nouo, & am-
pliori discursu: cum præmemoratae, & his quoteunq[ue] similes fractionum additio-
nes, ab ipsa reductione pendere, imo nec diserepare videantur. Addere etenim in hu-
iustmodi fractionibus vulgaribus, nihil aliud est, quam plures fractiones, in unam
simplicem reducere, siue colligere fractionem,

De subtractione iam dictarum fractionum.

Caput. V.

Subtractione fraction-
rum cūcū habentib[us]
denominatores.

Exemplum.

Prima regula pro
fractionibus variis
denominatores h[ab]ent
fractiones, diuersos habuerint denominatores: altera earum (prout facilior feso ob-
tulerit commoditas) in denominationē alterius conuertatur, per quintum numerū
secundi



N SUBTRACTIONE VULGARIVM FRACTIONVM, 1 idem responderenter est obseruandum, quod in additione. Quoniam si due propositæ fractiones eiusdem fuerint denominationis, uoluerisq[ue] alteram ab altera subtrahere, utpote minorem à maiori: numerator ipsius minoris & subtrahendæ fractionis, auferendus est à majoris fra-
ctionis numeratore, à qua uidelicet (quemadmodum in integralis) debet ipsa subtra-
ctio fieri, & sub residuo communis utriusq[ue], siue peculiari alterius fractionis
denominator collocandus, interiecta solito more lincuncula. Hie maiorem uoca-
mus fractionem, cuius numerator maior est: minorem uero, & subtrahendam, que
minorem habet numeratorem. Item quemadmodum in integralis solemus obser-
uare numeris, duæ solum occurruunt in subtractione fractiones, estq[ue] minor à ma-
jori semper auferenda: quoniam æqualis ab æquali frustrà, & maior à minori nun-
quam subtrahitur. Exempli gratia, proponantur $\frac{2}{3}$, auferenda à $\frac{1}{4}$. Subtra-
hes itaq[ue] 2 à 3, relinquent 1, cui subscrifito 4, in hunc modū $\frac{1}{4}$. Igitur si $\frac{1}{4}$ tollant
à $\frac{1}{3}$, relinquentur $\frac{1}{3}$ integrī. Eodem modo si $\frac{1}{3}$ auferant à $\frac{1}{4}$, relinquentur $\frac{1}{4}$: que
admodum $\frac{1}{4}$ -oblata à $\frac{1}{3}$, relinquent $\frac{1}{3}$, que ualent $\frac{1}{3}$ integrī.

S AT SI PROPOSITAE ET MVTVO SUBTRAHENDAE 2
fractionibus variis
denominatores h[ab]ent
fractiones, diuersos habuerint denominatores: altera carum (prout facilior feso ob-
tulerit commoditas) in denominationē alterius conuertatur, per quintum numerū
secundi

secundi capitū, aut tertium numerū antecēdētis capitū quartū, deinde minoris & subtrahendā fractionis numeratōrē, à numeratōrē majoris auferatur, & sub manente residuo, communis scribatur denominatōrē: ueluti præcedētī numero sigilla tim expressissim⁹. Dentur in exemplū $\frac{1}{5}$, ab $\frac{8}{10}$ auferenda. Reduces itaque Exemplum.

primum $\frac{8}{10}$ ad quinta, sicut $\frac{4}{5}$; subtrahes postmodum $\frac{3}{5}$ à $\frac{4}{5}$, relinquitur $\frac{1}{5}$, cui sub-

scribes $\frac{5}{5}$, ut hic $\frac{1}{5}$. Ergo subtractis $\frac{1}{5}$ ab $\frac{8}{10}$, relinquitur $\frac{1}{5}$ integrī. Haud diffi-

cultiter si $\frac{5}{5}$ à $\frac{2}{3}$ proponantur auferenda: reduces in primis $\frac{3}{5}$ ad nonā, sicut $\frac{6}{9}$,

à quibus dēnum auferes $\frac{1}{9}$, relinquet $\frac{1}{9}$, id est, unum integrī nonū. sic de reliquis.

3. S. CVM AVTEM ALTERA PROPOSITARVM FRACTIO- Repr'a secunda ad idem generis.
num non poterit facilē conuerti in alterius dēnominationem, utpote maior in de-
nominationē minoris, uel ipsa minor in maioris dēnominationē: utrāq; ad unā
simplicem reducatur fractionē, per undēcimum numerū ciudēm secundi ca-
pitū, deinde fiat minoris numeratōrē à majori subtractio, residuo supra communē
dēnominationē collocato: quemadmodum supra diximus. Vt si uelis exempli Exemplum.
causa, subtrahere $\frac{2}{3}$ à $\frac{4}{5}$, reduces in primis $\frac{2}{5}$ & $\frac{2}{5}$ ad unam fractionē sim-
plicem, & communē dēnominationē, multiplicādo denominatōres adiunīcem,

$$\begin{array}{c} \begin{array}{c} 10 & 12 \\ \hline 2 & \times 4 \\ \hline 3 & \end{array} \\ - \\ \hline 15 \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{et denominatōrem unius in alterius dēnominationē: quicm-} \\ \text{admodum suo loco diximus, & obiecta formula monstrat.} \\ \text{Vt rētetur igitur ipsa } \frac{2}{5} \text{ & } \frac{2}{5} \text{ ad quindecimā: ex quibus } 10, \\ \text{sicut } \frac{2}{3}, \text{ & } 12 \text{ à } \frac{4}{5}. \text{ Aufer itaque } 10, \text{ à } 12, \text{ relinquentur } 2, \\ \text{quibus subscribes } 15, \text{ communē utriusq; fractionē redu-} \\ \text{ctāe dēnominationē, sic } \frac{2}{15}. \text{ Conclades itaq; } \frac{2}{5} \text{ subtrahēta à } \frac{4}{5}, \text{ relinquerē } \frac{2}{15}. \\ \text{Idcm de similibus quibuscumq; fractionib;}. \end{array}$$

4. S. VERVM SI AB INTEGRO, VEL DATO QVOPIAM INTE- Defractione
fractionē ab integro
grōrū numerō, auferēda sit aliqua fractio, quoniam in integrum, tot similibus æqui
ualet fractionib; quorū sunt unitates in subtrahendā fractionis denominatōre: id
circo numeratōrem date fractionis auferes ab ciudēm fractionis denominatōre,
residuumq; super eundem rursum locabis denominatōrem, cancellato prius, uel
tandem integro. Vtpote si iubearis subtrahere $\frac{5}{7}$ à duobus integris, subtra-
he 5 à 7 , non fecis ac si eadem $\frac{5}{7}$ à $\frac{14}{7}$ (qua unum ualent integrum) proponerē
tur auferenda, relinquentur 2 : quae rursum scribito supra 7 , hoc modo $\frac{2}{7}$, aufer-
rasq; 1 ab ipsiis duobus integris. Relinquentur ergo facta subtractione, 1 inte-
grum, & $\frac{2}{7}$ integrī. Non alienum habeo iudicium de ceteris.

5. S. EX HIS, ET PRÆDICTIS OMNIBVS RELINQVITVR Cordarium de re-
latis integrō &
fractionē mixtū
sive generibus inā-
cēm subtrahendis.
manifestum, quoties intgra, & simplices fractiones, aut fractiones fractionē, à
plurib; fractionib; uel integris, aut mixtis seu fractionē fractionib; & cæ-
teras eiusmodi fractionē fractionē mixturas, à quibuscumq; fractionē generibus, sub-
trahere facit operē p̄cūm: ad reductionē artem prius esse recurrentum. hoc
est, singula fractionē genera, tam ea scilicet à quibus subtrahēta facienda est,
quam etiam auferenda, ad unicam simplicem eiusdemq; dēnominationē fractionē
nō forcē conuertenda: deinde absoluenda esse omnia, ad subtractionē artem (eo
quo nunc diximus modo) pertinentia.

De earundem fractionē multiplicationē.

Caput. VI.

I. VENAMODVM IN INTEGRIS ITA ET IN FRA-
ctionēs integrōrū numerōs, multiplicatio non minimā ipsius artis ui-
detur obtinēre partē: idcirco singula multiplicationēs discrimina,
inter fractos accidentia numeros, discurrere non erit importū.
Sit ergo



ORONTII FINEI DELH.

*Regula generalis
notanda.*

Sit ergo prima & uniuersalis hæc regula. Propositis quibuscumq; fractionibus per se se,uel in alias qualcumq; fractiones multiplicandis:ducatur in primis numeratores inter se, & optatae fractionis numerator generabitur. Rursum denominatores adiuicem multiplicentur:scitq; productæ fractionis denominator, sub prefato numeratore ponendus,intericcta solito more lineuncula. Esto primum in ex. 2 exemplum simplex fractio, per simplicem multiplicanda fractionem: utpote $\frac{4}{5}$, per $\frac{2}{3}$. Duc itaq; numeratores adiuicem, scilicet 4 in 2: fient 8, numerator optatus, deinde multiplicata denominator, hoc est, 5 per 3: confurgent 15, quæ pro denominatore sub eisdem 8 collocabis, interposita uirgula, ut hic $\frac{8}{15}$. Ergo $\frac{4}{5}$ per $\frac{2}{3}$, uel è contra multiplicata, producunt $\frac{8}{15}$. Sed offeratur fractio fractionis, per fractionem itidem fractionis multiplicanda: utpote $\frac{2}{3} \cdot \frac{1}{4}$, per $\frac{1}{5} \cdot \frac{1}{6}$. Due igitur 2 in 1, fient 2, & rursum 2 in 3, prouenient 6, quæ tandem per 1 multiplicata non augetur: ergo 6 erit numerator producenda fractionis. Consequenter multiplicata 3 per 4, fient 12, quæ rursum duc in 5, confurgent 60, haec tandem per 2 multiplicata efficien 120: quæ pro denominatore fractionis optatae, sub prius obtento numeratorre, utpote 6, responderent annotabis. Igitur ex hac multiplicatione prouenient $\frac{6}{120}$: quæ abbreviata, reducuntur ad $\frac{1}{20}$ integræ.

*Exemplu multiplicatio-
nis fractionis
sive fractionis
per fractionem
multiplicanda.*

*De multiplicatione
fractionis simplex,
per fractionem fra-
ctionis.*

*Multiplicatio sim-
plicis fractionis p
fractionem simpli-
cem fractionem fra-
ctionis.*

*De reliquis multi-
plicationis interfa-
ctiones, nonnotabiles*

*Integram per sim-
plicem fractionem
multiplicanda.*

Eodem modo, si fractio simplex, in 4 fractionem fractionis sive mixtam, aut è contra proponetur multiplicanda, facie dum esse iudicabis. Ut sint uerbi gratia $\frac{4}{5} \cdot \frac{1}{4}$, quæ oporteat ducere in $\frac{1}{4}$ integræ, uel è diuerso. Dic igitur, quater 1 faciunt 4, & ter 4 efficiunt 12: quæ pro numeratore seruabis, postea dicito, quinque 3 faciunt 15, quater autem 15 componunt 60, pro denominatore generatæ fractionis, sub 12 præobtent numerator locanda, in hunc modum $\frac{1}{60}$: quæ ad breuiorem redacta fractionem, per $\frac{1}{60}$ integræ representantur. Necq; alienum habendum est iudicium, de quibuscumq; mixtis fractionibus adiuicem multiplicandis. Nec dissimiliter est operandum, cum fuerit aliqua simplex fractio cum fractione fractionis, in fractionem simplicem: aut simplex fractio, per simplicem fractionem, una cum fractione fractionis multiplicanda. Ut pote si $\frac{1}{3} \cdot \frac{1}{4} = \frac{1}{12}$, per $\frac{1}{12}$ integræ, aut è contra uelles multiplicare. Bis enim ter faciunt 6, & quater 6 efficiunt 24: quæ productum indicant numeratorem, insuper ter 4 faciunt 12, bis autem 12 efficiunt 24, quinque demum 24 producunt 120, pro denominatore, sub prefatis 24, in hunc modum annotanda $\frac{120}{120}$: quæ ad breuiorem conuersa fractionē ualent $\frac{1}{1}$ integræ. Idē censeto de similibus.

Reliquas autem simplicium, atq; mixtarum fractionum occurrentes in multiplicatione combinaciones sigillatim explicare, superuacaneum iudicamus: utpote quæ ex prædictis facile comprehendendi possunt. Siue enim fractionem simplicem cum fractione fractionis, in fractionem etiam simplicem & fractionem fractionis, vel plures & simplices fractiones, per plures itidem fractiones simplices, aut demum fractiones fractionū tā per se, quam per simplices fractiones multiplicare fuerit operæprecium: semper est facienda numeratorum atq; denominatorum, tam per rectum quam per obliquum expressorū, inter se multiplicatio, quæadmodū multiplici nuper declarauimus exemplo: transcamus igitur ad reliqua.

SO CVM AVTEM PROPOVENTVR INTEGRA PER SIMPLICEM fractionem, uel è contra multiplicanda: ducendus est integrorum numerus in numeratorem ipsius datae fractionis, & productum scribendum super denominatorem eiusdem fractionis. Exempli causa, sint $\frac{1}{7}$ per 4 integra, uel è contra multiplicanda. duc igitur 4 in 3, fient 12: quæ scribe supra 7, in hunc modum $\frac{12}{7}$. Ergo $\frac{1}{7}$ per 4 integra, uel è diuerso multiplicata, producunt $\frac{12}{7}$: quæ unum ualent integrum, & $\frac{12}{7}$ integræ. Si em̄ diuiseris 12 per 7, proueniet 1 integrū pro quotiē numero,

numero, relictis 5 integrī septimis, quæ quidem diuisio semper erit obseruāda, quo ties productus ex multiplicatione numeratōrē maior fuerit eiusdem fractionis denominatore: ut pducta, simul & reducta fractio cōfurgat. Idē iudicato de cæteris.

- 8 Quod si integra per fractionē fractionis proponantur multiplicanda, in qua uicet duo sunt numeratōres et denominatōres: duc primum numeratōres & denomi-
natorēs inter se, modo sūpius expresso. Deinde per antecedentē regulam,
multiplicā numeratōrem communē, per datum integrorum numerum: et si p-
ductus numerus fuerit maior communī denominatōre, diuide ipsum per eundem
communē denominatōrem, ex mutua particulariū denominatorū multiplicā-
tione productū. nam inde resultantem, & ad integrā reducētam fractionē ha-
bebis. Dentur in exemplū $\frac{2}{5} \cdot \frac{1}{3}$, per 15 integrā multiplicanda. Duc igitur
primum 2 in 1, sicut 2, communis scilicet numeratōrē. rursus dueito 5 in 3, sicut
15: quæ communē pariter indicabunt denominatōrem. Multiplicā postmodū
15 integrā per 2, sicut 30: quæ partire per 15, hoc est, denominatōrem, prouenient
2 integrā præcisē, absq; reliqua fractiōne. Idem sac de similibus quibuscūq; fractiō-
nū fractionib; per quēuis integrorum numerum, uel ē contrariō multiplicandis.
- 9 Verum, si integra cū fractiōne, per integrā uolueris multiplicare: duc prius inte-
gra in se, & nota productū integrorum numerū. Deinde multiplicā integrā
fractiōne carentia per ipsius fractionis numeratōrem, iuxta doctrinā septimi nu-
meri immeiatē præcedentis: & confurgentē inde numerū adde rescrutato in-
tegrorum numero. Vt si uelles exempli gratia multiplicare 5 per 4 integrā, &
 $\frac{2}{3}$ integrā, uel ē contra: duc 4 in 5, sicut 20. rursus duc ipsa 5 in 2 numeratō-
rem datae fractionis, sicut 10 tertia, quæ ualent 3 integrā, & $\frac{1}{3}$ integrā: adde ita-
que ea cum ipsis 20 integris, confurgent 23 integrā, & 1 integrā tertium. tantum
10 igitur ex hac multiplicatione producetur. Vt aliter, reduc integrā fractionē
adiacentia ad idem genus commune cum eadem fractionē sua: deinde operare per
doctrinā septimi numeri immeiatē præcedentis. Reptatur antecedens exem-
plū: ubi 4 integrā per 5 & $\frac{2}{3}$ integrā proposuimus multiplicanda. Duc igitur 4
in 3, sicut 12 tertia: quibus adde $\frac{2}{3}$, confurgent $\frac{14}{3}$. hæc ducito in 5 integrā,
cōfurgat $\frac{12}{5}$: quæ 23 ualent integrā, et $\frac{1}{5}$ integrā, ueluti p alii modū inuenimus.
- 11 Cum autem integrā unā cum simplici fractiōne, per integrā & fractionē
itidem simplicē multiplicanda proponentur: duc in prīmis alterū integrō
rum numerū per reliquū, & subscribe productū. Deinde multiplicā nu-
meratōrem fractionis multiplicandā, per integrā multiplicantia. idem quoq; fa-
cito de numeratore fractionis multiplicantis per integrā multiplicanda, per ante-
cedentis numeri septimi documentū: & productos inde numeros (subtractis, at-
que priorib; adiunctis integris) adde simul, si fractiōnes extérne similes. quod
si fuerint dissimiles, pone euūlibet numeratōrem supra denominatōrem propriū:
& eas in unam reducito fractionē, per undecimū numerū fecundi capitū hu-
ius libri. Tandem multiplicato unam prædictarū fractionē in reliquā,
per documentū prīmū, & exemplū secundi numeri huius capitū: & configurē-
tem inde fractiōnē, adde priori & nuper reliqua fractiōni (nam eundem habebit
denominatōrem) subductis semper integris, priorib; tandem adiungendis. Nam
hoc modo productū ex multiplicatione numerū, ex integris & fractiōne resul-
tantem obtinebis. Objiciantur exempli causa, 4 integrā & $\frac{2}{3}$ integrā, per 5 integrā
tegra & $\frac{7}{8}$ multiplicanda. Duc itaque primum 4 in 5, sicut 20: quæ scribe fe-
orsum. deinde 4 in 7, sicut $\frac{28}{7}$: quæ 3 ualent integrā, eum 20 integris adiu-
genda, & $\frac{4}{8}$ integrā. Multiplicā postmodū 5 per 2, sicut $\frac{10}{2}$: quæ 3 rursus
ualent

*Integrorum p
fractionis
multiplicatio.*

Exemplum.

*Integrā cū fractiō-
ne qualiter p inte-
grā multiplicanda.*

Exemplum.

Alius modus.

*De integrorum cū
fractionē p integrā
cum fractiōne
multiplicando.*

Exemplum.

ORONTII FINEI DELH.

ualent integra prioribus addenda, & $\frac{1}{1}$ integræ. Relicta conseqüenter $\frac{4}{8}$ & $\frac{1}{3}$ integræ græ, ad unam simplicem reducito fractionem: prouenient $\frac{27}{24}$ integræ. Tandem multiplicata $\frac{7}{24}$ per $\frac{2}{3}$, sicut $\frac{14}{24}$: quæ unâ cum $\frac{27}{24}$ efficiunt à quibus unum auferatur, & prioribus addatur integrum: & relinquetur $\frac{10}{24}$, quæ brevius repræsentantur per $\frac{5}{12}$. Colligentur ergo ex proposita multiplicatione 27 integræ & $\frac{5}{12}$ integræ. Idem de similibus.

Naturæ molles facilius procedentes.

Exemplum.

Corollarium de regulis integrorum & fractionum cœlestes et plurimæ quadruplicandis.

Notationem.

$$\begin{array}{c} \text{27} \\ \text{20} < \text{4} \times \text{3} > \text{14} \\ \text{3} \quad \text{5} \quad \text{7} \quad \text{24} \\ \text{3} \quad \text{8} \quad \text{28} \quad \text{4} \\ \hline \text{27} \quad \text{12} \quad \text{8} \quad \text{8} \end{array}$$

Poteris et alia, multoq; breviori & faciliori uia, id est respodēter absoluere; reducendo utruncq; integrorum numerum, & ad suam adjungendo fractionem, facta nanque reductione, si altera consurgentium inde fractionum per reliquam multiplicantur, iuxta regulam primo & secundo numero huius capitatis expressam: debitus ex proposita multiplicatione nascetur numerus. Repetantur in exemplum præfata 4 integræ & $\frac{1}{3}$, per 5 integræ et $\frac{7}{8}$ multiplicanda: quod facilius operationū agnoscatur respondentia. ex 4 igitur integris & $\frac{1}{3}$, sicut $\frac{14}{24}$, & ex 5 integris & $\frac{7}{8}$ cōsurgent $\frac{49}{8}$. Itaque si multiplicaveris $\frac{49}{8}$ per $\frac{14}{24}$, uel ē contra, producentur $\frac{689}{24}$: quæ 27 ualent integræ, & $\frac{10}{24}$, brevius per $\frac{5}{12}$ repræsentata. Nō aliter facio de ceteris.

Ex his omnibus facile colligitur, ceterarum combinationum, tam simplicium quām etiam mixtarum fractionum (qua fractiones fractionum appellantur) cum integris duendarum multiplicatio, utpote integrorum cum fractione & fractione fractionis, uel pluribus fractionibus, per integræ uero fractione & fractione fractionis, pluribusue fractionibus mixtis aut simplicibus; atq; eiusmodi integrorum & fractionum mixtarum combinationum. Quarum omnium peculiarem repeterem multiplicationem, tediostum potius & superuacaneum, quām utile uel necessarium indicamus. De his itaque satis.

De divisione prædictarum fractionum.

Caput. VII.

Regula generalis omniū fractionum.



RO MVTVA VVLGARIVM FRACTIÖNVM DIVISIÖNIS, siue maior per minorem, aut minor per maiorem sit diuidenda fractione, hanc generalē, & omnium facillimā accipitore regulam. Propositis duabus quibuscumq; simplicibus fractionibus, quarum altera per reliquam diuidi iubetur: ducatur numerator diuidendæ fractionis in denominatorem diuidentis, & productū pro quotientis seruato numeratore. Deinde multiplicetur numerator ipsius diuidentis per denominatorem eiusdem diuidendæ fractionis: & productum facito denominatorem, sub præobtento numeratore (interposita de more uirgula) collocandum. Cum igitur maior per minorem diuiditur fractionem: producfa fractio demonstrat, quoties eadem minor in majori fractione contineatur. Si autem minor per maiorem diuidi iubetur: ipsa pro quotiente generata fractio responderetur indicabit, quotam partem, siue partes majoris & diuidentis fractionis ipsa minor & diuidenda comprehendat. Dentur primum in exemplum $\frac{1}{2}$, per $\frac{1}{3}$ diuidenda. duc igitur 2 in 2, sicut 4: quæ pro generata fractionis numeratore seruabis. deinde multiplicata in 3, sicut 3: haec scribe sub 4, pro denominatorem eiusdem producta fractionis, sic $\frac{4}{3}$. Et quoniam numerator scilicet 4, semel cōtinet denominatorem utpote 2, & tertiam eius partem: cōcludas diuidēdam & maiorem fractionem, utpote $\frac{1}{2}$, semel cōtinere minorem & diuidētem, uidelicet $\frac{1}{2}$ & insuper tertiam eiusdem secundi partē. Id est iudicato de ceteris.

At si

3 At si uersa uice $\frac{1}{2}$ per $\frac{1}{2}$, minor scilicet per maiorem fractionem diuidi iubatur? De divisione minore & simplicis fractionis p. maiorem.
absoluta eo quo diximus modo numeratorum & denominatorum multiplicatio-
ne, generabuntur pro quotiente $\frac{1}{4}$. Vnde sequitur, minorem & diuidendam fra-
ctionem, tres quartas ipsius maioris & diuidentis tantummodo continere. Neque
alienum habendum est iudicium, de quibus unq; similibus.

4 Vnde si fractio fractionis, per aliam fractionis fractionem diuidenda proponatur:
utraque in simplicem primo reducatur fractionem, deinde fiat alternata numera-
torum & denominatorum multiplicatio: quemadmodum præcedens admonet re-
gula. Offerantur exempli causa $\frac{1}{2} : \frac{1}{4}$ per $\frac{1}{2}$; diuidenda. Prima fractionis fra-
ctio reducetur ad $\frac{1}{2}$, & secunda ad $\frac{1}{2}$, due itaq; 2 in 20, fiet 40: & 3 in 12, eosur-
get 36, sub eisdē 40 collocāda, in hunc modū $\frac{36}{40}$. Ergo pro quotiente genera-
tur $\frac{9}{10}$: quæ abbreviata faciunt $\frac{9}{10}$: hoc est 1, & $\frac{1}{10}$. quapropter inferatur $\frac{1}{2} : \frac{1}{4}$,
uel $\frac{1}{2}$, continere $\frac{1}{2} : \frac{1}{4}$, siue $\frac{1}{2}$ feme, & nonam insuper corundem partem.

5 Si autem $\frac{1}{4} : \frac{1}{4}$, per $\frac{1}{2} : \frac{1}{4}$, hoe est, $\frac{1}{20}$ per $\frac{1}{2}$, uerso diuidantur ordine: fient p.
quotiente $\frac{1}{40}$, quæ breuius per $\frac{1}{10}$ repræsentantur. Ex quo sequitur, minorē &
diuidendam fractionem, hoe est, $\frac{1}{10}$, uel $\frac{1}{10}$, continere tantummodo nouem de-
cimas ipsius diuidentis & maioris fractionis, utpote $\frac{1}{2} : \frac{1}{4}$, uel $\frac{1}{2}$. Eadem uia ope-
randum est in quibus unq; similibus.

6 Manifestum itaque relinquitur, quām facile sit, cæteras fractionum combina-
tiones alternatim diuidere, utpote fractionem fractionis, per fractionem simplicē
uel ē contra, item simplicem fractionem cum fractione fractionis, per simplicem
& fractionem itidem fractionis, duas quoq; pluresue simplices, aut mixtas fractio-
nes, per duas, aut plures mixtas, simplicesue fractiones: & quæ sūt huiusmodi. Re-
ductis enī singulis tā diuidēdis q̄ diuidētibus fractionibus, ad unicā & simplicē fra-
ctionē: cætera iuxta præcedētis regulæ tenorem, respōdenter sunt adimplenda.

7 **S**O CVM AVTEM INTEGRA PER SIMPLICEM FRACTIO-
nem proponentur diuidenda: multiplicata denominatorē fractionis in sece, & pro-
ductum rursum per integrorum dueito numerum, aut (si uelis) multiplicato ipsius
fractionis denominatorē per integra, & productum in cundem rursum dueito
denominatorē: & habebis numeratorē quotientis ex divisione fractionis. Quod
si denominatorē ipsius fractionis, per numeratorem eiusdem multiplicaueris; p-
ducetur eiusdem quotientis denominator, sub præfato numeratore notandus.

Exempli gratia, sint 5 integrā diuidenda per $\frac{1}{4}$, due igitur 4 in sece, fiet 16: quæ
rursum multiplicata per 5, convergent 80, uel dueito 4 in 5, fiet 20: haec iterū mul-
tiplicato per 4, prouenient itidem 80, quæ pro quotientis numeratore seruabis, po-
stea dueito 4 in 3, fiet 12, scribenda sub 80 pro denominatorē: in hunc modū $\frac{80}{12}$.

8 Idem, sed multò leuius obtinebis, si integra ad simile genus fractionis cum diui-
dente reduxeris, utpote ad quartā: deinde absoluoris reliqua, per præmissam regu-
lam generalem. Nam 5 integra uertentur in $\frac{20}{4}$: quæ si diuiseris iuxta regulæ te-
norem per $\frac{1}{4}$, fient similiiter pro quotiente $\frac{80}{12}$, quæ breuius per $\frac{20}{3}$, aut si uelis 6,
& $\frac{1}{2}$ repræsentantur: denotantia propositam & diuidentem fractionem, sexies eō
tineri in ipsiis diuidendis 5 integris, & præter ea $\frac{1}{2} : \frac{1}{4}$, quæ ualent $\frac{1}{2}$ siue $\frac{1}{2}$ in-
tegrī. De quibus unq; similibus idem facito.

9 Verum si è diuerso fractionem aliquam simplicem, per integra diuidere fuerit
operæ precium: multiplicata denominatorē ipsius fractionis per integra, & producto
suprascribe numeratorē eiusdē fractionis. Ut si uelles eadē $\frac{1}{4}$, per ipsa 5 integra di-
uidere: due 4 in 5, fiet 20. quibus suprascribe 3, eosurgent pro quotiente $\frac{3}{2}$: quæ
ualent $\frac{9}{10} : \frac{1}{4}$, uel $\frac{1}{2} : \frac{1}{4}$. Aut si uelis, reducito (ueluti nuper admonuimus) 5 integra

De integrorū diu-
sionē p. fractionē sim-
plicē.

Exemplar.

Alius modus faci-
lior præcedēt.

Quæceter fractio
per integrā diu-
datur.

Allius modus.

D ad fra-

ORONTII FINEI DELPH.

ad fractionem eiusdem generis cum ipsa diuidenda, ut pote ad quartam fient $\frac{1}{4}$, per quae diuide $\frac{1}{4}$, secundum doctrinam primae & uniuersalis regulæ: fient pro quo^tiente $\frac{1}{3}$, quæ ualent $\frac{1}{12}$ integræ, per priorem diuidendū modum adiuventa. Vnde concluditur, diuidendam fractionem continere solummodo nouem decimas unius sextæ partis, uel tres quartas unius quintæ propositorum 5 integrorum.

*Corollarium de inter-
pres cō simpli vel
uaria fractione diui-
dendis.*

*Exemplū diuisione
integræ cō fractione
neque fractione fra-
ctionis per integræ
cō fractionem vel fra-
ctione fractionis.*

*Alia regula ad illā
mentia.*

Breviatio.

Corollarium.

Hinc pater, si integra eum simplici fractione uel cum fractione fractionis, per 11 integra, uel fractionem simplicem, aut fractionem fractionis, alternatim proponantur diuidenda: qualiter sit operandum. Reductis nanc fractionum fractionibus ad simplicem fractionem, atq; integris ad idem genus cum simul occurrente fractione conuersis: cætera omnia non aliter, quam supra monstrauimus sunt adimplenda. Nec opus est reiterato exemplorum discursu: ni forsitan ante dicta proorsus ignoraueris, quod si tua euenerit negligentia: summum uidetur esse remedium, ut singula diligentius animaduertas. Idem quoq; faciendum esse non ignores, si integra cum simplici fractione, uel fractione fractionis, per integra itidem cum fractione simplici, aut fractione fractionis, siue cum utrisq; diuidere iubearis. Ut si uelles ad maiorem omnium euidentiam, diuidere 3 integræ & $\frac{1}{4}$, per 2 integræ & $\frac{1}{4}$; sic facio. Ex prima & diuidenda fractione fractionis fient $\frac{1}{8}$, quæ ualeat $\frac{1}{4}$ integræ ex secunda autem & diuidente resultant $\frac{1}{12}$, quæ brevius per $\frac{1}{4}$ integræ representantur. Igitur idem proponitur, ac si integræ & $\frac{1}{4}$, per 2 integræ & $\frac{1}{4}$ offerrantur diuidenda. Reduc itaque 3 integræ ad tertia, fient $\frac{1}{3}$: quæ una cum $\frac{1}{12}$, efficiunt $\frac{1}{4}$. Rursum conuertito 2 integræ ad quartam, consurgent $\frac{1}{2}$: quibus si addideris $\frac{1}{4}$, resultabunt $\frac{1}{4}$. Diuide igitur $\frac{1}{4}$ per $\frac{1}{4}$, secundum primam & uniuersalem regulam: & naescuntur pro quotiente $\frac{1}{4}$, hoc est, 1 & $\frac{1}{12}$. Vnde relinquit euidentis, fractionē ipsam diuidendā continere semel diuidentē, atq; eiusde $\frac{1}{12}$.

E S T & alia regula, non proorsus aspernanda: in hunc obseruanda modum. 13 Multiplica denōminatorem unius fractionis, per denōminatorem alterius: & productum communem uocato denōminatorem, deinde multiplica ipsum communē denōminatorem per integræ diuidenda, & producto adde numerum, qui ex ductu numeratoris diuidendæ fractionis in denōminatorem diuidentis generatur: nam consurgens inde numerus, optatæ fractionis numerator uenit appellandus, ex parte diuidenda procreatus. Dicito postmodum præfatum communem denōminatorem in integræ diuidentia, & producto adiungito numerum ex ductu numeratoris ipsius diuidentis fractionis in denōminatorem diuidendæ procreatū: is enim qui tandem adgregabitur numerus pro quotientis denōminatore uenit ac cipiendus, ex reductione partis diuidentis proueniens. Reptantur in causam exempli præfata 3 integræ & $\frac{1}{4}$, per 2 integræ & $\frac{1}{4}$ diuidenda: quo magis eluceat operationum respondentia. Duc itaque primum 3 in 4, fient 12, communis de nominator, Deinde multiplicā 12 per 3 integræ, fient 36: quibus adde 4, ex ductu 4 in 1 resultatia, puenient 40, pro quotientis numeratore ex ipsa diuisione seruanda. Consequenter duc ipsa 12 in 2 integræ, fient 24: quibus adiungito 3, ex ductu 3 in 1 procreata, resultabunt 27, sub præfatis 40 pro denōminatore notanda. Igitur ex hac diuisione fiunt pro quotiente $\frac{40}{27}$, ucluti superius inuenimus: quæ rursum uident 1 & $\frac{1}{12}$. Idem intelligito de similibus.

Ex prædictis omnibus & præcedenti capite facile colligitur, fractiones ex multiplicatione productas, minores esse multiplicantibus, atque multiplicandis fractionibus: quotientes autem ex diuisione procreatæ, & diuidendas & diuidentes superrare fractiones. 14

De utriusque

AD HABENDAM IN PRIMIS QVADRATAM OBLATÆ eiususcunq; fractionis radicem, ad septimum eaput libri primi recurrit: dum est: ubi generalem quadratarum radicum inuentionē, duobus & quidem certioribus modis aperuimus. Sed quoniam in fractionū uulgarium expressione duo semper occurunt numeri, utpote numerator & denominator: utriusq; radix quadrata seorsum acepienda est. Nam radix numeratoris, erit numerator: & ipsius denominatoris radix, denominator quadratæ radieis eiusdem oblatæ fractionis. Offerantur exempli causa $\frac{4}{9}$. Radix igitur numerato-
ris est 2, & denominatoris 3: scribe itaq; 2 super 3, interposita uirgula, hoc modo
 $\frac{2}{3}$. Ergo radix quadrata $\frac{2}{3}$, est $\frac{2}{3}$. Sed demus in exemplum fractionem mi-
nimè quadratam, cuiusmodi sunt $\frac{5}{11}$. Radix itaq; numeratoris, scilicet 5, erit 2 &
 $\frac{1}{4}$: & ipsius denominatoris radix, utpote 11, erit 3 & $\frac{2}{9}$, uel $\frac{1}{3}$, per primum mo-
dum ipsius nuper allegati septimi capitis libri primi, unde collecta radix erit $\frac{2}{3}$,
& $\frac{1}{4}$; quæ non est uera radix eorumdem $\frac{5}{11}$ (nam ipsam in non quadratis per
 numeros inuenire, est impossibile) sed ueritatē ute unq; propinq; quæ madmodum
ibidem annotauimus. Vnde si præcise rem eorumdem $\frac{5}{11}$ libeat inuestigare ra-
dīcē, utere secundo modo quinto numero eiusdem septimi capitis expreso, ad-
e commodatis quotquot uolueris tz iphiis, pari tamē numero distributis, sintq; uer-
bi gratia sex. Absolutis itaq; singulis ibidem elucidatis, offendes radicem numera-
toris 2 2 3 6, & ipsius denominatoris 3 3 1 6: quæ quidem $\frac{2}{3}; \frac{2}{3}; \frac{6}{1}$ per articulū
60 distributa, dant pro radice numeratoris 2, 14, 9, 36, hoc est, 2 integrā, 14 mi-
nuta, 9 secunda, & 36 tertia, quæ non faciunt præcisē 2, & $\frac{1}{4}$, sed deficiunt 50 fe-
ré secunda: pro denominatoris autem radice 3, 18, 57, 36, id est, 3 integrā, 18 mi-
nuta, 57 secunda, & 36 tertia, quæ non faciunt 3 & $\frac{1}{3}$ deficit enim 1 minutū,
& 2 circiter secunda.

ST E R T I V M libet annectere modum, uulgaribus tantummodo fractionibus familiarem, & pro non quadratis principaliter excogitatum. Proposita igitur qua-
cunq; fractione, eius quadratam iubaris extrahere radicem: mutuato quemcumque uolueris numerum, & ipsum multipliē per oblatæ fractionis denominatorē, productumq; futuræ radicis denominatorem facito. Deinde præfatum numerum mutuatum ducito in seipsum, & quadratum eiusdem multiplicato per denomi-
natorē ipsius datæ fractionis, rursumq; productum in numeratorē eiusdem fra-
ctionis dueito, eonsurgentis demū numeri quadratam extrahito radicē, per doctri-
nā præallegari septimi capitis libri primi: nā ca radix, erit numerator ipsius opta-
tæ radicis, supra denominatorē solito more notandus. Vel (& idem redibit) fa-
cito de numeratore, quod de ipso denominatore, & vice uersa iussimus obseruan-
dum. Due igitur eundē numerū mutuatum, in propositæ fractionis numeratorē:
& productū pro futuræ radieis numeratore seruato. Deinde quadratū ipsius mu-
tuati numeri multipliēato per numeratorē eiusdē fractionis, & productū rursum
ducito in ipsius oblatæ fractionis denominatorē, resultantisq; tādem numeri qua-
dratā (uelut prius) extrahito radicē: quoniam ipsa erit præfatæ radieis denomina-
tor. Acepiātur rursum in exemplum præfata $\frac{4}{9}$: sitq; numerus mutuatus 60.
in quem due 9, fiēt 540: quæ nota seorsum pro futuræ radieis denominatore, due
postmodum 60 in sece, sicut 3600: quæ multipliēa per 9, prouenient 32400. hæc
rursuni dueito in 4, eonsurgent 12 9 6 0: quorum radix quadrata est 360, quæ
pro numeratore, supra 540, in hunc modum collocabis $\frac{1}{4}; \frac{6}{4}; \frac{2}{4}$.

D 2 Hanc

*De quadratæ
radicem in
fractionibus in-
uenienda.**Exemplum in qua-
dratis fractionibus.**Exemplum in non
quadratis, per pri-
mum modum.**Allud exemplum
quadratæ radicis,
per secundum modum.**Allius modus repre-
sentandū quadra-
tarum radicem fra-
ctionibus peculiariis**Idem aliter.**Exemplū inqua-
dratis, secundum primā
partem huius tertij
modi.*

ORONTII FINEI DELH*

Hanc porrò sic inuentam radicem, si ad breuiorē reduxeris fractionem, diuidendo numeratorem 360, atq; denominatorem 540, per maximam utriusq; partem alię quotam (utpote 180) colligentur praeſiē $\frac{1}{3}$, pro radice: qualem superius, per uul- gatum modum offendimus. Repetantur ſimiliter, ad maiorem ſingulorum eui- dentiam, ipla $\frac{1}{11}$: ſitq; idem mutuatus numerus 60. Due igitur 60 in 5, ſient 300: quæ pro futurae radicis obſeruabis numeratore. Cōſequenter quadratum de 60, ſcilicet 3600 due in 5, ſient 1800: quæ rurſum multiplicata per 11, producentur 198000, quorum radix quadrata ueritati propinquior est 445: quæ ſub 300 pro denominatorre locabīs, hoc paſto $\frac{120}{445}$. Tanta igitur eft radix quadrata corun- dem $\frac{1}{11}$, ueritati (quantum ars ipla patitur numerorum) admodum proxima: quam ſi ad breuiorem reduxeris fractionem, offendes eandem radicem efficer $\frac{60}{99}$, & haec demum $\frac{60}{99}$ uerti ad $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{3}$. Idem respondenter cendendum & obſeruandum eft de eæteris quibuscumque quadratis, aut non quadratis in- tegrorum fractionibus.

SOPROCVBICAE AVTEM RADICIS PRÆDEDICTA³

rum fractionum inuentione, haud diſſimili uia procedendum eft. Propoſita nan- que fractione, cuius radicem uelis habere cubicam: utriusque numeri, ſcilicet nu- meratoris & denominatoris eiusdem fractionis, cubicam ſeorsum extrahito ra- dicem, per doctrinam octauī capitī eiusdem primi libri, ubi duplē par- ter modum inueniendarum cubicarum radicem tradidimus. Quoniam radix

cubica numeratoris, eft numerator: & cubica ipsius denominatoris radix, de- nominator ſuturæ, & optatae radicis cubicæ. Eſto exempli gratia $\frac{1}{27}$, quo- rum radix cubica defyderetur. Radix itaque numeratoris cubica erit 2, & denominatoris 3: feribe igitur 2 ſupra 3, & conclude iadicem cubicam corun- dem $\frac{2}{3}$ eſſe $\frac{1}{3}$. Si nanque $\frac{2}{3}$ in ſeipſa ducantur, producent $\frac{4}{9}$: quæ rurſum per $\frac{1}{3}$ multiplicata, reſtituunt $\frac{8}{27}$. Rurſum offerantur $\frac{12}{27}$, fractio ui- delicit minimè cubicæ. Radix itaque numeratoris, utpote 10, erit 2, & $\frac{1}{6}$, quæ ualent $\frac{1}{3}$: & ipsius denominatoris radix, ſcilicet 29, erit 3, & $\frac{1}{6}$, per primum & uulgatum modum eodem octauī capite libri primi declaratum.

Igitur collecta radix eft $\frac{2}{3}$ & $\frac{1}{6}$; quæ quidem radix non eft præ- ciſa, quoniam in non cubicis, uelut in minimè quadratis, ueram obtinere ra- dicem, eft imposſibile, faltem per numeros. Si præciſiorem itaque oblate

fractionis $\frac{12}{27}$ uelis obtinere radicem: obſeruato ſecundum inuestigandi modum, quem numero ſexto ipsius octauī capitī libri primi tradidimus. Nam ſi utriq; numero 6 antepoſueris tziphras, & ſingula ibidem expreſſa exēcutioni debite mandaueris: radix numeratoris erit 215, & ipsius denominatoris 307. Ipla porrò $\frac{215}{307}$ per articulum 60 respondenter extenſa, generant pro radice numeratoris 2, 9, 0, hoc eft, 2 integra, & 9 minuta, quæ non complent 3 & $\frac{1}{6}$, deficit enim 11 minuta: pro ipsius uero denominatoris radice dant 3, 4, 12, id eft, 3 integra, 4 minuta, & 12 ſecunda, quæ non efficiunt 3 & $\frac{1}{6}$ ſupe- rius inuenta, ſed ab eisdem per 10 ſerè minuta deficitur. Idem ſiat de eæteris quibuscumque ſimilibus.

A L I V M (uelut in quadratis) ſubiungere modum, nō eft importunum: quo 4
datae cuiuscumq; utpote cubicæ aut non cubicæ fractionis, cubicam poſſis obtine-
re radicem, ipla ueritati pro numerorum tolerantia propinquissimam. Obla-
ta itaque ſimpli quacumque fractione, cuius radicem cubicam cogari inue-
nire: muuto numero aliquem pro tuæ uoluntatis arbitrio, & per eundem
multiplica

*Secundum exemplum
de non queſtis p-
ſecundū partis eius
tertio modis.*

*De cubicis radicis
in fractionibus in-
venientiis.*

*Exemplum in cubicis
fractionibus.*

*Exemplum in non cu-
bicis fractionibus.*

*Aliud exemplum
cubicis radicis per
ſecundum modum.*

*Tertius modus inue-
nendi cubicas fra-
ctiones
per iſtas.*

multiplica denominatorem oblatæ fractionis, productumq; facito inuestigandæ radicis denominatorem. Ipfum deinde mutuatum numerum ducito in fæse cubicè, hoc est semel in seipsum, & rursum in productum, & inde prouenientem cubum multiplicato rursum cubicè per denominatorem ipsius datæ fractionis, numerumq; productum in eiusdem fractionis numeratorem ducito, & illius qui tandem resul tabit numeri cubicam accipio radicem, per idem caput octauum librū primū: quā radicem reponito pro radicis numeratore, supra denominatorem. Aut si uelis (nam idem erit) cōuerte numeratoris officium in officium denominatoris, & ē cōtra: hoc est, mutuatum numerum ducito in datæ fractionis numeratorem, producētūq; statuen ueratorem defyderatæ radicis. Postmodum cubum ipsius mutuati numeri per oblatæ fractionis numeratorem cubicè multiplicato, ducendo cubū eiusdem mutuati numeri per ipsum numeratorem, & rursum productum per eūdem numeratorem multiplicando, prouenientem consequenter numerum in denominator propoſita fractionis dueito, atq; resultantis inde numeri cubicā similiſter extrahito radicem. Nam ipsa erit optatae radicis denominator. Offerantur rursum exempli caufa, prius accepta $\frac{8}{27}$, ut alternata uideatur operationum respōdentia: sitq; mutuatus numerus 6. Duc itaq; 27 in 6, fient 162: quæ seruato pro futuræ radicis denominatore. Postea ducito 6 in fæse cubicè, producētur 216: quæ primum ducito in 27, fient 5832, & rursum 5832 per 27 multiplicato, confurget 157464: quæ tandem multiplicata per 8, efficiunt 1259712. quorum radix cubicā est 108: quam reponito supra 162, pro numeratore radicis eiusdem oblatæ fractionis, hoc modo $\frac{108}{162}$. Hæc autem $\frac{108}{162}$ ad breuiorem solito more conuersa fractionem, reducuntur ad $\frac{2}{3}$: quæ pro radice cubicā corundem $\frac{8}{27}$ superius adiuēta fuere. Addamus & exemplum in non cubicis, per ultimam uiam eiusdem tertij modi, repeatantur itaq; $\frac{10}{27}$, sitq; idem numerus 6 mutuatus: in quæ ducito 10, fient 60, quæ referuabis in numeratorem futuræ radicis. deinde cubum ipsorum 6, utpote 216, cubicè multiplicata per ipsum oblatæ fractionis numeratorem scilicet 10, resultabūtq; ex primo ductu 2160, ex secundo autem 21600: quæ tādem multiplicato per 29, & producentur 626400. quorum radix cubicā est 85: quæ sub 60 pro denominatore locabis, ut hic $\frac{60}{85}$, quæ abbreviata reducuntur ad $\frac{12}{17}$, & ipsa $\frac{12}{17}$ uertuntur in $\frac{2}{3}$ & $\frac{2}{17}$; de ceteris idem.

5 Ex p̄dictis omnibus sequitur, tam in non quadratis, quam minime cubis fractionibus, quadratam aut cubicam oblatæ fractionis radicem, per adiunctum tertium modum adiuētam, tanto præcisiorem esse, ueritatiq; proximiorem: quanto mutuatus numerus maior extiterit. Sequitur etiam propositas quas cunquæ tam simplicium quam etiam mixtarum fractionum, uel integrorum cum fractionibus combinationes, ad unicam & simplicem fractionem fore reducendas prius, q; earundem quadratam uel cubicam radicem inuestigare proponas: quemadmodū in ceteris obseruauimus supputationum operationibus.

S E C V N D I L I B R I A R I T H.

M E T I C A E P R A C T I C A E.

F I N I S.



LIBER TERTIVS

ARITHMETICAE PRACTICAE,

De fractis itidem numeris: sed iuxta mentem


Astronomorum, per sexagenariam par-

tium successionem distributis.

De ratione, ac expressione fractionum Astronomicarum.

Capt. I.

Car. sexagenarius
numeris mathematicis
successione circuli.



Fractiones astrono-
micas ex circulo
ridata.

Quadruplicata.

Circulum fractiones
distributio.

Sixtum.

Circulus.

Minutum.

Secundum.

Tertium, &c.

De collectis geno-
rificationibus que
fractores appellantur

ONS V E R V N T A S T R O N O M I,
ac in uniuersum Mathematici, in cœlestium mo-
tuum, aliarum quoq; rerum supputationibus, sexa-
genaria numerorum uti distributione: utpote, quoniam
sexagenarius numerus huic negocio comodior esse
uiderur, propter numerosam partium aliquotarum
eiudem numeri multitudinem. Habet enim sexage-
narius numerus secundam partem aliquotam, utpote
30, tertiam scilicet 20, quartam 15, quintam 12, sextam
10, decimam 6, duodecimam 5, quindecimam 4, uige-
simam 3, trigesimam 2, & sexagesimam partem aliquotam quae est unitas: quod al-
teri cuiquam intra centum non uidetur euincire numero. Cum igitur uniuersus
astronomorum calculus, circa motuum cœlestium inuestigationem potissimum
uersetur, cœlestia autem corpora circularem (uelut infra deducetur) sint adepta fi-
guram, quae motu itidem circulari suapte natura moueri conuincitur: necessum fu-
it, prefatum calculum astronomicum, ad ipsum circulum supputando referre. Per
circulum (etsi infra proprio diffiniatur loco) intelligimus figuram planam, una linea
qua circumferentia eiusdem circuli dicitur, terminata: in cuius medio punctum
indivisibilis signatur, centrum ipsius circuli nominatum, à quo omnes rectæ lineæ
ad circumferentiam eiusdem circuli producuntur æquales.

Quemlibet itaque circulum, etiam quantumcumque parvum siue magnum, in ce-
lestibus, elementaribus & corporibus, aut ubiuis libere imaginatum, in 6 primum
æquales partes prefati mathematici distribuunt: quae tota, discretius autem signa
uocantur. Signum ergo nihil aliud est, quam sexta pars circuli. Quodlibet inde si-
gnum in 60 frangit æqualia, integrâ seu gradus appellata. Est igitur gradus sexagisima
pars ipsius signi: suntque in toto circulo 360 gradus, sexies enim 60 efficiunt
360. Rursum quenlibet gradum in 60 partes æquales subdividuntur: quae prima,
uulgariter autem minuta dicuntur. Primum ergo siue minutum, est sexagesima gra-
dus, uel integrâ particula. Quodlibet inde minutum in 60 diuiduntur æqualia: quae se-
cunda nominantur. Unde per secundum intelligimus, ipsius minutâ partem sexa-
gesimam. Consequenter secundum quodlibet in 60 frangitur tertia. Tertiū quo-
que in 60 quarta. Quartum in 60 quinta. Quintum in totidem sexta. & ita deinceps, sexagenaria distributione semper obseruata: raro tamē, in modo serè nunquam in
astronomicis aut geographicis supputationibus deuenitur usque ad decimam.

Animaduertendū est præterea, quemadmodū à signis per sexagenariā subdivi-
sionē, præfatae circuli fractiones minimēdo descedunt: ita ex eisdē signis sursum aſcē-
dendo, cōtrarius ordo fractionū colligitur, ex 60 nāque signis unū cōponit primū,
siue minutum; atque ex 60 minutis unū colligitur secundū, ex 60 uero secundis unū
respondēter efficitur tertium; necnon ex 60 tertijs unū quartū. & ita consequēter,
quātūlibet ultra progrediendo. Quae quidē hoc modo collectæ fractiones, maiores
appellantur

appellantur, & in constructionem tabularum astronomicarum (ut ex Alphōsinis uidere licet) principaliter occurunt: propter ipsius sexagenariae distributionis cōmodam successionem. Præmemoratae uero circuli partitiones, ab eisdē signis deorsum ordinatæ, fractiones minores dicitæ sunt: quibus uulgariter, & frequentius uti cōsueuimus. Ex ipsis autē minoribus fractionibus, qua nomine sunt maiores, potētia minores existūt: uolo dicere, unum minutū maius esse secundū, & unum secundū maius tertio, & ita de reliquis, tametsi à minori denominetur numero. Secus est iudicādum de maioribus, à signis sursum ascendēdo collectis fractionibus: nam minutuum maius est signo, & secundum maius minuto, atq; tertium maius secundo, & cōsequenter ita de reliquis, quemadmodū ex supposita collectione uel 4 distributione sexagenaria deducere facile est. At quoniam finis astronomicæ supputationis esse uidetur, motus syderū ad circulū Zodiacaū, uel Eclipticā, hoc est uiam solarē, immediatē referre, & in respōdētem in eadē Eclipticā nos tandem inducere locum. Circulus autem Zodiacaū, uel Eclipticā, seu uia solaris (nam hæc idem sunt) ad propriū motum ipsius solis, intra unius anni complectum intervalū describitur: qui quidem annus in 12 diuiditur menses, 12 notabilioribus in his inferioribus, ad motum ipsius Solis, accidētibus effectuum transmutationibus respōdet. Idcirco ut alternata mēsiū & signorum & reliquorū accidētium obseruer respondentia, præstatum circulū Zodiacaū, & alium quēlibet ad motū cœlestū corporū deputatum, in 12 solemus diuidere signa: frangēdo quodlibet signum supra declaratum in 2, quæ signa minora siue communia, ad differentiam majorum uocitamus. Vnde signum commune siue minus erit duodecima pars circuli, & ex 30 tātummodo gradibus integrabitur: duodecies enim 30 cōponit 360, assignatū nuper graduum numerū. Ceteræ autē graduū & fractionū subdivisiones, præmisam inter se rationem obseruabunt, eadem sexagenaria distributione retenta.

5 His utcūq; prælibatis, illud primum in omni prædictarum fractionum operatione seruandum est: ut inter ipsas fractiones astronomicas, qua potentia sunt maiores, uersus leuam congruis elementis siue numeris exprimantur collocentur: uero, reliquis utpote subtilioribus ad dextram suo ordine distributis, quolibet earundē fractionum generis propria denominationis inscriptione semper ornato. Similes item sub similibus reponantur, eo quippe modo, ut quæ candem sortitæ sunt nomenclaturam sibi mutuo respondant: utpote signa signis, gradus gradibus, minuta minutis, & reliqua reliquis, seruato singulorum ordine. Vnde cum fractionum genus aliquod intermedium absuerit, utpote gradus cum secundis, nullis intercedentibus minutis, uel huīusmodi: locus eiusdem generis unica uel gemina tūphra uenit occupandus, quo facilius reliqua inter se distinguantur genera, quemadmodum ex succedentibus uidere licebit.

De fractionum astronomicarum additione. Capit. II.

Observandum ante fractionum astronomicarum operationem



RIVS QVAM ALIQA PROPOSITARVM FRACTIONUM astronomicarum operatio, supputatione mandetur executio, illud potissimum seruandum admonemus: ut oblata signa minora, ad maiora reducantur, ex duobus minoribus unum maius collige do signum, & superabundantes gradus, unum maius signum integrare non ualent, succedentibus adiungendo gradibus, ut nuper expressa sexagenaria distributionis obseruatio cōtinuetur, quæ nō minimā operādo uidetur præstare facilitatē. Absolutis nāc singulis operationibus, eadem signa maiora poteris (si uelis) ad minora siue communia rursum cōuertere signa: quodlibet signum maius in duo uersu-

ORONTII FINEI DELPH.

*Et divisionis
fractionum astrono-
micas.*

uice diuidendo, & ex 30 gradibus unum respondentem colligendo signum. Cum igitur fractiones astronomicas inuenient addere fuerit operæ precium: facta signorum eo modo quo nunc diximus reductione, dispensito singula fractionum genera, quæ ad modum numero quinto antecedentis primi capitatis annotauimus. Postmodum à dextris & subtilioribus fractionum generibus operationem incipias, ad sinistra & grossiora sigillatim procedendo; singulorum generum unitates, postea denas, solito & capite se cundo libri primi sufficienter expollo more cōgregando, resultatibus inde numeris sub interiecta lineuncula respōdenter annoratis. Quoties tamē aliquius generis deinceps in plures 5 resultauerint: pro quibuslibet 6 denis, unitas succedentibus immediae sequentis generis 60 ualeat unitates: unde sit, ut quotlibet singulorum generum 60 unitates, in proximo & leuorum antecedenti generi, per solam unitatem represententur, adeo ut maximus cuiuscunqz fractionis numerus nunquam excedat 59.

Quod si operatione finita signa creuerint in plura 5, debent toties auferri 6 signa, quoties id fieri permittitur, relictis tātummodo signis paucioribus 6, circulum nō integrantibus: ni seruit operationis propositio contrarium obseruare compellat, quemadmodum in Alphonsinorum, & similium tabularē solet euenire canonibus.

*Exemplū i. Missionis
fractionum astrono-
micas.*

SINT IN EXEMPLVM PRÆDICTORVM, 6 signa communia, 3 gradus, 55 minuta, & 32 secunda, addenda 9 signis itidem communibus, 15 gradibus, 40 minutis, & 18 secundis. 6 itaque signa communia uertentur in 3 signa maiora, & ipsa 9 communia signa, 4 maiora cōficiunt: relictis 30 gradibus, qui una cum gradibus 15, efficiunt 45 gradus, uelut inferius posita descriptio monstrat.

Dic igitur primum, à secundorum unitatibus exordiendo, 2 & 8 faciunt decem: subscribe itaque tēiphram o, dena mentaliter obseruata. Hanc postmodum unitatum collectam denam, succedentibus denis pro unitate coniungas: dicens. 1 & 3 faciunt quatuor, & 1 efficiunt 5: subnotabis ergo 5, suo loco. Deinde ad minuta perueniendo, dico. 5 & 0 sunt tantummodo quinque: subscribito 5, & rursus dico. 3 & 4 faciunt septem: subnota 1, & decimeto 6, quæ valent 60 minuta. Pro ipsi autem 6 minutorum denis, traducito ad succedentes gradus unitatem: dieendo. 1 & 3 faciunt quatuor, & 5 restituant nouem: scribito 9 sub primo graduum elemento, & interiecta lineuncula, & dico consequenter. 2 & 4 componunt sex: nihil ergo subscribas, sed detineto 6 denas corundem graduum unum maius signū integrantes. Tandem ad signa deueniendo, iungito unitatem succedentibus signorum unitatibus, pro 6 denis ex collectione graduum nuper obseruatis: hoc pacto.

1 & 3 faciunt quatuor, & 4 efficiunt octo: a quibus debes semel auferre 6, & relicta 2 signa respōdenter subnotare. Resultabūt igitur ex propositoriū numerorum additione, 2 signa maiora, 9 gradus, 15 minuta, & 50 secunda: que quidem 2 signa, 4 minora seu communia signa restituent.

De subtractione predictarum fractionum.

Capit. III.

*Regula subtractionis
fractionum astrono-
micas.*



VTRACTIO AVTEM FRACTIONVM ASTRONOMICARUM, in hunc modum uenit absoluenda. Disponantur in primis singuli propositoriū fractionum numeri, uelut ars ipsa requirit, & numeri declarauimus, fractiones itaque subtrahendæ in inferiori solito more possideant ordinem, sub quibus transuersalis producatur lineuncula: signis utriusqz ordinis (si communia extiterint) ad maiora signa prius transmutatis, deinde à minori fractionum

Signum dñe.	Gradus.	Minuta.	Seconda.
4	45	40	18
3	23	35	32
2	9	15	50

fractionū genere operationē initiādo, inferiores unitates, postea denæ, à superioribus eiusdē generis unitatibus et denis signatim auferātur, residuo cū superfuerit respo-
clēter subnotato: quā admodū capite 3, libri I, pro integrorū additione tradidimus.

2. Porrò cum ipsæ dene subtrahēdarum fractionum, à superioribus & eiusdē ge-
neris denis subtrahi non poterunt (quod sèpius cuenire solet) aufer ipsum denarū
numerum à 60: & residuum unā cum elemento superiori iunctum responderet
subscribito, infra linēam transuersalem. Aut si uelis, eidem superiori numero adde
60: & à composito numero subtrahendum denarum aufero numerum, subnota-
to (ueluti nuper admonuimus) residuo. Ratione autem ipsorum 60, altero duorum
modorum superiori denarum additorum numero, jungenda est unitas, dextro sue
cedentis & subtrahendī generis elemento: & confurgens inde numerus, à supra re-
spondentī consequenter auferendus. Vel (& idem est) tolle mētaliter unitatem ab
unitatibus proximi & superioris uersus lœuam generis: & à residuo numero, sub-
trahendas eiusdem generis aufer unitates. Quod si in codem genere superiori nul-
la fuerit unitas, utpote articulo existēte numero: mutuetur unitas à finistro eiusdē
generis elemento, quae 10 in dextro ualebit unitates. Si autem locus eiusdem supe-
rioris generis caruerit numero, & tziphris solum occupetur, recurrendū est ad ge-
nus fractionis proximō maius, uersus lœuam, à quo mutuabis unitatē, quae ad cū-
dem succedēt & dextri generis traducta locū, 60 ualebit unitates: à quibus sub-
trahendus (ueluti nūc expressissimus) auferatur numerus. Similicēp discursus obser-
uetur, quoties id necessum fuerit.

3. Demum si contingat subtrahendarum fractionum signa, non posse à superio-
ri signorum auferri numero: integrum mutuabis circūlū, hoc est, 6 signa maiora,
& ab ipsiā unā cum occurrentibus signis, propositam absolues subtractionem, re-
siduis infra linēam respondēter subnotatis. In astronomicis nācē supputationibus, mi-
norē fractionū numerū, à majori cogimur plērūq; subtrahere numero: unde ne-
cessum est, integrā circulū rursum mutare revolutionē, quae in additione reūicitur.

4. OFFERANTVR EXEMPLI CAVSA, 3 SIGNA MAIORA, 15
gradus, minuta 00, & 30 secunda: à quibus oporteat auferre 4 signa itidem ma-
iora, 20 gradus, 12 minuta, & 25 secunda. A minoribus igitur, utpote secundis,
subtractionem initabis. Et quoniam 5 à tziphra 0 nō possunt auferri: adde 10 ipsi
o, sicut decem. à quibus subtrahe 5, relinquentur quīnq; scribe igitur 5, sub
interposita lineuncula. Adde consequenter unitatem inferiori & proximē sequen-
ti uersus lœuam elemento, utpote binario, sicut tria, igitur si 3 subtrahātur à tribus,
nihil relinquentur nihil ergo subscribendum est. Ad minuta consequenter deueniē-
do, 2 rursum à tziphra o subtrahi non possunt: adde itaq; 10 eidem o, sicut tantū
modo decem. à quibus subtrahe 2, relinquentur octo: subnotabis igitur respon-
deret 8. Succedenti postmodum & inferiori eiusdem generis unitati adde 1, sicut
2, quæ rursum à superiori tziphra o minimē possunt auferri: sūgito itaq; 6 denas
eidem tziphræ o locum denarum occupanti, & manebunt 6, non augmentato nu-
mero, ab ipsiā ergo 6 tolle 2, relinquentur quatuor: scribe sub linea & respondentī
limite 4. Succedenti autem tziphræ o, locum unitatum subtrahendorum graduū
occupanti, adde rursum unitatem: quam aufer consequenter à supra respondētibus
5 gradibus, remanebunt quatuor, in rectum subscribenda. Et quoniam 2 ab unita-
te supra posita subtrahi minimē possunt: adde rursum 6 denas ipsi unitati denarū
corundem graduum, sicut septem. igitur si 2 auferantur à 7, relinquentur quīnq;
subreponito 5, infra linēam trāfueralem. Subtrahendorum tādem signorum unita-
bus, utpote 4, sūgito consequēter unitatem, sicut quīnq; quæ nō possunt à tribus

*Documenta cū in-
feriores dñe, & su-
perioribus auferri
non possunt.*

*Notatione pro
subtractione signis.
rum.*

*Exemplum fidrae
fractionum astronomicarum.*

ORONTII FINEI DELH.

signis auferri, mutuanda itaq; sunt 6 signa maiora, quæ unà cum eisdem tribus facient 9: à quibus si dépleris 5, supererunt quatuor, subnotabis ergo 4, suo loco: & relinquentur ex præfata subtractione 4 signa, 54 gradus, 48 minuta, & 5 secunda. Hæc autem ad communem signorum acceptiōnē redacta, efficiunt 9 signa minoria, 24 gradus, 48 minuta, & 5 secunda. Idem responderenter facito de cæteris quibususcunq; similibus.

De earundem fractionum multiplicatione,

Capit. III.

*Gosyderante, in
fractionum etio.
multiplicatione.*

*Demonstratio
producti numeri
denominationis
fractionum.*

Eadem.

Notandum.



NIVERSA FRACTIONVM ASTRONOMICARVM difficultas, & quæ maximè solet studiosos à secretioribus mathematicarum alienare præceptis, in succedentibus operationibus, ut potè multiplicatione, diuisione, & utriusq; radicis inuentione, cōsistere uidetur. In quorum tamen studiosorum gratiam, singula adeò breuiter, & aperte nitemur absoluere; ut nescias uter sit facilior, an simplicium numerorum, an prædictarum fractionum operandi modus. Vt rem igitur paucis exordiamur: duo sunt in fractionum astronomicarum multiplicatione consyderanda. Primum est, denominatione producti ex quavis fractionum multiplicatione numeri: Alterum, ipse multiplicandi modus, quem duplī & admodum facili via describemus.

SOPAD FACILIOREM primi elucidationem, subiectam ordinavimus tabelam. In quam si lateraliter ingrediaris, hoc est, si denominatorem multiplicandæ fractionis in supraemæ & transuersali linea, multiplicantis vero in extrema & sinistra (uel è contra) perquiras, & introrsum ab utroq; rectissimè progrediendo, communitem animaduertas angulum: ibidem productæ fractionis denominationem offendes. Vt si libeat in exemplum agnoscere, qualis numerus producitur ex ductu quartorum in tertia: accipe quartæ ad verticem tabellæ, & tertia in extrema & leua colunula, à quibus introrsum rectate conserfas via: offendes enim in angulo communi 7. cœcludes igitur, quarta per tertia multiplicata, efficeré septima.

Summatim igitur habes, ex ductu signorum in signa, fieri signa: & signorum in gradus, itidem signa redire. Itē ex graduum per gradus multiplicatione, prouincire gradus: & graduum per signa, restituiri pariter gradus. Ex ductu vero cuiuspiam fractionis in signa, vel in gradus, eiusdem denominationis fractionem generari: seruata semper denominatione tam integrorum, quam fractorum numeri. Ex signorum vero multiplicatione per fractionem, sicut ex ductu graduum per fractionem, eiusdem nomenclaturæ fractio producitur. Sunt autem hæc omnia de majoribus signis intelligenda: propter sexagenariam illam continuandam inter fractiones circuli distributionem. Porro cum fractio per eiusdem alteriusue generis fractionē multiplicatur, fractio producitur ex utruiusq; multiplicantis & multiplicandæ fractionis simul adgregato denominatore nominata: ut ex nuper accepto licet exemplo cernere.

Ad secundum

Gradus	Den.	Iacob.	Cato.	Orp.	Levi.	Gen.	Jan.	Ter.	Sec.	Mis.
Minuta	ii	10	9	8	7	6	5	4	3	2
Secunda	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3
Tertia	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4
Quarta	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5
Venta	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6
Sexta	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7
Septima	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8
Octava	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9
Nona	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10
Decim	20									

*Tabelle denominationis
producti numeri in multipli-
catione fractionum.*

SO AD SECUNDVM CONSEQUENTER DEVENIENDO, CON-
tingit ipsas fractiones astronomicas, dupliciter inuicem multiplicari. aut enim sola
fractione, in eiusdem alterius generis fractionem ducitur; uel plures, et diuersorum
generum fractiones adiuicem multiplicantur. Primum absoluere quam facile est,
per quartum caput libri primi: est enim duarum tantummodo fractionum eadem, ac
simplicium numerorum adimplenda multiplicatio, depta productae fractionis de-
nominatione. Ut si uolueris exempli gratia, multiplicare 40 minuta per 50 se-
cunda, producentur 2000, quae tertia dicentur: quoniam 1 denominator minuto-
rum, & 2 secundorum denominator efficiunt 3, a quibus productus denominatur
numerus. Quod si eadem 2000 tertia per 60 diuisis, reducentur ad 33 secunda, &
29 tertia: si ea quae sexto capite ipsius primi libri diximus, diligenter annotaueris.

SO CVM AVTEM plures, diuersorumque generum fractiones adiuicem pro-
ponentur multiplicandæ: id primum absoluere poteris uia reductionis, quam præal-
legato capite sexto libri primi sufficienter elucidauimus, una cum eiusdem primi
libri capite quarto. Reduces igitur utruncque propositarum fractionum ordinem, &
scilicet multiplicandum, quam etiam multiplicantem, ad minimum fractionis ge-
nus in eodem ordine comprehendens: per sexagenarium antecedentium maiorum
fractionum continuatam multiplicationem. Deinde multiplicabis unum resultan-
tium numerorum in reliquum: considerata ipsius producti numeri denominatio-
ne, quemquidem producti numerum, per obseruatam rursum sexagenaria di-
uisiōnem, poteris tandem in sua, uel inde resultantia conuertere fractionum gene-
ra. Exempli causa, proponantur 15 minuta, & 20 secunda, per 10 tertia, & 12
quarta multiplicanda. Dic itaque 15 minuta in 60, sicut 900 secunda: quae una cum
20 secundis, efficiunt 920. Similiter multiplicata 10 tertia per 60, sicut 600 quarta:
haec autem 12 quartis adiuncta, faciunt 612. Igitur si tandem multiplicaueris 920
secunda, per 612 quartam, producentur 563040 sexta: nam secunda ducta in quar-
ta generant sexta. Unde si rursum eadem 563040 sexta continuo per 60 diui-
seris, donec pro quotiente occurrat numerus minor 60: colligentur ex propositarum
fractionum multiplicatione, 2 tertia, 36 quarta, & quinta 24. Eodem modo faci-
to, si plura & adiuicem multiplicanda proponantur fractionum genera.

SO ALIVM, MVLTO QVIDEM EXPEDITOREM, ET OMNI= um facillimum, multiplicandi liber annectere modum, quo eosdem fractos celerius
ferè, quam integras poteris inuicem multiplicare numeros: per auram illam pro-
portionalem tabularum astronomicarum tabulam, quam in hunc finem, & reli-
quarum subtilliorum operationum expeditionem, in maximum quoque laboris sub-
leuamen, studiose collegimus, & in hunc modum, ad usque 60 numerū in se multipli-
catum producendo eō posuimus. In primis capitales & transuersales dupla-
vimus numeros, productis inde numeris, eosdem rursum capitales adiungēdo: idque
semper continuauimus, donec finem sexagesimi obtinuerimus ordinis, quoties au-
tem resultantes ex continua capitalium additione numeri, ad 60, uel ultra de-
uenerunt: pro qualibet sexagenario numero, unitatem leuorum collocauimus, re-
siduo suo loco dimisso, uel posita ibidem tziphra o, cū ipso producto numero per
60 diuiso, nullum contigit esse residuum. Probabis itaque prefatos numeros eiusdem
tabulae proportionalis (potissimum dextros) rationabilem quandam habere suc-
cessionem, & seruare inter se proportionatum ordinem: quae te ad cognitionem
erroris (si commissus fuerit) uel ad expeditiorem ipsius tabulae compositionē la-
cilitabunt. Contingit itaque (ut paucula de ratione numerorum eiusdem tabulae
præmittamus) præfatam, uelut & quamlibet aliam tabulam, dupliciter ingredi:
lateraliter,

Multiplicatione
plures fractiones per
eiusdem fractiones
fimicem.

Exemplum.

Primus modus mul-
tiplicandi diuersa
inter se fractionē
genera.

Exemplum.

De secundo prode-
ctione fractionum
multiplicandi modo.

Compositio tabulae
proportionalis in
mediate successione.

Generalia ad uero
eiusdem tabulae per-
tinente.

ORONTII FINEI DELPHI.

lateraliter, & areatim, & in utroq; congressu duo sese offerunt in area numeri, uaria cum lateralibus obtinentes denominationem; prout operationum, & introituum numerorum exigit diuersitas. Lateraliter intramus tabulam, quando alter numerorum ad uerticem, reliquus autem in latere reperitur; ut productus ex eisdem numeris, ad communem utriusq; cōcurrsum occurrat. Areatim uero dicimus intrare tabulam, cum alter propositorum numerorū in area tabulae, reliquus autem in alterutro laterū accipitur: ut defteratus numerus in reliquo tādem inueniatur. Per lateralem igitur ingressum, productum ex multiplicatione: per arealē autem, quotientem ex diuisione solemus inuestigare numerum.

Lateralis.
tabularum

Arealis.

Diversi numeri
recomponit tabula
la. denominatione.

Exemplum.

Artis multiplicandi
fractio. i. uerbes
interficiuntur fe-
cundum modum
per tabulam pro-
portionalem.

Diversi numeri multi-
plicantur planum
fractionem inter-
ficiuntur tabula
proportionalem.

SQ; Quantum igitur ad multiplicationis uidetur spectare negotium, scitote dextrum quemlibet in area occurrentem numerum illius esse denominationis, quam inuicem multiplicatae fractiones producere natæ sunt: ita ut sinistri numeri qualibet unitas, & representent unitates ipsius dextri, unde proximè maioris denominationis est ipso dextro. Ut si ducantur in exemplū lateraliter 15 quarta in 10 tercia, & offendantur ad communem utriusq; cōcurrsum duo numeri, ut potè 2 & 30: ipse dexter numerus 30 à septimis denominabitur, & 2 sinistru erit sextorum, nā quarta multiplicata per tertia producūt septima. Si enim per quartum caput libri primi ducerentur 15 quarta in 10 tercia, produceretur 150 septima: quæ primo intuitu habes hic reducta ad 2 sexta, & 30 septima. Ergo (ut redeā unde digressus) si dexter numerus sit minutorum, sinistru erit graduum, item cū dexter fuerit graduum, ipse sinistru signa maiora representabit.

SQ; H I S P R A E L I B A T I S , quoties diuersa fractionum genera, per tabulā uocueris inter se multiplicare: dispone primum numeros in abaco, observata singulorum generum respondentia, unā cum denominationum titulis debitis supra notatis. Postmodum à dextris & minoribus operationem initiando, quodlibet genus multiplicandarum fractionum, in quodlibet multiplicantium sigillatim multiplicetur: intrando lateraliter congruam ipsius tabule paginam cum utriusq; fractionis numeratore, altero ad uerticem ut potè minori, altero scilicet maiori ad laevum & extremale latus inuenito. & occurrentes in area ad communem utriusq; cōcurrsum numeri, ex singulis fractionum ductionibus prouenientes, sub propriæ denominationis titulo reponantur: quorum dexter (ut sèp̄ius diximus) illius semper est denominationis, quam oblate fractiones inuicem multiplicatae producunt. Singulæ tandem ex part'cularibus fractionum multiplicationibus productæ fractiones, in unum colligantur fractionum ordinem, sub interposita rursum lineūcula: resulabit enim numerus, ex tali multiplicatione productus.

SQ; S I N T I N E X E M P L V M 10 gradus, 18 minuta, & 15 secunda, multiplicanda per 4 gradus, 5 minuta, & 3 secunda. His ut admonuimus ordinatis, duc primum 15 secunda in 3 secunda, p̄ficiatam lateraliter intrando tabulam, sicut 0, 45, id est, 45 quarta; scribe ergo 45, sub quartorum titulo. Postea multiplicat per eundem lateraliter ingressum 18 mi. per ipsa 3 secunda, producentur 0, 54, id est, 54 tercia: subscribe igitur 54, in loco tertiorum. Ducto tandem lateraliter in tabulam 10 gra. in eadem 3 secunda, sicut 0, 30, hoc est, 30 secunda (gradus enim ducti in fractionem, restituunt fractionem eiusdem generis) scribas itaq; 30, sub titulo secundorum,

Rursum ducto lateraliter 15 secunda in 5 mi. & offendes in arcali concursu 1, 15, id est 1 secundum, & 15 tercia: pone igitur 1 sub secundis, & 15 sub tertiorum titulo. Consequenter ducantur 18 mi. in eadē 5 mi. producentur 1, 30, hoc est, 1 minutum, & 30 secunda: hæc scribito sub propriæ denominationis inscriptione. Demum per eundem lateraliter ingressum ducantur 10 gra. in eadem 5 mi. consurget

0,50.

o, 50, id est, 50 tantum minuta: quæ repones suo loco. Postremo ipsa 15 secunda ducantur in 4 gradus, colligentur 1, 0, ut potè 1 tantummodo minutum: subscribito ergo 1, sub minutis, Deinde multiplicata per lateralem ingressum 18 minuta per 4 gradus, fiet 1 gradus, & 12 minuta: hæc suo scribito ordine. Tandem lateraliter ducito in tabulam 10 gradus in eisdem 4 gradus, & offèdes produci 0, 40, id est 40 tantummodo gradus, sub graduum titulo collocando. Quod si demū sin-

Gradus.	Minuta.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	
1 0 ,	1 8 ,	1 5 .			Fractiones multiplicande.
· 4 ,	5 ,	3 .			Fractiones multiplicantes.
			°	° — 4 5	
	° — 3 0	5 4			
	1 \	1 — 1 5			
0 — 5 0	3 0				Fractiones productæ.
1 \	1 — 0				
4 0	1 2				
4 2 ,	5 ,	2 ,	9 ,	4 5 .	Summa.

gulas fractiones, ex particularibus fractionum multiplicationibus generatas, per doctrinam secundi capituli huius tertij libri, sub interies et rursum lineuncula, in unū collegieris ordinem: habebis ex proportionum fractionum multiplicatione 42 gradus, 5 minuta, 2 secunda, 9 tertia, & 45 quarta. Ipsius porro 42 gradus, 1 commune signum, & 12 gradus efficiunt: qui unā cum ipsis 5 gradibus, restituunt 17 gradus. Hæc de multiplicatione sint satis.

SEQVITVR PROMISSA, ET VVLGATA

tabula proportionalis, non solum multiplicatione

nibus & divisionibus, inuentionibusue

radicum: sed omnibus astrono-

micis calculationibus in-

differenter accom-

moda.) (

Per eundem Orontium

accuratissimè sup-

putata,

ORONTII FINEI DELPH.

QUADR

TABVLA PROPORTIONALIS.

LATE

	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	
1	0	1	0	2	0	3	0	4	0	5	0	6	0	7	0	8	
2	0	2	0	1	0	0	0	1	0	10	0	12	0	14	0	16	
3	0	3	0	0	1	0	2	0	3	0	15	0	18	0	20	0	22
4	0	4	0	1	0	8	0	12	0	10	0	21	0	24	0	26	
5	0	5	0	10	0	15	0	20	0	25	0	30	0	35	0	39	
6	0	6	0	12	0	18	0	25	0	30	0	32	0	36	0	42	
7	0	7	0	14	0	21	0	28	0	35	0	40	0	45	0	50	
8	0	8	0	16	0	24	0	32	0	40	0	48	0	54	0	60	
9	0	9	0	18	0	27	0	36	0	45	0	54	1	63	1	72	
10	0	10	0	20	0	30	0	40	0	50	1	60	1	70	1	80	
11	0	11	0	22	0	33	0	45	0	55	1	77	1	88	1	99	
12	0	12	0	24	0	36	0	48	1	80	1	92	1	104	1	116	
13	0	13	0	26	0	39	0	52	1	85	1	98	1	112	1	125	
14	0	14	0	28	0	42	0	56	1	100	1	120	1	140	1	150	
15	0	15	0	30	0	45	1	105	1	115	1	135	1	155	1	175	
16	0	16	0	32	0	48	1	120	1	130	1	150	1	170	1	190	
17	0	17	0	34	0	51	1	125	1	135	1	155	1	175	1	195	
18	0	18	0	36	0	54	1	130	1	140	1	160	1	180	1	200	
19	0	19	0	38	0	57	1	135	1	145	1	165	1	185	1	205	
20	0	20	0	40	0	60	1	140	2	140	2	160	2	180	2	200	
21	0	21	0	42	1	3	1	2	1	145	2	165	2	185	2	205	
22	0	22	0	44	1	6	1	2	1	150	2	170	2	190	2	210	
23	0	23	0	46	1	3	1	2	1	155	2	175	2	195	2	215	
24	0	24	0	48	1	12	1	30	1	145	2	165	2	185	2	205	
25	0	25	0	50	1	15	1	33	1	150	2	170	2	190	2	210	
26	0	26	0	52	1	18	1	36	1	155	2	175	2	195	2	215	
27	0	27	0	54	1	21	1	40	1	160	2	180	2	200	2	220	
28	0	28	0	56	1	24	1	42	1	165	2	185	2	205	2	225	
29	0	29	0	58	1	27	1	45	1	170	2	190	2	210	2	230	
30	0	30	0	1	1	30	2	2	0	175	2	195	2	215	2	235	
31	0	31	1	2	1	33	2	4	1	180	2	200	2	220	2	240	
32	0	32	1	4	1	36	2	40	3	12	1	345	2	360	2	380	
33	0	33	1	6	1	39	2	12	1	245	2	365	2	385	2	405	
34	0	34	1	8	1	42	2	10	1	250	2	370	2	390	2	410	
35	0	35	1	10	1	45	2	13	2	255	3	30	4	35	5	45	
36	0	36	1	12	1	48	2	16	3	30	3	36	4	42	5	48	
37	0	37	1	14	1	51	2	18	3	33	4	37	5	47	6	53	
38	0	38	1	16	1	54	2	21	3	36	4	40	5	44	6	50	
39	0	39	1	18	1	57	2	24	3	39	4	43	5	47	6	53	
40	0	40	1	20	2	0	2	40	3	20	4	45	5	58	6	63	
41	0	41	1	22	2	3	2	44	3	23	4	47	5	52	6	57	
42	0	42	1	24	2	6	2	48	3	30	4	54	5	56	6	60	
43	0	43	1	26	2	9	2	52	3	35	4	58	5	61	6	65	
44	0	44	1	28	2	12	2	56	3	30	4	60	5	64	6	68	
45	0	45	1	30	2	15	3	0	3	45	4	50	5	55	6	60	
46	0	46	1	32	2	18	3	4	3	50	4	56	5	62	6	68	
47	0	47	1	34	2	21	3	8	3	53	4	42	5	48	6	53	
48	0	48	1	36	2	24	3	12	4	48	5	36	6	42	7	48	
49	0	49	1	38	2	27	3	16	4	5	4	54	5	40	6	46	
50	0	50	1	40	2	30	3	20	4	50	5	50	6	40	7	40	
51	0	51	1	42	2	33	3	24	4	45	5	57	6	48	7	52	
52	0	52	1	44	2	36	3	28	4	40	5	12	6	44	7	49	
53	0	53	1	46	2	39	3	32	4	43	5	14	6	47	7	53	
54	0	54	1	48	2	42	3	36	4	30	5	16	7	12	8	50	
55	0	55	1	50	2	45	3	40	4	35	5	20	6	15	7	54	
56	0	56	1	52	2	48	3	44	4	40	5	36	6	32	7	58	
57	0	57	1	54	2	51	3	48	4	45	5	39	6	33	7	62	
58	0	58	1	56	2	54	3	52	4	50	5	46	7	44	8	54	
59	0	59	1	58	2	57	3	56	4	55	5	52	7	52	8	58	
60	1	0	2	0	3	0	4	0	5	0	6	0	7	0	8	0	

RALE.

AREALES

NUMERI.

5

NUMERI.

AREALES

RALE.

RAP

TABVLA PROPORTIONALIS.

LATE	0	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	RAP
1	0 16	0 17	0 18	0 19	0 20	0 21	0 22	0 23	0 24	0 25	0 26	0 27	0 28	0 29	0 30		
2	0 32	0 34	0 36	0 38	0 40	0 42	0 44	0 46	0 48	0 50	0 52	0 54	0 56	0 58	1 0		
3	0 48	0 51	0 54	0 57	1 0	1 3	1 6	1 9	1 12	1 15	1 18	1 21	1 24	1 27	1 30		
4	1 4	1 8	1 12	1 16	1 20	1 24	1 28	1 32	1 36	1 40	1 44	1 48	1 52	1 56	2 0		
5	1 20	1 25	1 30	1 35	1 40	1 45	1 50	1 55	2 0	2 5	2 10	2 15	2 20	2 25	2 30		
6	1 36	1 42	1 48	1 54	2 0	2 6	2 12	2 18	2 24	2 30	2 36	2 42	2 48	2 54	3 0		
7	1 52	1 59	2 6	2 73	2 20	2 27	2 34	2 41	2 48	2 55	3 2	3 9	3 16	3 23	3 30		
8	2 8	2 16	2 24	2 32	2 40	2 48	2 56	3 4	3 12	3 20	3 28	3 36	3 44	3 52	4 0		
9	2 24	2 33	2 42	2 51	3 0	3 9	3 18	3 27	3 36	3 45	3 54	4 3	4 12	4 21	4 30		
10	2 40	2 50	3 0	3 10	3 20	3 30	3 40	3 50	4 0	4 10	4 20	4 30	4 40	4 50	5 0		
11	2 56	3 7	3 16	3 29	3 40	3 51	4 2	4 13	4 24	4 35	4 46	4 57	5 6	5 19	5 30		
12	3 12	3 24	3 36	3 48	4 0	4 12	4 24	4 36	4 48	5 0	5 12	5 24	5 36	5 48	6 0		
13	3 28	3 41	3 54	4 12	4 7	4 20	4 33	4 46	4 59	5 12	5 25	5 30	5 51	6 4	6 17	6 30	
14	3 44	3 51	4 12	4 26	4 40	4 54	5 8	5 22	5 36	5 50	6 4	6 18	6 32	6 46	7 0		
15	4 0	4 15	4 30	4 45	5 0	5 15	5 30	5 45	6 0	6 15	6 30	6 45	7 0	7 15	7 30		
16	4 16	4 32	4 48	5 4	5 20	5 36	5 52	6 8	6 24	6 40	6 56	7 12	7 28	7 44	8 0		
17	4 32	4 40	5 6	5 23	5 40	5 57	6 14	6 31	6 48	7 5	7 22	7 39	7 56	8 13	8 30		
18	4 48	5 6	5 24	5 42	6 0	6 18	6 36	6 54	7 12	7 30	7 48	8 6	8 24	8 42	9 0		
19	5 4	5 23	5 42	6 1	6 20	6 39	6 58	7 17	7 36	7 55	8 14	8 33	8 52	9 11	9 30		
20	5 20	5 40	6 0	6 20	6 40	7 0	7 20	7 40	8 0	8 20	8 40	9 0	9 20	9 40	10 0		
21	5 36	5 57	6 18	6 39	7 0	7 21	7 42	8 3	8 24	8 45	9 6	9 27	9 48	10 9	10 30		
22	5 52	6 14	6 36	6 58	7 20	7 42	8 4	8 26	8 48	9 10	9 32	9 54	10 16	10 38	11 0		
23	6 8	6 31	6 54	7 17	7 40	8 3	8 26	8 49	9 12	9 35	10 21	10 44	11 7	11 30			
24	6 24	6 48	7 12	7 36	8 0	8 24	8 48	9 12	9 36	10 0	10 24	10 48	11 12	11 36	12 0		
25	6 40	7 5	7 30	7 55	8 20	8 45	9 10	9 35	10 0	10 25	10 50	11 15	11 40	12 5	12 30		
26	6 56	7 22	7 48	8 15	8 40	9 0	9 32	9 58	10 24	10 50	11 16	11 42	12 6	12 34	13 0		
27	7 12	7 39	8 6	8 33	9 0	9 27	9 54	10 21	10 48	11 15	11 42	12 5	12 36	13 3	13 30		
28	7 28	7 56	8 24	8 52	9 20	9 48	10 16	10 44	11 12	11 40	12 8	12 36	13 4	13 32	14 0		
29	7 44	8 13	8 42	9 11	9 40	10 9	10 38	11 7	11 36	12 5	12 34	13 3	13 32	14 1	14 30		
30	8 0	8 30	9 0	9 30	10 0	10 30	11 0	11 30	12 0	12 30	13 0	13 30	14 0	14 30	15 0		
31	8 16	8 47	9 18	9 49	10 20	10 51	11 22	11 53	12 24	12 55	13 20	13 57	14 28	14 59	15 30		
32	8 32	9 4	9 36	10 8	10 40	11 12	11 44	12 16	12 48	13 20	13 52	14 24	14 56	15 28	16 0		
33	8 48	9 21	9 54	10 27	11 0	11 33	12 6	12 39	13 12	13 45	14 18	14 51	15 24	15 57	16 30		
34	9 4	9 38	10 12	10 46	11 20	11 54	12 28	13 2	13 36	14 10	14 44	15 18	15 52	16 26	17 0		
35	9 20	9 53	10 30	11 5	11 40	12 15	12 50	13 25	14 0	14 35	15 10	15 45	16 20	16 55	17 30		
36	9 36	10 12	10 48	11 24	12 0	12 36	13 12	13 48	14 24	15 0	15 36	16 12	16 48	17 24	18 0		
37	9 52	10 29	11 9	11 43	12 20	12 57	13 34	14 11	14 48	15 25	16 2	16 39	17 16	17 53	18 30		
38	10 8	10 46	11 24	12 2	12 40	13 18	13 56	14 34	15 12	15 50	16 28	17 6	17 44	18 22	19 0		
39	10 24	11 3	11 42	12 21	13 0	13 39	14 18	14 57	15 36	16 15	16 54	17 33	18 12	18 51	19 30		
40	10 40	11 20	12 0	12 40	13 20	14 0	14 40	15 20	16 0	17 20	18 0	18 40	19 20	20 0			
41	10 56	11 37	12 18	12 53	13 40	14 21	15 2	15 43	16 24	17 5	17 46	18 27	19 8	19 49	20 30		
42	11 12	11 54	12 36	13 18	14 0	14 26	16 6	16 48	17 30	18 12	18 54	19 36	20 18	21 0			
43	11 25	12 11	12 54	13 37	14 20	15 3	15 46	16 29	17 12	17 55	18 38	19 21	20 4	20 47	21 30		
44	11 44	12 28	13 12	13 56	14 40	15 24	16 8	16 52	17 36	18 20	19 4	19 48	20 32	21 16	22 0		
45	12 0	12 45	13 30	14 15	15 0	15 45	16 30	17 15	18 0	18 45	19 30	20 15	21 0	21 45	22 30		
46	12 16	13 2	13 48	14 34	15 20	16 6	16 52	17 38	18 24	19 10	19 52	20 42	21 28	22 14	23 0		
47	12 32	13 19	14 6	14 53	15 40	16 27	17 14	18 1	18 46	19 35	20 22	21 9	21 56	22 43	23 30		
48	12 48	13 36	14 24	15 12	16 0	16 48	17 36	18 24	19 12	20 0	20 48	21 36	22 24	23 12	24 0		
49	13 4	13 53	14 42	15 31	16 20	17 9	17 58	18 47	19 36	20 25	21 14	22 3	22 52	23 41	24 30		
50	13 20	14 10	15 0	15 50	16 40	17 30	18 20	19 10	20 0	20 50	21 40	22 30	23 20	24 10	25 0		
51	13 36	14 27	15 18	16 9	17 0	17 51	18 42	19 33	20 24	21 15	22 6	22 57	23 48	24 39	25 30		
52	13 52	14 44	15 36	16 28	17 20	18 12	19 4	19 56	20 46	21 40	22 32	23 24	24 16	25 8	26 0		
53	14 8	15 1	15 54	16 47	17 40	18 33	19 26	20 19	21 12	22 5	22 58	23 51	24 44	25 37	26 30		
54	14 24	15 18	16 12	17 6	18 0	18 54	19 48	20 42	21 36	22 30	23 24	24 16	25 12	26 6	27 0		
55	14 40	15 35	16 30	17 25	18 20	19 15	20 10	21 5	22 0	22 55	23 50	24 45	25 40	26 35	27 30		
56	14 56	15 52	16 48	17 44	18 40	19 36	20 32	21 28	22 24	23 20	24 16	25 12	26 8	27 4	28 0		
57	15 12	16 9	17 6	18 3	19 0	19 57	20 54	21 51	22 45	23 45	24 42	25 39	26 36	27 33	28 30		
58	15 28	16 26	17 24	18 22	19 20	20 18	21 16	22 14	23 12	24 10	25 8	26 6	27 4	28 2	29 0		
59	15 44	16 43	17 42	18 41	19 40	20 39	21 38	22 37	23 36	24 35	25 34	26 33	27 32	28 31	29 30		
60	16 0	17 0	18 0	19 0	20 0	21 0	22 0	23 0	24 0	25 0	26 0	27 0	28 0	29 0	30 0		

AREALES

NUMERI.

AREALES

ORONTII FINEI DELPH.

TABVLA PROPORTIONALIS.

	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	
LATE	1	0	15	0	32	0	33	0	34	0	35	0	36	0	37	
	2	1	2	1	4	1	6	1	8	1	10	1	12	1	14	
	3	1	22	1	30	1	39	1	42	1	45	1	48	1	51	
	4	2	4	2	8	2	12	2	16	2	22	2	26	2	32	
	5	2	35	2	40	2	45	2	50	2	55	3	0	3	5	
	6	3	6	3	12	3	15	3	24	3	30	3	36	3	42	
	7	3	37	3	44	3	51	3	58	4	5	42	4	19	4	26
	8	4	8	4	16	4	24	4	32	4	40	4	48	5	4	
	9	4	39	4	48	5	57	5	6	5	75	5	24	5	33	
	10	5	10	5	20	5	30	5	40	5	50	6	60	6	70	
	11	5	41	5	52	6	31	6	41	6	25	6	36	6	47	
	12	6	12	6	24	6	36	6	48	7	21	7	24	7	36	
	13	6	42	6	50	7	22	7	35	7	48	8	1	8	14	
	14	7	14	7	28	7	42	7	56	8	10	8	24	8	38	
	15	7	43	8	0	8	15	8	30	8	45	9	0	9	15	
	16	8	16	8	32	8	48	9	42	9	36	10	8	10	24	
	17	8	47	9	4	9	21	9	35	9	55	10	12	10	20	
	18	9	18	9	36	9	52	10	12	10	30	10	48	11	61	
	19	9	40	10	8	10	27	10	46	11	11	11	24	11	42	
	20	10	20	10	40	11	0	11	20	11	40	12	0	13	20	
	21	10	51	11	12	11	33	11	52	12	36	12	57	13	81	
	22	11	22	11	44	12	22	12	58	13	50	13	73	14	88	
	23	11	52	12	16	12	39	13	2	13	25	13	48	14	11	
	24	12	48	13	12	13	36	14	24	14	48	15	12	15	36	
	25	12	53	13	20	13	45	14	10	14	35	15	0	15	50	
	26	13	26	13	52	14	18	14	44	15	10	15	36	16	2	
	27	13	57	14	24	14	51	15	18	15	45	16	12	16	39	
	28	14	26	14	56	15	24	15	52	16	20	16	48	17	44	
	29	14	59	15	22	15	57	16	20	16	55	17	24	17	53	
	30	15	30	16	0	16	30	17	30	18	0	18	30	19	30	
	31	16	1	16	32	17	1	17	34	18	3	18	36	19	7	
	32	16	32	17	42	17	36	18	6	18	40	19	12	19	44	
	33	17	2	17	46	18	5	18	42	19	48	20	21	20	54	
	34	17	34	18	8	18	42	19	14	19	50	20	24	20	56	
	35	18	5	18	40	19	15	19	50	20	22	21	21	21	57	
	36	18	36	19	12	19	48	20	24	21	21	21	36	22	48	
	37	19	7	19	41	20	21	20	56	21	35	22	12	22	48	
	38	19	38	20	16	20	54	21	32	22	10	22	45	23	56	
	39	20	10	20	48	21	27	22	6	22	49	23	26	23	59	
	40	20	40	21	20	22	40	23	20	24	40	25	20	26	40	
	41	21	11	21	52	22	33	23	14	23	53	24	36	24	57	
	42	21	42	22	20	23	40	24	30	24	40	25	20	25	47	
	43	22	12	22	20	23	45	24	34	25	54	26	35	26	54	
	44	22	1	22	50	22	19	22	44	25	55	26	31	27	51	
	45	22	44	23	28	24	12	24	56	25	40	26	24	27	52	
	46	23	15	24	0	24	45	25	30	26	17	27	45	28	53	
	47	23	15	24	0	24	45	25	30	26	17	27	45	28	53	
	48	24	45	25	36	26	22	27	12	28	0	28	45	27	52	
	49	25	19	26	8	26	57	27	46	28	35	29	24	29	53	
	50	25	50	26	40	27	30	28	20	30	0	30	40	31	50	
	51	26	21	27	12	28	3	28	54	29	45	30	36	31	51	
	52	26	52	27	42	28	26	20	30	31	12	32	41	36	52	
	53	27	25	28	10	29	31	20	53	31	41	32	48	33	53	
	54	27	54	28	42	29	40	30	31	32	24	33	12	36	53	
	55	28	23	29	20	30	15	31	10	32	5	33	55	34	55	
	56	28	56	29	52	30	42	31	44	32	36	33	28	32	52	
	57	29	37	30	21	22	12	23	15	24	37	25	21	27	37	
	58	29	58	30	56	31	54	32	52	33	50	34	48	35	46	
	59	30	25	31	28	32	27	33	26	53	34	21	32	27	38	
	60	31	10	32	28	33	26	34	25	37	32	22	37	31	39	
	61	31	0	32	0	33	0	34	0	35	0	36	0	37	0	

KALE

TABVL A PROPORTIONALIS.

ATE

RAP

	40	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60
1	0 40	0 47	0 48	0 49	0 50	0 51	0 52	0 53	0 54	0 55	0 56	0 57	0 58	0 59	1 0
2	1 32	1 34	1 36	1 38	1 40	1 42	1 44	1 46	1 48	1 50	1 52	1 54	1 56	1 58	2 0
3	2 18	2 21	2 24	2 27	2 30	2 33	2 36	2 39	2 42	2 45	2 48	2 51	2 54	2 57	3 0
4	3 4	3 8	3 12	3 16	3 20	3 24	3 28	3 32	3 36	3 40	3 44	3 48	3 52	3 56	4 0
5	3 50	3 55	4 0	4 5	4 10	4 15	4 20	4 25	4 30	4 35	4 40	4 45	4 50	4 55	5 0
6	4 36	4 42	4 48	4 54	5 0	5 6	5 12	5 18	5 24	5 30	5 36	5 42	5 48	5 54	6 0
7	5 22	5 29	5 36	5 43	5 50	5 57	6 4	6 11	6 18	6 25	6 32	6 39	6 46	6 53	7 0
8	6 8	6 16	6 24	6 32	6 40	6 48	6 56	7 4	7 12	7 20	7 28	7 36	7 44	7 52	8 0
9	6 54	7 3	7 12	7 21	7 30	7 39	7 48	7 57	8 6	8 15	8 24	8 33	8 42	8 51	9 0
10	7 40	7 50	8 0	8 10	8 20	8 30	8 40	8 50	9 0	9 10	9 20	9 30	9 40	9 50	10 0
11	8 26	8 37	8 48	8 59	9 10	9 21	9 32	9 43	9 54	10 5	10 16	10 27	10 38	10 49	11 0
12	9 12	9 24	9 36	9 48	10 0	10 12	10 24	10 36	10 48	11 0	11 12	11 24	11 36	11 48	12 0
13	9 58	10 11	10 24	10 37	10 50	11 3	11 16	11 29	11 42	11 55	12 8	12 21	12 34	12 47	13 1
14	10 44	11 12	11 26	11 40	11 52	12 8	12 22	12 36	13 4	13 18	13 32	13 46	13 60	14 0	
15	11 30	11 45	12 0	12 15	12 30	12 45	13 3	13 15	13 30	13 45	14 0	14 15	14 30	14 45	15 3
16	12 16	12 32	12 48	13 4	13 20	13 36	13 52	14 4	14 24	14 40	14 56	15 12	15 28	15 44	16 0
17	13 2	13 19	13 36	13 53	14 10	14 27	14 44	15 1	15 18	15 35	15 52	16 9	16 26	16 43	17 0
18	13 48	14 6	14 24	14 42	15 0	15 18	15 36	15 54	16 12	16 30	16 48	17 6	17 24	17 42	18 0
19	14 34	14 53	15 12	15 31	15 50	16 9	16 28	16 47	17 6	17 25	17 44	18 3	18 22	18 41	19 0
20	15 20	15 40	16 0	16 20	16 40	17 0	17 20	17 40	18 0	18 18	18 40	19 0	19 20	19 40	20 0
21	16 6	16 27	16 48	17 9	17 30	17 51	18 12	18 33	18 54	19 15	19 36	19 57	20 18	20 39	21 0
22	16 52	17 14	17 36	17 58	18 20	18 42	19 4	19 26	19 48	20 10	20 32	20 54	21 16	21 38	22 0
23	17 35	18 1	18 24	18 47	19 2	19 33	19 56	20 19	20 42	21 5	21 28	21 51	22 14	22 37	23 0
24	18 24	18 48	19 12	19 36	20 0	20 24	20 48	21 12	21 36	22 0	22 24	22 48	23 12	23 36	24 0
25	19 10	19 35	20 0	20 25	20 50	21 15	21 40	22 5	22 30	22 55	23 20	23 45	24 10	24 35	25 0
26	19 56	20 22	20 48	21 14	21 40	22 6	22 32	22 58	23 24	23 50	24 16	24 42	25 8	25 34	26 0
27	20 42	21 9	21 36	22 3	22 30	22 57	23 24	23 51	24 18	24 45	25 12	25 39	26 6	26 33	27 0
28	21 23	21 56	22 24	22 52	23 20	23 48	24 16	24 44	25 12	25 40	26 8	26 36	27 4	27 32	28 0
29	22 14	22 43	23 12	23 41	24 10	24 39	25 8	25 37	26 6	26 35	27 4	27 33	28 2	28 31	29 0
30	23 0	23 30	24 0	24 30	25 0	25 30	26 0	26 30	27 0	27 30	28 0	28 30	29 0	29 30	30 0
31	23 46	24 17	24 48	25 19	25 50	26 21	26 52	27 23	27 54	28 25	28 50	29 27	29 58	30 29	31 0
32	24 32	25 4	25 36	26 8	26 40	27 12	27 44	28 16	28 48	29 20	29 52	30 24	30 56	31 26	32 0
33	25 18	25 51	26 24	26 57	27 20	28 3	28 36	29 9	29 42	30 15	30 48	31 21	31 54	32 27	33 0
34	26 4	26 38	27 12	27 46	28 20	28 54	29 28	30 2	30 36	31 30	31 44	32 18	32 52	33 26	34 0
35	26 50	27 25	28 0	28 35	29 10	29 45	30 20	30 55	31 30	32 5	32 40	33 15	33 50	34 25	35 0
36	27 26	28 12	28 48	29 20	30 0	30 36	31 12	32 44	33 20	33 36	34 12	34 48	35 22	36 0	
37	28 22	28 59	29 36	30 13	30 50	31 27	32 4	32 41	33 18	33 55	34 32	35 9	35 46	36 23	37 0
38	29 8	29 46	30 24	31 2	31 40	32 18	32 56	33 34	34 12	34 50	35 28	36 6	36 44	37 22	38 0
39	29 40	30 31	31 12	31 51	32 30	33 9	33 45	34 17	35 6	35 45	36 24	37 3	37 42	38 21	39 0
40	30 40	31 20	32 0	32 40	33 20	34 0	34 40	35 20	36 0	35 34	37 20	38 0	38 40	39 20	40 0
41	31 26	32 7	32 46	33 29	34 10	34 51	35 32	36 13	36 54	37 35	38 16	38 57	39 38	40 19	41 0
42	32 12	32 52	33 36	34 18	35 0	35 42	36 27	37 6	38 34	38 30	39 12	39 54	40 36	41 16	42 0
43	32 53	33 41	34 24	35 7	35 50	36 33	37 16	37 59	38 42	39 25	40 8	40 51	41 34	42 17	43 0
44	33 44	34 28	35 12	35 56	36 40	37 24	38 8	38 52	39 36	40 20	41 4	41 48	42 32	43 16	44 0
45	34 30	35 15	36 0	36 45	37 30	38 15	39 0	39 45	40 30	41 15	42 0	42 45	43 30	44 15	45 0
46	35 16	36 2	36 48	37 34	38 20	39 6	39 52	40 38	41 24	42 20	43 10	43 46	44 28	45 14	46 0
47	36 2	36 49	37 36	38 23	39 10	39 57	40 44	41 31	42 18	43 5	43 52	44 39	45 26	46 13	47 0
48	36 48	37 36	38 24	39 12	40	40 48	41 36	42 24	43 12	44 0	44 48	45 36	46 24	47 12	48 0
49	37 34	38 23	39 12	40	40 50	41 39	42 28	43 17	44 6	44 55	45 44	46 33	47 22	48 11	49 0
50	38 20	39 10	40	40 50	41 40	42 30	43 20	44 10	45 0	45 50	46 40	47 30	48 20	49 10	50 0
51	39 6	39 57	40 48	41 39	42 30	43 21	44 12	45 3	45 54	46 45	47 36	48 27	49 18	50 9	51 0
52	39 52	40 44	41 36	42 28	43 20	44 12	45 4	45 56	46 48	47 40	48 32	49 24	50 16	51 8	52 0
53	40 36	41 21	42 24	43 17	44 10	45 3	45 56	46 49	47 42	48 36	49 30	50 24	51 18	52 12	53 6
54	41 24	42 18	43 12	44 6	45 0	45 54	46 48	47 42	48 36	49 30	50 24	51 18	52 12	53 6	54 0
55	42 10	43 5	44 0	44 55	45 50	46 45	47 40	48 35	49 30	50 25	51 20	52 15	53 10	54 5	55 0
56	42 50	43 52	44 48	45 44	46 40	47 30	48 32	49 28	50 24	51 20	52 18	53 12	54 8	55 4	56 0
57	43 42	44 39	45 36	46 33	47 30	48 27	49 24	50 21	51 18	52 15	53 12	54 9	55 6	56 3	57 0
58	44 28	45 26	46 24	47 22	48 20	49 18	50 16	51 14	52 12	53 10	54 8	55 6	56 4	57 2	58 0
59	45 14	46 13	47 12	48 11	49 10	50 9	51 8	52 7	53 6	54 5	55 4	56 3	57 2	58 1	59 0
60	46 0	47 0	48 0	49 0	50 0	51 0	52 0	53 0	54 0	55 0	56 0	57 0	58 0	59 0	60 0

AREALES

NVMERI.

E

NVMERI.

B

QUADRA

ORONTII FINEI DELPH.

De ipsarum fractionum astronomicarum divisione.

Caput V.

*Cosyphicola in di-
uisione fractionum
astronomicarum.*



VO SVNT IN FRACTIOM ASTRONOMICARVM I
diuisione, quemadmodum & in multiplicatione consyderanda. Pri-

mum est denominatio quotientis, ex particulari fractionum diuisi-
o ne generata: aliud enim atq; aliud fractionum genus in diuisione, uel
lut & in multiplicatione producitur. R eliquum est, ipse diuidendi modus: quē rur-

sum dupliciti uia conformiter aboluimus, primo facta singulorum generum tā di-
uidentium, quam etiam diuidendarum fractionum reductione, ad minimum genus
in utroq; contētum ordine: deinde per tabulam proportionalem immediatē præ-

cedētem, modo certe admodū facili, & celeritate calculi gaudentibus, nō iniucido.

SO IN FACILEM PRIMI declarationem, subiectam ordinauimus tabellā. 2
Inuestigabis igitur denominatōrē ipsius diuidendae fractionis in suprāmo & trāl-
uersalē denominatiōnium ordine, diuidentis uero in leuo & extremali, uel ē cōtra,
prout commodiū acciderit, & ab utroq; introrsum recta procedas uia, donec cō-

munē ueriusq; concursum attigeris:
quoniam in eo denominatorem quo-
tiētis officides. Verbi gratia, si uelis
agnoscere quale genus fractionis pro-
uenit ex diuisione quartorum per se-
ptimam: inuenies denominatiōē quar-
torum in sinistro latere ipsius tabellæ
& septimorū nomenclaturā ad uer-
ticē: reperies enim in eōmuni utriusq;
concurſu 3, producēta ex proposita di-
uisione fractionem denominantia.

Ex quibus facile deducitur, signa
per signa (intellige semper maiora)
diuisa, restituere signa: sicut gradus
per gradus distributos, pariter efficerē
gradus. Itē ex diuisione signorū per gradus, prouenire gradus: quemadmodum ex
partitione graduum per eadem signa, restitui pro quotiente gradus. Quoties autē
signa uel gradus, per aliquam diuiduntur fractionem, aut ē cōtra fractio per signa
uel gradus distribuitur: restituitur fractionis numerus, à proposita fractione deno-
minatus. Cum porrō fractio per fractionem, alterius tamē generis diuidentur, fit pa-
riter fractio: sed ab eo denominata numero, qui subtracto denominatore maioris à
minoris denominatore relinquitur. ueluti si tercia proponantur diuindenda per se-
ptimam, fient quarta: si enim 3 auferantur à 7, relinquentur 4. Vnde tandem relin-
quitur euidens, quilibet fractionem per aliam eiusdem generis fractionem distri-
butam, producere gradus: ut pote, cum tercia per tercia, uel quarta per quarta diu-
di iubentur, uelut ipsa tabella demonstrat. Illum tamen fractionis numerum, pro di-
uindendo congruentius accipiendo admonemus, eui extrinseca denominatio ma-
ior est: & pro diuidentiae, qui minorem potentia fortius est denominatiōem.

SO QVANTVM AD SECUNDVM PRINCIPALE, CONTINGIT
in primis fractionem aliquam, per eiusdem alterius generis diuidi fractionem,
uel plura fractionum genera, per plures istidem partitiōes: quorum utrun-
que dupliciti, & admodum facili uia, adimplere docebimus. Cum igitur aliqua
fractio,

Exemplum,

*Inventio denominatiōnium in
diuisione fractionum.*

Corollarium notandum.

Gradus	Deci ma.	Nec- ta.	odis ma.	Septi- ma.	Sex ta.	quin- ta.	qua- rtia.	Ter- tia.	Secū- da.	mu- nera.
Minuta	9	8	7	6	5	4	3	2	1	g.
Secunda	8	7	6	5	4	3	2	1	g.	
Tertia	7	6	5	4	3	2	1	g.		
Quarta	6	5	4	3	2	1	g.			
Quinta	5	4	3	2	1	g.				
Sexta	4	3	2	1	g.					
Septima	3	2	1	g.						
Octava	2	1	g.							
Nona	1	g.								
Pecuna	g.									

*Tabula denominatiōnium
quotientium ex diuisione fra-
ctionum proueniientium.*

fractio, per aliam eiusdem, alteriusue generis fractionē diuidi iubetur; id nō aliter
absolues, quām pro integrorum diuisione, capite quinto libri prīmi tradidimus.
Si uelles itaq; diuidere 180 minuta, per 30 gradus, inuenies pro quotiente 60 mi-
nuta: nam fractio diuisa per gradus, reclinuit similem pro quotiente fractionem.

*Particularis fractio-
onum diuisionis.
rkinter se diuise.*

Exemplum.

5 Singulorū autem generū predictarū fractionū inter se se faciendam di-
uisionem, per arealem ingressum in antecedentem tabulam proportionalem, mul-
tò leuius poteris absoluerē: in hunc quippe modum. In suprēmo & transuersali la-
teraliū numerorū ordine, numerū diuidentis inuenito fractionis: sub quo re-
ctissimē descendendo, numerū diuidendā fractionis inuestigato, in dextro quidē
arealiū numerorū ordine, quem si præcisum offendieris, ab eodem in sinistram
lateralium numerorū columnam rectā procedas uia, nam quem ibidem reperies
numerū, quotientem propositā diuisionis appellabis; illius quippe denominatio-
nis, quam propositā & inuicem diuidendā fractiones producere natæ sunt. Offe-
rantur exempli gratia 56 minuta, per 14 tertia diuindenda. Inuentis itaq; 14 ad uer-
ticem primæ paginæ ipsius tabulae proportionalis: sub eisdē 14 rectissimē descen-
dendo compries 0,56, sola tziphra sinistrum locum occupante, ab ipsis ergo 56,
si ad sinistrum & extremalem lateralium numerorū ordinē rectā deuenieris uia,
offendes 4, & quoniā minuta per tertia diuisa, producent secunda: concludes ex
diuisione 56 minutorum, per 14 tertia, prouenire 4 secunda. Idem facito de cæteris.

*Quo pacto eadem
fractiones per tabula-
rem collatim diu-
dantur.*

Exemplum.

6 Poteris etiam non minus facilē, duas simul occurrentes & inuicem succedentes
fractiones, per unius generis fractionem diuidere: utpote gradus cum minutis, uel
minuta cum secundis, aut secunda cum tertiijs, & similes fractionum combinatio-
nes, per liberum quodcumq; fractionis genus, tuncq; repertus in sinistro latere pro
quotiente numerus, illius erit denominationis, quam producit grossior & sinistra
fractio, per oblatam & diuidentē fractionem distributa. Exempli causa esto pro-
positū diuidere gradus 12, & 30 minuta, per minuta 15. Inuentis igitur 15, in frō-
tispicio primæ paginæ ipsius tabulae proportionalis, ab ipsis 15 deorsum rectissimē
descendas, offendes enim præcise 12, 30: à quibus si ad laevum lateralium ordi-
nem, recto perrexeris trāmite, reperies 50. & quoniā sinister & potentia maior
numerus est 12 graduum, gradus autem per minuta distributi restituunt minuta;
idecirco ex proposita diuisione, uenient pro quotiente numero 50 minuta.

*Ducum fractionē
per unican diuiso-
nem etenim
tabulam.*

Exemplum.

7 Item haud dissimiliter easdem binas & succedentes fractiones, per duo inuicem
pariter succedentia fractionum genera diuidere poteris: in hunc quippe modum.
Vtruncq; diuidentium fractionum numerum, non in uertice, sed in sinistro latera-
liū ordine, simul inuenito (nam multò facilior erit operatio, si utraq; diuidentū
fractionū in eadē facie tabule cōpératur) & ab eisdē uersus dextram rectā pro-
grediendo uia, compara numeros in eadē columna ē regione eiuslibet occurre-
tes, quousq; diuidendas uidcas integrari fractiones, iungendo uidelicet dextrum &
grossiori fractioni respondentem, cum sinistro illius qui subtiliori respondet num-
erum: hoc nancq; peracto, capitalis eiusdē columnæ numerus pro quotiente uenit ac-
cipiens, qui eam obtinebit denominationem, que ex diuisione grossioris & diui-
dendae fractionis, per grossiorem ipsius diuidentis generatur. Sint in exemplum 30
minuta & 48 secunda, diuidenda per secunda 15, & tertia 24. Compertis itaq; pri-
mum 15 & 24, in sinistro lateralium ordine primæ paginæ eiusdē tabulae propor-
tionalis, ab utroq; dextram uersus rectissimē procedendo, offendes in eadē colūna,
regione quidē ipsorū 15, 0,30, & sub his in rectū corundē 24, 0, 48: quæ si modo
nupq; expresso cōiunxeris, faciet 30.48, diuidendarū fractionū numeratores, acci-
pies igit̄ pro quotiente, numeri ad uerticē eiusdē colūna simul occurrēte, utpote 2.

*Qualiter per eis-
dem tabulam pro-
portionalem eadem
binas fractiones, per
duo fractiones per
duo fractiones di-
uidantur genera.*

ORONTII FINEI DELH.

atque minuta, diuisa per secunda, generant minuta: inferas itaq; ex proposita diuisione, uenire pro quotiente numero 2 minuta.

Documentum quando numeri non precise reperiuntur in eadem tabula proportionum.

SO C V M P O R R O diuidendum sub diuidente præcisè nō poteris inuenire numerum, minorem accipito propinquorem: & quotitem obseruato numerum, ad uerticem eiusdem columnæ simul occurrentem. Accipito postmodum differentiam inter ipsum minorem propinquorem, & propositum numerum diuidendum: quā sub præfato diuidente fractionum numero rursum animaduertas, ea autem inuita, uerticalem eiusdem columnæ pro secundo quotiente sumito numerum, proximè succendentis denominationis eum primo, quod si huiusmodi differentiam præcisè non inuenieris: similem rursum cū differentia ipsius differentie discursum iterabis, tertium ipsius quotientis accipiendo numerum, proximè subtilioris nomen elatura cum præobtento secundo, nam (ut semel dictum sit) obtenta denominatione primo generata fractionis, reliquarum denominationum suum seruat ordinem: quod non in diuisione tantummodo, sed in reliquis operationibus uenit obseruandum.

Exemplum.

Esto uerbi gratia propositum diuidere 12 gradus & 59 minuta, per minuta 40. Inuenies itaq; primum 40, ad uerticem tertiae paginae ipsius tabulae proportionalis, sub quibus recte descendendo, minorem & propinquorem offendes numerum, utpote 12. 40: è quorum regione lœua, in ipso lateralium ordine, occurrit primo quotiente numero 19, quæ saepius expressa ratione minuta dicuntur.

Accipito postmodum differentiam, quæ est inter 12. 40, & 12. 59, utpote 19 minuta: quam differentiam rursum curabis inuentam sub eisdem 40. at cum non sit præcisè reperibilis, accipiens est numerus proximò minor, scilicet 18 minuta, & 40 secunda: è sinistra quorum regione, colliges 28, quæ secunda uenient adpellanda. Rursum accipito differentiam ipsorum 19 minutorum, & 18 minutorum cum 40 secundis, uidelicet 20 secunda: quæ tandem sub præfatis 40 minutis inuestigato: quibus præcisè repertis, offendes in eodem sinistro lateralium ordine 30, quæ tertia denominabis. Prouenient igitur ex proposita diuisione, 19 minuta, 28 secunda, & 30 tertia. Dentur rursum ad maiorem singulorum elucidationem, gradus 6. minuta 40, secunda 25, diuidenda per 10 minuta, & 20 secunda. Inuentis itaque 10 & 20, in præmemorato lateralium ordine & congruente pagina (accidet autem in tertia, pro sumpto nunc exemplo) offendes ad dextram ipsorum regionem numerum proximò minorē ipso diuidendo, utpote 6. 20 rursum, & 12. 40 deorsum, quæ præmisso modo simul iuncta, repræsentant 6 gradus, 32 minuta, & 40 secunda: accipito igitur pro quotiente, numerum ad uerticem eiusdem columnæ simul occurrentem, utpote 38, à minutis denominanda. Deinde sumic differentiam inter diuidendum, & ipsum proximò minorem numerū: quam experieris esse minutū 7, & 45 secundorum. hanc rursum differentiam è recta regione utriuscq; diuisioni inuestigato: & inuenies in rectum ipsorum 10, & in eadem tabulae pagina 7. 30, & sub his ad rectam lineam cum 20, respondere 15. 0, quæ simul solito more collecta, efficiunt 7 minuta, & 45 secunda, præsatam antecedentium numerorū differentiam. Concurrētem igitur ad uerticem eiusdem columnæ sumitonum, utpote 45, quæ secunda dicentur, & post 38 minuta pro secundo quotientis gene- re sunt reponēda. Cōclades itaq; ex præmissa diuisione generari 38 mi. & 45 secū.

*Ars diuidendi quo^{rum} numeros diu-
eris fractionibus
integratos, per eadem
tabulam proportionalem.*

EX PRÆDICTIS OMNIBVS COLLECTIM INTELLECTIS 9

relinquitur manifestum, quonam pacto datus etiam quātus unq; fractionum astronomicarum numerus, per alium quemuis fractionum numerū pluribus generibus integratū, diuidi non minus facile possit: adminiculo uidelicet ipsius præmemoratae tabulae proportionalis. Idē itaq; faciendū est, de singulis ppositarū fractionū generibus inter se: quod de quibuslibet integratore numerorū elemētis capite 5. lib. I, respondentē

respondenter iussimus obseruandum, neq; opus est nouo documento: nisi uolueris
prædicta, exemplis etiam declarata, in uanum repetere.

Dentur igitur (ne te longiori uerborum detineamus ambagine) 42 gradus, 5 Exemplum.
minuta, 2 secunda, 9 tercia, & 45 quarta, diuidenda per 4 gradus, 5 minuta, &
3 secunda. Singulis itaq; diuidendi generibus suo ordine distributis, proprijsq; de-
nominationum ornatis inscriptionibus: trahe sub ipso diuidendarum fractionū or-
dine, duas līneas æquidistantes, intra quas prouenientes ex diuisione fractiones lo-
cabuntur. Deinde scribito diuisorem, sub eisdem æquidistantibus līneis: eo quippe
modo, ut grossior diuisoris numeri fractio, grossiori respondeat ipsius diuidēdi, &
reliquæ reliquis, gradatim uersus dextram ordinatis. Locabis igitur 4 gradus sub
42 gradibus, & 5 minuta sub 5 minutis, atq; 3 secunda, sub 2 secundis. Postmodū
inuentos eura tres ipsius diuisoris numeros, utpote 4, 5, 3, ad uerticem primā pa-
ginae eiusdem tabulae proportionalis, & sub ipsis lineatim discurrendo inuestiga nu-
meros, qui sepius expreſſo more coniuncti, & in eadem linea concurrentes, inte-
grant numerum ipsi diuisori supra positum, uel maximam quam poterunt eius-
dem numeri partem. Videbis ergo primum, an sub 4 inueniantur 42 gradus: qui
cum non sint adæquatè reperibiles, idecirco sumes 0. 40, numerum proximò mi-
norem, & quæ in eadem linea ipsis 5 & 3 subrespondent, utpote 0. 50, sub 5, & 0.
30, sub 3, ad leuam quorum regionem, offendes inter laterales numeros 10: pri-
mum uidelicet quotientis numerum. Et quoniam ex diuisione graduum per gra-
duis (qui sunt grossiores utriusq; numeri fractiones) fiunt pariter gradus: erit ipse
numerus 10, à gradibus denominandus, scribendusq; sub graduum titulo, intra li-
neas æquidistantes. Ipsos autem numeros 40, 50, 30, una (si uelis) cum antecedē-
tibus tñphris, suis locis respondenter annotabis, super ipsum diuidendum nume-
rum, utpote 40 super 42 gradus, 50 super 5 minuta, & 30 super 2 secunda: nam
quem ordinem seruant diuidentium fractionum numeri (cuiusmodi sunt 4. 5. 3)
eundem retinent numeri sub eisdem in tabula responderent inuenti. His ita præpa-
rat, subtrahe suprascriptos 40 gradus, & 50 minuta, atque 30 secunda, à subre-
spondentibus numeris, per tertium caput huius libri: & relinquunt facta subtra-
ctione, gradus 1, minuta 14, & 32 secunda, quæ rursum supra notabitis, deletis quo-
rum facta est subtractione numeris. Hoc primo discursu peracto, reiterabis diui-
forem, singulos eiusdem numeros ad proximum uersus dextram traducendo ge-
nus: priori diuisore eaneccato. Rursumq; sub eisdem numeris 4. 5. 3, in eodem lu-
preamo lateralium ordinis repertis, supra positos, & ex facta subtractione relictos
inuestigabis numeros: facta semper ad potentia maiorem comparatione, qui suc-
cedentium semper uidetur esse regula. Et quoniam sub eisdem 4, unus gradus &
14 minuta inueniri præcisè non possunt: accipiens est numerus proximò minor,
uidelicet 1. 12, & in eadem linea sub 5 & 3 respondentes, utpote 1. 30, & 0. 54. in
leuo autem eiusdem linea termino, scilicet 18: quæ minuta dicentur, scribe-
da post 10 gradus, intra līneas æquidistantes, pro secundo quotientis numero. Si-
ngulos item sub diuisoribus inuentos numeros, scilicet 1. 12, 1. 30, & 0. 54, supra
scribito suo ordine, ponendo dextrum antecedentis, cum sinistro proximè sequen-
tis ordinis: quemadmodum succedēs numerorum descriptio mōstrat. Quibus ab-
solutis, subtrahe singulos nuper inuentos numeros, à subrespondentibus singulis
fractionum numeris, duobus simul occurribus subtrahendarum fractionū nu-
meris, in unum coacruatis: & remanebunt completa subtractione, 1 minutū, 1 pa-
riter secundum, 15 tercia, & 45 quarta, quæ tandem annotabis supra eosdem sub-
tractos & primum cancellatos numeros, pro debita singulorum respondentia.

ORONTII FINEI DELH.

Consequenter renouato (ut prius) diuisore, accipito sub eisdem numeris ipsius diuisoris 4, 5, 3: numerum, relicto nuper numero (si potes) aequali, offendes auctem sub 4: 1, 0. & in eadem linea sub 5: 1, 15. sub ipsis uero tribus: 0, 45. quae solum, & superius expresso more coiuncta, repreſentant i minutū, I secundū, 15 tertia, & 45 quartā: quātus scilicet est numerus, ex proximè facta subtractione relictus. Scribi itaq; p̄fatos & sub diuisoribus nuper inuentos numeros, super eūdem relīctū ex proxima subtractione numerum, prout singulorū ordo requirit; & lateralē numerū, ad leūū eiusdē linea terminum simul occurrentē, utpote 15, scribito intra lineas, sub titulo secudorum. Supra scriptos autē numeros, à subrespōdentibus tandem auferto numeris, & nūl relinquetur; unde propoſitus fractionum numerus, per ipsum diuisorem adæquatè diuisus est. Habet igitur pro quoſtente, 10 gradus, 18 minuta, & 15 secunda. De ceteris idem.

SO POTERIS ETIAM ALIA VIA EVNDEM, IMO ET ALIVM II quenam oblatum fractionum numerum, per ipsum uel alium quācunq; diuisore, respondenter diuidere: facta primū utriusq; ordinis, diuidendi scilicet & diuisoris numeri reductione, ad minimum suae fractionis genus, per continuatā sexagenariā multiplicationē, quemadmodum capite sexto libri primi generaliter expressimus. Reliqua enim ad ipsam diuisionem pertinēt, non aliter sunt postmodum absolueenda: q̄ pro integrorū diuisione, capite quinto eiusdem libri primi declarauimus. Animaduertenda tamen est, ipsius quotiētis numeri denominatio: quam ex secundo & tertio numero huiusc capitis elicere poteris. Itē si uelis ipsum numerū quotientem, ad sexagenariam fractionū rursum convertere distributionē, id facito per doctrinā preallegati sexti capitis eiusdē primi libri: ipsum quotientē numerū, & reliquos 60 maiores, per eundē numerum 60 cōtinē diuidēdo. Sed hæc plus, q̄ satis.

Repetamus in exemplū p̄fatu numerū 42 gradū, 5 minutū, 2 secudore, 12 9 tertiorū, & 45 quartorū: per eundē qui prius numerū, utpote 4 gradus, 5 minuta, & 3 secūda diuidendū. Ex diuidēdis itaq; fractionib; eo quē nūc expressimus modo reductis, fiūt 5 45 40 77 85 quartā. Ex diuisoris autē reductione, proueniūt 14703 secūda: ueluti subiecte numerorū, & ipsarū reductionum indicat formulæ, ad maiore singulorū elucidationem re-

Gradus.	4 2	spondēter adiunctæ. Nam
Minuta.	2 5 2 0	minimum genus diuidendū
Minuta.	5	darum fractionū est quartā, & ipsarum diuidentium
Summa minutorum.	2 5 2 5	est secūda: ad quæ propositi debent, ante diuisionem,
Secunda.	1 5 1 5 0 0	conuerti numeri.
Secunda.	2	Quibus
Summa secundorum.	1 5 1 5 0 2	
Tertia.	9 0 9 0 1 2 0	
Tertia.	9	
Summa tertiorum.	9 0 9 0 1 2 9	
Quarta.	6 0	
Quarta.	5 4 5 4 0 7 7 4 0	
Quarta.	4 5	
Summa quartorum.	5 4 5 4 0 7 7 8 5	

Exemplū.

Gradus. Minuta. Secunda. Tertia. Quarta.

* — 8 — 3 — 8 — 8
* — 8 — 3 — 8 — 8
1 1 1 5

* — 8 — 3 — 8 — 8
* — 8 — 3 — 8 — 8
1 1 4 3 2

* — 8 — 3 — 8 — 8
* — 8 — 3 — 8 — 8
4 5 8 5 3 5

4 2 . 5 . 2 . 9 + 4 5 . Fractiones diuidende.

1 0 . 1 8 . 1 5 . Fractiones ex diuisione prævenientes.

* — 8 — 3 — 8 — 3 — 3 Fractiones diuidendes.
* — 8 — 8 — 4 — 4

Fractiones sub diuidendū
occurentes, unde con reli
tis ex subtractionib;.

Fractiones ex diuisione prævenientes.

Quibus obsolutis, diuide præfata 5 4 5 4 0 7 7 8 5 quarta, per eadem 1 4 7 0 3 secunda, iuxta doctrinam quinti capituli ipsius primi libri, instar integrorum numerorum: & habebis pro quotiente numero 3 7 0 9 5 secunda, nam quarta, diuisa per secunda, restituit secunda. Quod si præfata 3 7 0 9 5 secunda, diuiseris per 60: sicut proquotientे 618 minuta, relictis 15 secundis. Rursum si 618 minuta, per eadem 60 diuiseris: prouenient 10 gradus, remanentibus 18 minutis. Colligēter itaq; ex propositarum fractionum diuisione, 10 gradus, 18 minuta, & 15 secunda: quemadmodum per antecedentem modum, coadiuante tabula proportionali nuper offendimus. Idem de ceteris.

De quadratæ radicis inuentione, in eisdem fractionibus.

Caput VI.

IMNESFERE, QVI DE FRACTIONIBVS ASTRONOMICIS tractauerunt, & quadratæ, & cubicæ radicis inuentionem, uelut forsitan nimirum difficultem, aut subtilissime, uel obscurè nimis, perpetuam tradidisse facile constat. Conabimur itaq; in astronomicis fractionibus, utriusq; radicis inuentionem facillimam restituere. Primo facta singulorum generum propositarum fractionū, ad unicum reductionē: dcinde (idq; levius multo) per antecedentem proportionalium numerorum tabulam, ut ipsius tabulae numerosam commoditatum declaremus amplitudinem.

2SINTIGITVR (ut primum ad grediamur) 1 signum maius, 25 gradus, 37 minuta, 27 secunda, 2 tertia, & 24 quarta: quorum radicem iubearis inuenire quadratam. Hæc primum reducito ad minimæ fractionis denominationem, ut postea ad quartam: hoc modo, 1 signum maius, ualeat 60 gradus: qui unā cum 25 gradibus, efficiunt 83. Hosigitur 85 gradus si multiplicaueris per 60, sicut 5 100 minuta: quibus adde minuta 37, resultabit 5 137. Hæc rursum 5 137 minuta ducito in 60, prouenient 3 0 8 2 2 0 secunda: quæ unā cum secundis 27, conficiunt 3 0 8 2 4 7. Quæ quidem 3 0 8 2 4 7 secunda iterum per 60 multiplicata, unā cum 2 tertiis responderter adiunctis, producunt 18 4 9 4 8 2 2 tertia. Tandem si eadē 18 4 9 4 8 2 2 tertia per 60 multiplicaueris, & productō iunxeris quartam 24, præassumptus numerus ad 110 9 6 89 3 4 4 quartā reducetur. Horum itaq;

*Ars, cum exemplo,
extrahendit quadratam
fractionis astro-
radicis sine tabula.*

x x								
x 7 3 x								
x x 8 8 9 3 x								
x x 8 9 6 8 9 3 4 4								
3 3 3 1								
6 6 - 6 6 - 6 - x								
6' 6 - 6'								

Numerus quadratus.

Radices duplate.

110 9 6 89 3 4 4 quartorum, per doctrinā septimi capituli libri primum, quadratam extrahe radicem: quam offēdes esse 3 3 3 1 2. quādā modum obiecta delcriptio manifestat. Et quoniam operæpreciū est, ipsam radicem in sece multiplicatam, præsumtum quartorū integrare numerum, nulla autem fractio

in seipsum ducta facit quartam, ni fuerint secunda: idcirco 3 3 3 1 2 nuper inveniatur radicis numerus, à secundis denominationem obtinebit. Demū si præfata 3 3 3 1 2 secunda diuise ris per 60, prouenient 5 5 5 minuta: relictis 12 secundis. Rursum eadem 5 5 5 minuta diuide per 60, producentur 9 gradus: remanētibus 15 minutis. Concludas igitur 1 signum, 25 gradus, 37 minuta, 27 secunda, 2 tertia, & 24 quarta, habere pro quadrata radice 9 gradus, 15 minuta, & 12 secunda.

3SUPEREST AD SECUNDVM PERVENIRE MODVM, QVO præsumpti, & dati cuiusvis alterius fractionū numeri, quadrata radix, per tabulā proportionalem inuestigatur. Repetatur itaque nuper oblatus numerus, scilicet 1 signum, 25 gradus, 37 minuta, 27 secunda, 2 tertia, & 24 quarta: ut regulam,

*Molus inveniens
quadratam prædi-
clarum fractionum
radicem, per tabulā
proportionalem.*

ORONTII FINEI DELH.

una cum exemplo, ad faciliorem omnium intelligentiam discurreamus. Ipsum ergo numerum in abaco, suo disponito ordine, & proprijs singulorum generum nominibus ornato: subiectis in transuersum lineis æquidistantibus, futuram radicem solito more recepturis. Quibus ita preparatis, inuestiga inter quadratos numeros ipsius tabulae proportionalis, euidentioribus lineunculis separatos, & diagonalem obseruantes ordinem, ipsum nuper oblatum numerum, cuius quadratam cupis inuenire radicem: quem non potes præcsum offendere, accipies igitur numerū proximò minorem, in prima tabula pagina fere offerentem, utpote 1, 21: quæ 1 signū, & 21 gradum repræsentant. Scribe igitur 1 super 1, & 21 supra 25: & numerum ad uerticem, aut laeuam regionem ipsius quadrati simul occurrentem, utpote 9, scribito sub eisdem 25 gradibus, intra lineas æquidistantes, pro primo radicis numero. Subtrahe postmodum 1 & 21, ab 1 & 25: & relinquentur 4 gradus, respōdenter supra notandi, cancellatis prioribus numeris. Dupla tandem ipso 9 gradus radicis, sicut 18 gradus: hos reponit sub eisdem 9 gradibus, infra lineas æquidistantes.

*Exemplum primum
radicis.*

*Exemplum secunde
radicis.*

Notandum.

*Tertia radicis
exemplum.*

Hoc primo discursu peracto, inuestiga 18 gradus, duplatum nuper inuentæ radixis numerum, in sinistro lateralium ordine: a quo uerus dextram recta procedet uia, donec residuum offendere numerum: iuncto quadrato, in longum eiusdem columnæ simul occurrente numero. Inuentis ergo 18 in sinistro latere primæ paginae, non totum residuum offendere numerum, sed proximò minorem, uidelicet 4 gradus, & 30 minuta: in quorum rectum, occurrent simul inter quadratos 3, 45, quæ 3 minuta & 45 secunda uenient appellanda. quoniam dextrum prius inuenti numeri genus, eiusdem semper est denominationis cum sinistro consequenter occurrentis numeri genere, & è contra. Adeo igitur præfatos numeros solito more, dextrum uidelicet primi cu laeo secundi ordinis, sicut 4 gradus, 33 minuta, & 45 secunda: quæ supra relictum annotabis numerum, obseruata singulorum cu suo generespondentia. Deinde accipio numerum ad uerticem ciuidem columnæ concurrentem, pro secunda radice, utpote 15, quæ minuta dicentur (sunt enim eiusdem semper denominationis cum 30 dextro numero, è regione 18 nuper inuento) scribenda ad dextram ipsorum 9 graduum. Subtrahe postmodum 4 gradus 33 minuta, & 45 secunda, à subrespondentibus 4 gradibus, 37 minutis, & 27 secundis, & relinquentur 3 minuta, & 42 secunda: quæ supra notabis, deletis quorum facta est operatio numeris. Duplabis tandem ipsa 15 minuta radicis, sicut 30, sub eisdem 15 minutis infra lineas collocanda. Si autem eueniret, ut ipsa minuta duplata sexagenaria exuperarent numerum: pro quibuslibet 60 minutis unitatem prius duplatis gradibus adiunges, renouato eodem graduum numero. idem & de secundis ad minuta, & reliquis succedentibus obseruando fractionibus.

Ad tertie consequenter deueniendo radicis inventionem, utrumq; duplatae raddicis numerum, utpote 18 gradus & 30 minuta, inuenito in præfato lateralium numerorum ordine: & confydera numeros cum respondentí quadrato in eadem columnæ simul occurrentes, an solito more coniuncti, residuum possint integrare numerum. Offendes itaq; primum è dextra regione ipsorum 18 graduum, 3 minuta, & 36 secunda: è directo autem ipsorum 30 minutorum seofferunt 6 secunda, & tertia 0, & quadratus in eadem columnæ simul occurrentis numerus, est 2 tertia, & 24 quarta, quosquidem numeros, si nuper expresso modo, & uelut obiecta monstrat formula, in unum collegeris ordinem, resultabunt 3 minuta, 42 secunda, 2 tertia, & quarta 24, supra residuum numerū sigillatim annotāda: prout singulorū

Mi.	Secun.	Ter.	Quar.
3	— 36		
6	— 0		
		2 — 24	
3	42	2	24.

uidetur

uidetur optare denominatio. Concurrentem autem ad verticem eiusdem columnæ numerum, utpote 12, scribcs intra lineas, sub titulo secundorum, pro tertio radicis numero. Quod si nuper inuentos & supra notatos numeros, à subrespondentibus & residuis abstuleris numeris, per sepius allegatum caput tertium huius li-

Signa.	Gradus.	Minuta.	Secunda.	Tertia.	Quarta.
	3 — 4 x				
*	3 4 2	x — x 4			
4	3 3 — 4 8				
x — x x					
Nūr ^o quadrata	1 + 2 5 + 3 7 + 2 7 + 2 + 2 4				
Radix quadrata.	9	1 5	1 2		
Radices duplate.	1 8	3 0			

bri: nihil tandem relinquitur. concludendum igitur præassumptum numerum esse quadratum, & quadratam habere radicem 9 gradus, 15 minuta, & 12 secunda: qualem per uiam reductionis, si ne adiumento ipsius tabulae proportionalis, nuper inuenisti. Vtrum igitur horum modorum malueris, tuo relinquimus arbitrio.

De cubica iam dictarum fractionum astronomicarum radice.

Caput. VII.



I V B I C A M O B L A T I C V I V S C V N Q V E F R A C T I O N V M astronomicarum numeri radicem, duplī quemadmodum & quadratam, inuenire poteris arte. In primis, facta singularum fractionum ad minimum genus sui ordinis reductione: Secundo, & multò quidem faciliorū uia, admīniculo ipsius tabulae proportionalis. Quorum omnium exempla, cum regulis simul examinabimus: quo singula rudiōribus fiant lucidiora.

2 AD PRIMVM feliciter accedendo: Sint gradus 27, minuta 55, secunda 3, tercia 44, quarta 21, quinta 6, & 1 sextum: quorum omnium cubicam subcaris inuenire radicem. Reducantur itaque primum singula fractionum genera, ad minimum fractionis denominationem, uidelicet ad sexta, per doctrinam sexti capituli libri primi, & quemadmodum duodecimo numero quinti, & secundo septimi capituli immediate præcedentis, exemplari discursu monstrauimus: & ex ipsa reductione consurgent 1302528459961 sexta. Horum ergo, per artem octauam capitulis ipsius primi libri, cubicam extrahito radicem: quemadmodum de integris sollemus facere numeris. Ea autem erit (ut ipsa te supputatio docebit, & succedens numerorum indicat formula) 10921, quæ secunda uenient appellanda. Quoniam

Primus modus ex tractandi cubicæ fr. astro. radicē fine tabula.

	3				
	7 4 8 7				
	8 x 9 8 7 7 x				
Nūr ^o cubicus.	x 3 8 x 8 x 8 4 8 9 9 6 x				
Radix cubica.	1	0	9	2	1
Radices triplices.	3	3 8 3 x 7 x 7 6			
	3 /				

de ratione cubicæ radicis esse uideatur, ut in se ducta, & rursum per productum multiplicata, eum cuius est radix componat numerum. Nulla autem fractio in se ducta, rursumque per productam multiplicata fractio nec efficit sexta, nisi fuerint secunda: ut ex præcedenti capite quinto uide re facilè est. Nam secunda per se

multiplicata faciunt quartam, & rursum quartam ducta in secunda restituunt sextam: ad quam sextorum denominationem, oblatum fractionum reduximus numerum.

Diuide tamen ipsa 10921 secunda per 60, sicut pro quotiente 182 minuta: uno tantum secundo reliquo, quæ quidem 182 minuta si rursum per 60 diuiseris, prouenient 3 gradus: remanentibus duobus minutis. Inferas igitur, præassumpti numeri radicem cubicam esse 3 gradus, 2 minuta, & 1 secundum.

3 RELIQVM EST, VT EANDEM CUBICAM FRACTIO nū astronomicaræ radicē, coadiuuante tabula proportionali, inuestigare doceamus.

Alius modus inueniendī cubicā fract. astro. radicē per tabulam proportionalem.

E 5 Reperatur

ORONTII FINEI DELH.

Repetatur nuper assumptus numerus, utpote 27 gradus, 55 minuta, 3 secunda, 44 tertia, 21 quarta, 6 quinta, & 1 sextum: quem numerum dispone super abaco ad hoc præparato, unâ cum suprascriptis singulorum generum nomenclaturis, & duâis sub codem numero lineis æquidistantibus, intra quas optata locabitur radix. Accede postmodum ad primum tabulae paginam, & inter cubos numeros apparetioribus lineunculis sparsim distinctos, inuestiga numerum, ipso dato numero proximò minorem (non posse enim offendere præcium) is autem erit 0, 27, quæ solos 27 gradus repræsentabunt. Ad uerticem quoq; eiusdem columnæ scfc offrent 3, pro primo radicis numero: qua tres gradus significabunt, sunt enim ipsa 3, eiusdem nominis cum 27: gradus enim quadratè aut cubicè multiplicati, semper restituunt gradus. Scribe ergo 27, supra 27 gradus, & 3 sub eisdem gradibus, sed intra lineas æquidistantes, aufer deinde 27, à subrespondentibus 27 gradibus, & nihil relinqueret: dele igitur utrumq; numerum 27, & tripla 3 gradus, sicut 9 gradus: quos infra lineas, sub corundem graduum titulo tandem reponito. Ad scfc 4 cundum radicis ueniendo numerum, inueniētis cura præfatos 27 gradus, in sinistro lateralium ordine eiusdem primate paginae: & ad dextram ipsorum regionem, inuestiga numerum residuo (demptis scilicet præfatis 27 gradibus) proximò minorem, quem experieris esse 54 secunda: ad quorum uerticem offendes 2, quæ minuta dicentur, intra lineas æquidistantes, pro secundo radicis numero collocanda. Scribe similiter 54, supra 55 minuta: hic enim numerus 54 (ut singula clarius intelligas) æquivaleret ei numero, qui ex ductu trium graduum in 9 triplatos, & rursum ex multiplicatione producti in ipsa 2 minuta generatur. Duc igitur consequenter ipsa 2 minuta radicis in 9 gradus triplatos coadiuvante tabula, sicut 18 minuta: quæ rursum multiplicata per ipsam etiam 2 minuta, consurgent 36 secunda, super 3 secunda responderet annotanda. Accipe rursum numerum cubum, in eadem columna cum 54 minutis & duobus secundis occurrentem, utpote 0, 8: quæ 8 tercia uenient appellanda, scribendaq; super tertia 44, repræsentant enim numerum, qui ex cubico duorum minutorum ductu producitur. Subtrahas itaque tandem præfata 54 minuta, 36 secunda, & 8 tercia, ab eisdem 55 minutis, 3 secundis, & 44 tertijs: & relinquentur 27 secunda, & 36 tertia, quibus suo loco supra notatis, cancellatisq; prioribus numeris: triplabis ipsa 2 minuta radicis, sicut 6, quæ sub lineis responderet notanda sunt.

Consequenter, inuenito rursum præfatos 27 gradus, in eadem prima tabulae pagina, & lateralium numerorum columna: & ad dextram ipsorum regionem inuestigato uenientem, reliquo nuper ex operatione præcedenti numero proximò minorem, offendes ergo 27 secunda, scribenda super reliqua 27 secunda; & in eadem columna concurrentem uidelicet unitatem, pro tertio radicis numero, suo loco reponendam, quæ 1 dicetur secundum. Est autem numerus 27 nuper inueniens, qui ex ductu trium graduum radicis in 9 triplatos, & producti per 1 secundum multiplicatione configit. Duc ergo cōsequenter 2 minuta radicis in 9 gradus triplatos, sicut 18 minuta. Item multiplicata tres gradus per 6 minuta triplata, efficiuntur pariter 18 minuta: quæ unâ cum prioribus 18 minutis faciunt 36. ipsa porro 36 minuta, per 1 secundum tandem multiplicata, uertetur in 36 tercia: super reliqua 36 tercia responderet annotanda. Ducito postmodum 1 secundum radicis in 9 gradus triplatos, sicut 9 secunda: non augmento, sed mutato tantummodo numero. Item multiplicata 2 minuta per 6 minuta triplata, prouenient 12 secunda: quæ unâ cum antecedentibus 9 secundis, constituant secunda 21. Haec tandem multiplicata per 1 secundum, uertuntur in quarta: supra remanentia 21 quarta itidem conscribēda, Rursum

*Exempli Prima et
diuis.*

*Secunde radicis
examinatio.*

*Dicitur tertij na
meri radicis.*

Rursum ducito i secundum in eadem 6 minuta triplata , sicut 6 tertia: quae tandem per ipsum secundum multiplicata , vertuntur in quinta, super relicta 6 quinta, respondenter annotanda . Accipito tandem cubum numerum , in eadem columnâ cum 27 minutis, & uno secundo radicis occurrentem, ut potè 0, 1, id est, 1 sextum, super relictum sextum, haud dissimiliter scribendum; est enim cubus numerus, ex ipso secundo radicis cubicè multiplicato productus.

8 Quod si demum collecta & superscripta fractionum genera, à singulis subrespondentibus fractionum generibus, suo abstuleris ordine, nihil relinquetur: quare propositus numerus cubus est iudicandus , & ipsius cubicam radicem esse trium graduum, duorum minutorum, & unius secundi, quemadmodum nuper offendimus. Hæc igitur de fractionibus sexagenarijs uel astronomicis, sint satis: quæ si semel exactè callueris, & secretioribus mathematicarum archanis utcūq; delecteris, te (crede mihi) eisdem uigilantius insudasse non pigebit.

Conclusio.

Gradus.	Minuta.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
	2 4 — 3 6					
	2 4 . 3 6		x x — 6 — x			
	2 4 . 8 4 — 3 6 — 8					
Nu. cubus.	2 4 . 8 4 . 3 . 4 4 . 2 x . 6 . x					
	3 . 2 . 1		Radix cubica.			
	9 6		Radices triplate.			

S T E R T I I L I B R I S

A R I T H M E T I C A E

P R A C T I C A E

F I N I S.



LIBER QVARTVS

A R I T H M E T I C A E P R A C T I C A E

de ratione atq; proportione quantitatum, inuicem
comparatarum: deq; praestantioribus regulis,

cuius Arithmetico, Geometrae, uel
Astronomo necessarijs.

De ratione, atq; proportione quantitatuum, & speciebus utriusq; principioribus.

Caput. I.

Propria justitiae

Quae sine iudicio
cōparabili.

Rationis diffinatio

Arithmetica.

Ratio Harmonica.

Geometrica.

Ratio geometrica
et pte dicuntur ratio


Communales & ra-
tionales magnitu-
dines.

Radis habitudo.

Incommunicantes irra-
tionales que mag-
nitudines.

Interscis habitu-
do que surdaria ratio
dicuntur.

Corollarion



VANTITATIS PROPRIVM E SSE D I F 1
finit Aristoteles, secundum ipsam aequalē, uel inaequa-
le dici: omnis enim discreta, cōtinuā quantitas, al-
teri itidem continua, aut discreta relata quantitati,
ca major aut minor reperitur, uel eidem exīstet aequa-
lis. Sola autem uniuoca sunt inter se comparabi-
lia, utpote numeri us numero, sonus sono, tempus tem-
pori, cōtinuum seu magnitudo, eiusdem generis ma-
gnitudini sive continuo, quemadmodum linea linea,
superficies superficie, solidum solidō, & quae sunt
eiusmodi inter ea q̄ diuersorū existunt genere, nulla uideā accidere cōparatio-

RATIO igitur, est duarum eiusdem generis adiuicem comparatarum quantita- 2
tum habiendo determinata. Hac autem potissimum reperitur, inter numeros abso-
lute consyderatos, & Arithmetica ratio nominatur: uel inter numeros sonoros, id

est, ad sonorum harmoniam relatos, & harmonica dicitur (de qua alibi tractandū)
aut deniq; inter magnitudines, à numero & materia scorsum abstractos, & Geo-
metrica ratio uenit appellanda. At quoniam quæcunque rationes inter ipsos offen-
duntur numeros, eadem & in singulis continuorum solēt inueniri generibus, ē cō-
trario autem id minimè contingit, cum infinita sint inter continua rationum dis-
ciplina, quæ numerorum nō patitur natura; idcirco geometrica ratio principiū

obtinere, propriūmque nomen rationis usurpare uidetur. Est igitur de Geometrica
ratione principalis habenda consyderatio. Omnes itaque adiuicem compara- 3

tæ magnitudines, quarum utrancū communis aliqua magnitudo, seu pars metitur
aliquota, communicantes sive commēsurabiles, atq; rationales esse dicuntur: & quæ
inter ipsas rēperitur habitudo, rationalis itidem uocatur. Cuiusmodi sunt omnes
numeri à binario in infinitum comprahēti, quos in uniuersum metitur unitas, et
tam inter se rationem uel habitudinem obtinet: omnes item cōtinuæ, & ad nu-
meros relate magnitudines, quarum ratio uel habitudo determinatis exprimitur
numeris. Quæ autem sub communem aliquius magnitudinis, seu parti aliquo-

tae mēsuram nō cadunt, incommunicantes, aut incommensurabiles, irrationales
quoq; magnitudines appellantur: inter quas contingens ratio uel habitudo, irratio-
nalis surdāe responderetur dicitur, utpote quæ nullo potest exprimi numero, &
propterea tum ipsi naturæ, tum nobis relinquitur ignota. Quemadmodum eu-
enire solēt inter radices non quadratorum, aut minimè cubicorum numerorum, &
ipsos cum inuicem comparantur numeros: inter quoq; diagonūm, & latus cu-
iuis quadrati geometrici, & quæ similis uidetur esse dispositionis. Omnis et 4
go arithmetica ratio, uidetur esse rationalis: geometrica uero, rationalem & irra-
tionalem perscrutatur magnitudinum habitudinē. Singulæ quoq; rationes eidem
generi

generi continuorum accidentes, utpote lineis, accidunt & reliquis omnibus continuorum generibus, utpote superficiebus, atque solidis: at de numeris secus est iudicandum. In primis itaque, de rationali magnitudinum habitudine tractabimus; postea irrationalem suo loco discutere nitemur.

- 5 COMMUNICANTIVM** igitur magnitudinū ratio, quae rationalis uocatur habitudine, aut aequalitatis, aut inaequalitatis nomine claturam adipsicitur. Aequalitatis, quoties duarum inuicem aequalium magnitudinum fit comparatio. Inaequalitatis uero, cum uel maior magnitudo minori comparatur, & majoris inaequalitatis ratio dicitur: aut cum minor ad maiorem refertur magnitudinem, & ratio minoris inaequalitatis appellatur. Vtraque rursum, maioris uidelicet & minoris inaequalitatis ratio, in quinque species principaliter subdivisiblur: tres quidem simplices, quae sunt multiplex, superparticularis, & superpartiens, & duas compostas, quas multiplicem superparticularem, & multiplicem superpartientem appellare solemus. Multiplex itaque maioris inaequalitatis ratio dicitur, cum maior magnitudo minorem pluries, quam semel adaequatē comprähendit: quod si bis acciderit dupla, si ter tripla, si quater quadrupla, & ita deinceps nominatur. Superparticularis autem ratio fit, quoties maior magnitudo continet minorem semel, & partē insuper eiusdem minoris aliquotam: quae si fuerit $\frac{1}{2}$, huiusmodi ratio sesqualtera, si $\frac{1}{3}$ sesquiteria, si autem fuerit $\frac{1}{4}$ sesquiquarta, & sic in infinitum appellanda est. Superpartiens uero ratio dici solet, cum maior magnitudo minorem itidem semel comprähendit, & aliquam præterea ipsius minoris partem non aliquorū: quae quidem ratio, partim à numeratore, partim quoque à denominatore eiusdem partis non aliquotæ, peculiarem fortiter nominatur. Nam si fuerint $\frac{2}{3}$ ipsius minoris, eadem ratio superbipartiens tertias dicitur, si $\frac{3}{4}$ superbipartiens quartas, si uero $\frac{4}{5}$ superbipartiens quintas: & deinceps pro earundem partium uarietate peculiariter nuncupabitur. Multiplex deinde ratio superparticularis efficitur, quoties magnitudo maior pluries, quam semel ipsam minorem comprähendit, & partem eiusdem minoris aliquotam: unde partim à multiplici, partim etiam à superparticulari ratione (ex quibus consurgit) denominatur. utpote si maior comparata rum magnitudinum bis continet ipsam minorē, & $\frac{1}{2}$ eiusdem, tunc huiusmodi ratio dupla sesqualtera dicitur, si ter & $\frac{1}{3}$ tripla sesquiteria, si quater & $\frac{1}{4}$ quadrupla sesquiquarta: & sic in infinitum uenit appellanda. Multiplex tandem superpartiens ratio nominatur, cum ipsa maior magnitudo minorem pluries itidem continet, & partem insuper eiusdem non aliquoram: quæ rursum partim à multiplici, partim quoque à superpartiente ratione (ex quibus componitur) nomine obtinebit. Vt si bis maior minorem comprähendat magnitudinem, & $\frac{2}{3}$ eiusdem minoris, eiuusmodi ratio dupla superbipartiens tertias uocabitur, si ter & $\frac{3}{4}$ tripla superbipartiens quartas, si quater & $\frac{4}{5}$ quadrupla superbipartiens quintas: & sic con sequenter de similibus, pro uaria multiplicis & superpartientis occurrente rationis dispositione. Species autem minoris inaequalitatis eadem sunt, ac inter eosdem solent evenire terminos, cum præmemoratis speciebus maioris inaequalitatis: uariatio solummodo terminorum ordine, comparando uidelicet minorē magnitudinem ipsi maiori, iuncta huiusmodi syllaba sub, fieri itaque submultiplex, subsuperparticularis subsuperpartiens: & ita de reliquis tam simplicibus, quam etiam cōpositis rationū speciebus. quēadmodū ex prædictis colligere haud difficile est.
- 8** Ad quorum omnium maiorem elucidationem, & in particularem singulorum exemplū, subiectam ordinavimus numerorum descriptionem: ad cuius leuam species rationis multiplicis distinximus, ad dextram autem superparticularis, atque superpartientis rationis species sunt annotatae, non quidem omnes, sed pro ipsius descriptionis

*equalitatis.
Ratio maioris.
Inaequalitatis minoris.*

*Ratio multiplex
Ratio superparticularis*

Multiplex superparticularis.


Multiplex superpartiens

De speciebus rationis minoris inaequalitatis.

*Succedentia figura
fuit ab aliis declarata.*

ORONTII FINEI DELPH.

descriptionis capacitate, quam potes (si plurcs optaueris) quantumlibet libere continuare. Cum igitur inferiorcs superioribus comparaueris numeros, maioris inæ qualitatis rationes habebis: si uero idem superiores inferioribus comparentur, minoris inæ qualitatis rationes uerbo uidebis ordinc.



Proportionis diffi-

Proportionalis,

Arithmetica pro-

Differentia.

Geometrica pro-

Harmonica pro-

Corollarium.

Proprietas grome-

trica continua.

HIS, AD FACILIOREM SVCCEDENTIVM INTELLIGEN= 9
tiam prælibatis, de proportionibus consequenter differamus. Proportio est duarum pluriumque rationum, aut differentiarum inuicem comparatarum similitudo, in tribus ad minus terminis constituta. Omnes itaque discretæ, continuæque quantitates, inter quas eadem ratio, uel æqualis differentia reperitur, proportionales esse dicuntur.

Proportionum alia arithmeticæ, alia geometricæ, alia uero harmonica nuncupatur. Arithmeticæ proportio est, comparatorum inuicem numerorum, eadem obseruata differentia: ut inter hos numeros 8, 6, 4. nam quemadmodum octonarius, senarium binario superat: ita senarius, eodem binario quaternarium excedit. Differentiam igitur appellamus, excellum, quo maior quantitas minorem superat: uel quo minor uincitur à maiori.

Geometricæ uero proportio est, accidentium inter comparatas inuicem magnitudines rationum similitudo: uelut si dupla duplæ, aut tripla tripłæ, uel eiusmodi ratio comparetur. Ut pote, si dicamus, quemadmodum 8 ad 4, ita 6 ad 3: uel quā rationē habent 27 ad 9, eandē seruant 9 ad 3, & 3 ad unitatem. Harmonica tandem proportio est, quæ nec in differentiarum, nec in rationum similitudine consistit: sed efficitur, cum tribus oblatis terminis, quam rationem habet maximus ad minimum, eandem obseruat differentia maximi supra medium, ad differentiam mediū supra minimū. Ut inter hos uideā accidere numeros 6, 4, 3, nā quē ad modum senarius ad ternarium duplam obtinet rationem: ita & binarius differentia senarij & quaternarij, ad unitatem, quæ est ciudem quaternarij supra ternarium differentia.

Hinc facile patet, arithmeticam proportionem à geometrica: & harmonicam ab utrāq; discrepant. At quoniam geometrica proportio, sola inter ceteras peculiari nomine proportionis uenit appellanda, eadem quoq; ceteræ nup exp̄ssæ proportiones, nostro negotio parū cōferre uidentur: idcirco reliquis in p̄sentiarū cōsulto p̄termissis, de sola geometrica, p̄portione tractabimus.

PROPORTIO itaque geometrica, uel continua, aut discontinua reperitur. Continuam diximus euenire proportionem: quoties p̄positis quotlibet eiusdem generis quantitatibus, omnium antecedentium ad proximè consequentes, eadem obseruantur rationis habitudo. Ut quemadmodum se habet prima ad secundam, ita secunda ad tertiam, & tertia ad quartam, & dcinceps quantumlibet: in hunc quippe modum, ut prima antecedentis tantummodo, ultima uero consequentis, fungantur

A B C D
1 1 1 1
1 1 1 2
1 1 2 4
1 2 8 16

fungantur officio. Ut in magnitudinibus, sicut A ad B, ita B ad C, & C ad D. vel in numeris, quemadmodum se habent 8 ad 4, eodem modo & 4 ad 2, atque 2 ad unitatem: ubique enim dupla ratio continua tur. Idem iudicato de quibuscumque similibus.

Cōstat igitur continuam proportionem in tribus ad minus terminis fore constitutam. Item generē diuersa, non posse continua proportionē ligari. Adde quod continua proportionalium quantitatum æquæ multiplicia aut submultiplicia, cōtinuam pariter obseruant inter se se proportionem. Et è contra, quantitatēs quarum æquæ multiplicia aut submultiplicia continua proportionē ligantur, continua proportionalia dicenda sunt. Propositis nanc̄ rursus numeris 8, 4, 2, 1, si tripli uerbi gratia singulorum accipiantur numeri, utpote 24, 12, 6, 3, hi similiter duplam inter se rationem obtinebunt. Eadem quoque rationum similitudo seruabitur, inter submultiplices: quemad modum ex præsatis numeris elicere facile potes, per conuersam terminorum comparationem. Idem etiā iudicabis, de singulis eorumdem cōtinuè proportionaliū differēt, 9, 3, 1, rētīs, suo inuicē ordine cōparatis: uelut obiecta numerorum 18, 6, 2, / descriptio monstrat. Quam enī rationem habent 27 ad 9, & 9 ad 3, atque 3 ad 1: eam retinet 18 ad 6, atque 6 ad 2 (nam utrobic̄ tripla) atque 18, est differentia primi ad secundum, 6 autem ipsius secundi ad tertium: & 2 eiusdem tertii ad ultimum.

Secunda discontinua uero propotione geometrica dicitur: cū propositis quantuor, pluribusq; quantitatibus, prima ad secundam eam habet rationem, quam tercia ad quartam, & quinta ad sextam: & consequenter ita, pro datarum quantitatū multitudine, eo quippe modo, ut consequens primæ rationis, non fiat antecedens proximè succedētis secundæ rationis: neque similiter consequens ipsius secundæ, tertie rationis efficiatur antecedens: ut in continuis diximus euincere proportionib; sed omnes impari numero distributæ, antecedentes tamenmodo nominentur: sub pari autem cadentes ordine, cōsequentes. Ut exempli causa, sicut E magnitudo ad F magnitudinem, ita G ad H, uel in numeris, quemadmodum 12 ad 8, ita 6 ad 4: utrōbiq; enim fœlqualter ratio comparetur. Hinc sequitur, discontinua proportionem quatuor ad minus requiri terminos, atque inter quantitatēs genere diuersas indiferenter inueniri: propter cōsequentis primæ rationis, ab antecedente secundæ discontinuationem. Possumus itaque dicere, sicut E ad F, ita 6 ad 4, aut quemadmodum 12 ad 8, sic G ad H. Omnia præterea quantitatū discontinua proportionē dispositarum, æquæ multiplicia aut submultiplicia primæ & secundæ, cum æquæ multiplicib; tertiae & quartae, & reliquis si occurrant: eadem ratione proportionantur. Et uice uersa, quolibet quantitatēs quarum æquæ multiplicia primæ & secundæ, cum æquæ multiplicib; tertiae & quartae, & ceteris occurrentibus, eadem ratione fuerint proportionata: sunt inter se discontinuè proportionabiles. Quemad-

Multiplices tripli. 36 24 18 12 | modum obiecta numerorū descriptio mori discontinuae proportionati. 12 — 8 : 6 — 4 | strat: in qua prius acceptorum numerorum Subdupli. 6 4 3 2 | 12, 8, 6, 4, tripli sunt accepti, utpote 36, 24, 18, 12, subdupli autem 6, 4, 3, 2. Sicut igitur 12 ad 8, & 6 ad 4: ita 36 ad 24, & 18 ad 12, atque 6 ad 4, & 3 ad 2, & cetera.

Secunda ex prædictis omnibus, per contrariam singulorum interpretationem colligitur, quantitatū neque continua, neque discontinua proportionalium diffinitio.

Proprio geometriæ
discontinua.

Corollaria notata
dynam.

Dissimilatio quan-
titatum,

ORONTII · FINEI · DELPH.

diffinitio. Quoniam si prima quantitatū maiorem, aut minorē rationem habuerit ad secundam, quām tertia obtineat ad quartam; huicmodi comparatio, sive rationum habitudo, disproprio nominatur, & ipsæ quantitates disportionales, vel improportionales appellantur. Dispropotionalium itaq; quātitatum æquè multiplicia, aut submultiplicia primæ & secundæ, maiorem, minorēmue rationem obtinebunt, quām æquè multiplicia, vel submultiplicia tertiae & quartæ. Quodsi æquè multiplicia aut submultiplicia prime & secundæ magnitudinis maiorē, aut minorē obtineat inter se rationem, quām æquè multiplicia vel submultiplicia tertie & quartæ; inservit uerfa uice, propositas quantitates esse disportionales. Quorum exempla dare, superfluum existimamus: utpote, quæ per contrariam proportionalium habitudinem elicere possunt.

Cōditio dispropor-
tionalium.

SUPEREST tandem, pauula de proportionum speciebus, in medium ad 13 ducere; quæ nihil aliud esse uidentur, quām uaria terminorum acceptiones, inferendū modū ex continua aut discontinua proportione deduci, ad faciliorem intelligentiam quītī clementiorum Euclidis, unā cum prædictis rationum & proportionum descriptionibus, haud parum conduceat.

Permutatio ratio.

In primis itaq; sepe offert permutata ratio. Dicit autē ratio permutata, eū antecedēs primæ, cōparat ad antecedēs secundæ rationis, tanq; ad cōsequēs, & cōsequēs ipsius primæ tanquam antecedens, ad consequens eiusdem secundæ. id est, cum uterque terminus primæ rationis sit antecedens, & uterq; terminus secundæ uertitur in officium cōsequentis. Vt si A ad B fuerit sicut C ad D, ex eo inferamus, ergo sicut A ad C, ita B ad D: & ita de cæteris.

Conversatio.

Cōuersa uero ratio, est antecedētū in cōsequētia, & consequētū in antecedētia transmutatio. Vtpote, si fuerit eadem ratio A ad B, quæ C ad D: & à contraria terminorum acceptione concludamus, igitur sicut B ad A, ita D ad C. In permutata ergo, atq; conuersa ratione, tam antecedētia quām etiam consequētia, secundum substantiam manent eadem.

Conformatio-
nis aut conuersatio.

Cōuersio autē rationis, quā euersa rationē itidē nūcupamus, est cōparatio cuiuslibet antecedētis ad differētia, qua idē antecedēs suū excedit cōsequēs. Quēadmodū si dixerimus AB si A B ad B ē haber rationē, quā C D ad D: ergo A B ad A differētia, erit ueluti C D ad differētia C. Est autē A excessus B, super ipsum B: & C differētia, qua C D superat ipsum D.

Conformatio-
nis com-
pensatio.




Est & alia rationē cōparatio, qua cōposita, seu coniuncta ratio dicitur. Cōposita ratio est acceptio cuiuslibet antecedētis, unā cum consequente proprio, ad ipsum consequens. Velut si eadem sit ratio A ad B, quæ C ad D, in hunc modum intulerimus: igitur sicut A B cōposita ad B, ita C D cōposita ad D, quemadmodum obiectis A B & C D, pra literas indicant numeri.

Diuisa, seu diffi-
cēratio.


Huic cōtraria est diuisio, seu diuisa ratio. Est enī cōparatio differentiarū cuiuslibet antecedētis supra suū cōsequēs, ad ipsum consequēs. Vtpote, si tota A B ad B ē obseruet rationē, quā tota C D ad D, inferat ex eo: igitur quēadmodū A ad B, ita C ad D. patet itaq; in euersa, cōposita, atq; diuisaratione, terminos eosdē secundū substantiā minime remanere: tamet si nihil sumat extrinsecū.

Agua ratio.

Aequa tandem ratio nominatur, quoties duobus quantitatū ordinib; æquali multitudine distributis, eademque rationum proportione colligatis, prima alterutrius ordinis se habet ad eiusdem ordinis ultimā, ueluti prima reliqui ordinis ad ultimā



ad ultimam eiusdem: aut si uelis, per mediorum subtractionem, extremorum ratio eadem utr obique reperitur. Exempli gra-



tia, sint primi ordinis quantitates A,B,C, secundi ue-
rò D,E,F: sintq; A,B & D,E sesqualtera, B,C uero et
E,F, dupla, uel A,B,& E,F dupla, B,C autē atq; D,E
sesqualtera rationis habitudine proportionatae. Si

igitur A ad B, sicut D ad E, & B ad C, uelut E ad F, uel A ad B, sicut E ad F, & B ad C,
ueluti D ad E: subsumatur, ergo sicut A ad C, ita D ad F. Prædictas sex rationum
acceptio[n]es, species[us] proportionum, demonstrat Eudides quinto geometricorum
elementoru[m]: ad quem, si plura desideres, configere poteris. Hæc enim sunt princi-
paliores, & nostro suscep[to] negotio satis utcunq[ue] facientes, rationum atq[ue] propor-
tionum diffinitiones: quare de his in præsentiarum esto satis.

*De additione, atq[ue] subtractione duarum quaruncunq[ue] rationum adiuicē:
seu de productione rationis, ex duabus quibusvis rationibus generatae.* Capit. II.

NON PARVVM VIDETVR ADFERRE IVVAMEN IIS,
qui circa magnam Ptholemæi constructionem (quam uocant Alma-
gestum) scipiusculè uersantur, in promptu cognoscere: quæ nam ratio
ex duabus quibusvis oblatis, & inuicem adiunctis, mutuoue subtractis
quantitatuum rationibus componatur, potissimum quum per regulam sex propor-
tionalium magnitudinum, ab eodem Ptholemæo subtiliter excogitam, & à nobis
in proximum clarius elucidandam, operæ precium sit, easdem sex quantitatibus inui-
cem proportionales, ad quaternarium reducere numerum: & in usum illius con-
uertere regulæ, quæ tribus oblatis numeris, quartum docet inuenire proportiona-
lem, quemadmodum proximo capite, ipsam quatuor proportionalium ex primum
do regulam, signallatim manifestum esticiemus.

IN PRIMIS ITA QVÆ, generatam ex duabus quibusvis rationibus inuicem adiunctis doceamus inuenire rationem: sitq[ue] hæc generalis & semper ob-
seruanda regula. Propositis duabus quibusvis quantitatuum rationibus, in unam ra-
tionem componendis, ducito primum terminum unius, in primum alterius termi-
num: & productum facito primum terminum confurgentis inde rationis. Deinde
multiplicato secundum alterutrius terminum, per terminum secundum reliquæ: pro-
ductumq[ue] statuatur secundus eiusdem composite rationis terminus. Nā hoc modo
cōsurgere ex duabus ppositis rationē habebis: ab eo semper denominādā numero,
q[ue] ex utriusc[ep] ppositis rationē inter se multiplicitis denominatoribus cōponeat.

3 Sint primum in exemplum due rationes multiplicipes, A quidem ad B dupla, &
C ad D tripla: ex quarum compositione, resultantem cogaris habere rationem.

A . 4	—	2 . B.	Dupla.
C . 9	—	3 . D.	Tripla.
E . 36	—	6 . F.	Sextupla.

Duc igitur A in C, aut è contra: & fiat E numerus, quem
subscribito, pro primo ipsius producendæ rationis termi-
no. Deinde multiplicato B in D, uel è diuerso: & confurgat
numerus F, pro secundo eiusdem productæ rationis termino collocandus. Cōclu-
das itaq[ue], rationem A ad B, unā cum ratione C ad D: efficere rationem E ad F. At-
qui ratio A ad B dupla, C autē ad D tripla suscep[ta] est: igitur si multiplicaueris 2,
ipsius duplae rationis denominatorem, per 3 denominatorem ipsius triplæ, fient 6
denominator eiudem composite rationis, quapropter E ad F sextupla dicetur ha-
bere rationem, ex additione duplae cum tripla constitutam. Ex his facile patet, ex
duabus rationibus duplis, generari quadruplam; ex duabus autem triplis, no[n]cuplā;
ex binis uero quadruplis, sedecuplam, &c.

*Duarū rationum in
una composita, qua
liter facienda.*

*Exempli primū de
multiplicatu rationis
additione.*

ORONTII FINEI DELPH.

*Secundum exemplum
de rationibus uero
partiis latius inveni
combinandas.*

Corollarium novissimum.

*Exemplum tertium de
rationibus superparti-
tibus additione.*

Corollarium

*Demonstratio rationis
fibrationis.*

Regula generalis

*Uero etiam rationes
in multiplicibus.*

Dentur rursus in exemplū dux rationes superparticulares, utpote G ad H sese 4 qualitera, & K ad L sesquiteria. Dux igitur G in K, & fiat M: itē H in L, et cōsurgat N. Erit itaque M primus terminus, N autem secundus ipsius cōpositæ rationis M:N: quam duplā esse cōstat. si enim $1\frac{1}{3}$ de nominator sesqualteræ rationis, ducaē in $1\frac{1}{3}$ denominatoꝝ rē sesquiteria, per doctrinā undecimā numeri sexti cap. libri secundi: fient 2, à quibus dupla ratio denominatur. Hinc relinquitur euīdēs, curnam diapente cōsonantiam nātā iunctā cum diatessaron, diapason cōsonantiam (quā duplam solemus adpellare) cōponant: nā diapente in sesqualtera, diatessaron uero in sesquiteria ratione cōsistit. Colligitur etiā ex predictis, duas rationes sesqualteras, duplā sesquiquartā cōficere rationē: duas uero sesquiterias, cōponere superceptipartientem nonas.

Proponātur iterum, in maiore singulorū euidentiam, duas superpartientes inueni 5 cē addēda rationes: scilicet O ad P superbiparties tertias, & Q ad R supertriparties quartas. Doco itaqꝫ primū, O in Q, & fit s primus terminus:

deinde P in R, effici T secundus terminus cōpositæ rationis s	<i>Superbiparties tertias.</i> <i>Superbiparties quartas.</i>	<i>0.5 — 3.P</i> <i>0.7 — 4.R</i>
ad T, quae est dupla superundecupartiens duodecimas. si enī duxeris $1\frac{1}{3}$ denominatori cōsuperbipartientis tertias, in $1\frac{1}{3}$ a	<i>Dupla superundecupartiens.</i> <i>Parties duodecimas.</i>	<i>0.35 — 12.T</i>
quiibus supertripartiens quartas denominatur: prouenient 2 & $\frac{11}{12}$, quae productæ rationis denominatiōnem ostendunt. Sequitur ergo, duas superbipartientes tertias, duplā superceptipartientē nonas componere rationem, duas uero supertripartientes quartas, reddere triplā sesquisdecimam. Item ex sesqualtera cum superbipartiente tertias, duplam sesqualteram confici rationem. Atqꝫ ex sesquiteria, & superbipartiente quartas, cōsurgere duplam sesquiteria, de cæteris idē iudicato.		

Probabis etiā, quoties duæ rationes minoris æqualitatēs, aut una maioris & altera minoris æqualitatēs inūicem componuntur; semper generari rationē utrāqꝫ minorē, uelut ex preassumptis exemplis elicere haud difficile potes: uertendo primos euīshbet rationis terminos in secundos, & è contra, tam simul addendarū rationum, quām etiā carum quae ex eisdem productæ seu compositæ sunt.

SO CVM AVTEM RATIONEM A RATIONE SVBTRAHERE FVE 6 rit operāpēciū (rationē intelligas uelim, non omnem indifferēter à qualibet: sed minorē tantū à maiori) ut differētia ratio, qua major ipsam minorē uidetur excedere rationē innotescat: in hunc facito modum. Collocato minorem & subtrahēdam rationem, sub ipsa maiore, à qua uidelicet subtractione facienda est, ducito postmodū primum superioris rationis terminum, in secundū terminū inferioris & subtrahendae rationis: & productum futuræ, seu relicta, aut generata rationis facito primum terminū, ducito cōsequenter secundū eiusdem superioris rationis terminū, in primum ipsius inferioris: productumqꝫ statuatur secundus terminus eiusdem relicta seu generata rationis. Hæc autem ex huiuscmodi subtractione generata ratio, ab eo semper uenit denominanda numero, qui ex diuisione denominatoris ipsius maioris rationis, per denominatorem minoris & subtrahendæ rationis generatur.

Demus exemplū in multiplicibus: sitqꝫ A ad B ratio tripla, à qua duplā rationē, 7 quae est C ad D, subbeamur auferre. Ordinatis itaque, ueluti nunc diximus terminis, dico A in D: & fit E, primus ipsius relicta rationis terminus. Dux rursus B in C: & configit F, secundus eiusdem rationis terminus. Tandem quoniam tripla denominator est ternarius & ipsius dupla binarius: si 3 diuidantur per 2, pueniet $1\frac{1}{2}$; id est, unū et dimidii, quæ sesqualteræ rationis denominatorc ostendit. Cōcludēdū igit̄, duplā rationē à tripla subducta, relinquere sesqualterā; aut si uelis, triplam rationem ipsam duplam

<i>Septuaginta.</i>	<i>G. 3 — 2.H</i>
<i>Sesquiteria.</i>	<i>K. 4 — 3.L</i>
<i>Dupla.</i>	<i>M. 12 — 6.N</i>

<i>Septuaginta.</i>	<i>G. 3 — 2.H</i>
<i>Sesquiteria.</i>	<i>K. 4 — 3.L</i>
<i>Dupla.</i>	<i>M. 12 — 6.N</i>

<i>Septuaginta.</i>	<i>G. 3 — 2.H</i>
<i>Sesquiteria.</i>	<i>K. 4 — 3.L</i>
<i>Dupla.</i>	<i>M. 12 — 6.N</i>

<i>Septuaginta.</i>	<i>G. 3 — 2.H</i>
<i>Sesquiteria.</i>	<i>K. 4 — 3.L</i>
<i>Dupla.</i>	<i>M. 12 — 6.N</i>

8 duplā sesqualtera superare, nō aliter iudicādū de ceteris. Offerātur rursum in ex-

*Exemplū scđū de
superparticularib⁹.*

emplū duas rationes superparticulares: utpote, G ad H sesqualtera, & K ad L sesqui-

teria, ab eadē sesqualtera ratione tollenda. Repositis igit̄ suo ordine terminis, dueā in primis G in L: et fiat M. Rur-

sum H per K multiplicet: itc p̄ducit N. Aio itaq; rationē

G ad H, rationē ipsius K ad L, hoc est, sesqualtera ipsam sesquiteria, ea quae est M ad

N ratione superare: quam sesquioctaua esse, relinquitur manifestū. Quoniam si $1\frac{1}{2}$

sesqualtera denominator, per $1\frac{1}{2}$ denominatorē sesquiteria diuidat, per doctrinā

septimi capitī antecedētis secundi libri, puenient $1\frac{1}{6}$, à quibus sesquioctaua ratio

denominat, quod etiā obiectū ē literis uidetur indicare numeri. De ceteris idem,

9 At si superpartiente, à superpartiente uelis auferre rationē: non aliter operaberis.

Exempli causa, esto o ad p ratio, supertripartiens quartas: à qua ratio Q ad R super

Supertiens quartas | O. 7 | 4 P bipartiens tertias subducenda sit. Duc itaq; o in R: &

Supertiens quartas | Q. 5 | 3 R producatur s. dcinde p in Q: & fiat T. Qualē igitur ratio

Sesquioctaua | S. 21 | 20 T nem habebit s ad T, cādē ratione supertripartiens quar-

tas, hoc est, o ad p, superat superbipartientem tertias, quae est ipsius Q ad R: ea autē

erit sesquioctaua. Nā si $1\frac{1}{4}$ supertripartientis quartas denominator, diuidatur,

per $1\frac{1}{4}$ denominatorem ipsius superbipartientis tertias: fient pro quotiente $1\frac{1}{20}$,

à quibus relicta, seu generata ratio uenit denominanda. De quibuscumq; similibus

idem habeto iudicium: siue similes inter se rationes, aut superparticulares, atq; superpartientes itidem inter se, uel superparticulares aut superpartientes à sim-

plicibus, siue superparticulares à superpartientibus auferendæ proponantur.

10 Hinc sequitur, si multiplicē à ratione multiplicē, uel superparticularē à superpar-

ticulari, aut superpartientem à superpartiente, eiudem tamen denominationis sub-

duxeris: proueniare, seu generari rationem aequalitatis. Vt pote, si duplam à dupla,

sesqualteram à sesqualtera, superbipartientem tertias, à superbipartiente tertias, aut

eiusemodi rationem auferre iubearis, quemadmodum subiectæ, in maiorem om-

nium elucidationem, uidentur indicare descriptio-

Corollarium.

nes.

Notandum.

Sequitur etiam, duplā a quadrupla ratione subductā, relinquare duplā: Si uero

sesqualtera, ab ipsa dupla subducatur, generabitur sesquiteria. Itē superbipartiente

tertias, à tripla ratione sublatā, pducere superquadripartientē quintas: quēadmodū

sesquiteria, à supertripartiente quartas ablata, relinquit superquintupartiente sedes

eimas. et ita de reliquis quibuscumq; rationū combinationibus, inuicem auferendis,

11 Q V O D SI minorem & subtrahendā suprascripsis rationē, inuerso scilicet

ordine, obseruauerisq; pmissam numerorū alternatim factā multiplicationē: cōuer-

sa etiā rationis cōparatio produceſ, utpote, minoris inaequalitatis, ut quēadmodū

minor & suprascripta ratio, p̄cededit ipsam maiorem: ita primus, qui producetur

numeris, minor erit secundo. Mōstrabitur ergo solū, differentiæ ratio, qua minor

excedit à maiore: quoniam maiorem à minori subtrahere rationē, est impossibile.

Id autem facile licebit experiri, si trium p̄cedentī exemplorū, septimo, octa-

uo, & nono numeris descriptorū terminos inuerso notaueris ordine, maiorē sub-

scribēdo rationē. ex primo enī pducet subsesqualtera, ex scđo subsesquioctaua, ex

tertio uero subsesquioctaua: ueluti subscriptæ eorūdē exemplorū indicat formulæ.

Notandum.

De aurea

Dupla. C. 4 | 2. D. || Sesquiteria. K. 4 | 3. L. || Superpartiens tertias. Q. 5 | 3. R. ||

Tripla. A. 9 | 3. B. || Sesquiteria. G. 3 | 2. H. || Superpartiens quartas. 0. 7 | 4. P. ||

Sesquioctaua. F. 12 | 18 E. || Subsesquioctaua. N. 8 | 9 M. || Subsesquioctaua. T. 20 | 21. S. ||

ORONTII FINEI DELPH.

De aurea quatuor proportionalium numerorum regula.

Caput. III.

19. noni Euclidis.



EMONSTRATVR DECIMANONA PROPOSITIONE I
noni elementorū Euclidis, qualiter trībus datis numeris, quartus inue
stigerur proportionalis. Hinc orta est aurca illa, et nunquā satis laudata,
quatuor proportionalium regula, de trībus aut trīum numerorū uul
gariter adpellata: quæ quantæ cōmoditatīs existat, ijs iudicandū relinquimus, qui
aut uulgares, aut mathematicas supputationes, uel utrasq; tractare consueverunt.
Vix enim difficultas, inter proportionalēs inuenitur numeros, quæ huiuscē regulae
nō absoluē beneficio. Quatuor igitur numeris inuicē proportionalibus datis, ut quā 2
rationē p̄imū habet ad secundū, ē obseruet tertius numerus ad ipsum quartū;
Si quispiā corundē numerorū fuerit ignotus, ipsum (reliquorū admīniculo) inueni
re facile ēst, in hūc qui sequit modū. Sint dati numeri A,B,C,D, sicut quidē A ad B,
sic esto C ad ipsum D: sitq; p̄imū alter extremorū ignotus, utpote D ultimus, & in
ordine quartus. Si hunc agnoscere uelis, duc unū intermediorū nu | 8 . 12 . 10 . 15 .
merorū in reliquū, utpote B in C, uel ecōtra, et, p̄ductū diuide p̄ pri A—B . C—D .
mū, hoc est, per A, extremorū reliqui: & ipsum quartū proportionalē obtinebis.
Debent autem ipsi numeri ita proponi, uel exprimī: ut p̄imū et tertius re atq; no
mine cōueniant, secundus pariter cū acquisito quarto. Ut si A, uerbi gratia fuerit 8, B
12, C uero 10: in hunc modū quæstio formādī est. Si S dent, seu ualeant, aut produ
eāt 12, quot eiuscēmodi dabūt, producēt, aut ualebūt 10, eisdē S similes. Duc igitur
12 in 10, uel ecōtra, producentur 120: quæ si diuiseris per S, fient pro quotiente 15,
cum ipsis 12 re & nomine conuenientia, ad quem numerum 15, talem geometricā
rationem 10 habere uidentur, qualē S seruāt ad 12: utrobicq; enim subſequaltera.
Ergo si S ulna data panni, ualeant 12 francos: 10 ulna eiusdē panni ualebūt frācos
15. Aut si in S horis, data rota duodecies circumducatur: in 10 horis, eadem rota 15
circuſionēs absoluet, non aliter, de ceteris quibuscunq; ſimilibus, ſimiliterq; pro
positis, numeris iudicandum est. Sed eſto reliquus extremorū numerorū igno
tus, uidelicit A, p̄imū in ordine: sitq; proposito eundē p̄imū inuicētigare numerū. 3
Quoniam numeri inuicē proportionales, conuerſim quoq; proportionales exiſtūt:
ſicut igitur D ad C, ita B ad A. Disponantur itaq; numeri, ordine cē | 15 . 10 . 12 . 8 .
uersor: uelut obiecta descriptio monſtrat. Dein obſeruerit operan- | D—C . B—A .
di modus, qui per regulam generalem nuper expreſſus eſt, ducendo B in C, uel ecō
tra, & productū diuidēdo per ipsum D: fiet enim A numerus, qui defyderabatur.
Suppoſita nanq; p̄efata numerorū cum literis respondentia, si 12 per 10 multi
plicentur, conſurgent (uelut prius) 120: quæ diuifa per 15, dant pro quotiente S, ad
quem octonarium numerum, 12 eam rationem obſeruant, quam 15 ad 10: nam
ubique ſequaltera. Idem ergo fit, ac si numerus secundus per tertium multiplicā
retur, & productus diuideretur per ipsum ultimum, ſive quartum. sed conuer
tenda eſt in hunc modum ratio terminorum, & ita proponenda quæſtio: ut igno
tus numerus, in quartum ſemper incidat locum, & operandi uia, à p̄emissa ge
nerali non diſcedat regula.

D: ſecondus numer
us ignotus.

Qz si alter intermediorū ignoretur numerorum, utpote, ſecundus B litera inſi
gnitus, anteponenda eſt ſeconda ratio ipſi p̄imā, hoc eſt, duo posteriores numeri,
ante p̄imū laevorū ſum collocandi ſunt: ut idem ſecundus igno | 10 . 15 . 8 . 12 .
tus, quartum poſſit obtinere locū, uelut hic annotauimus. Si enim | C—D . A—B .
A ad B, ueluti C ad D (quemadmodum ſupponit regula) igitur ſicut C ad D, ita A
ad ipsum B. Qubus ita p̄eparatis, multiplicā D per A, hoc eſt, 15 per 8, uel
ē diuerso: ſicut rurſum 120. quæ diuide per C, hoc eſt, 10: & habebis 12,
in locum

4

in locū ipsius s̄ reponenda. S autem ad 12, cam rursus habent rationem, quā 10 ad 5 15: uidelicet subsequalteram. Si tandem numerus tertius defyderetur: erit & ter- Quando tertius
ignoratur numeri.
minorū, & rationum cōuersio facienda, prius quām per generalē opereris regulā. quemadmodum p̄æcedentib⁹ tertio & quarto numeris iussimus obseruari, &
12. 8. 15. 10. obiecta uidetur indicare formula. Et repetitis in maiorem sin-
B — A . D — C , gularum euidentiam, qui prius accepti sunt numeris, multiplicē-
tur D per A, & productum per B diuidatur; et proueniet C. Si enim duxeris 15 in 8,
& prouenientem inde numerum (qui rursus erit 120) diuiseris per 12: prouenient
10. Idem ergo facis, alterutro mediorum numerorum ignoto, ac si unū extremore
diceres in reliquum: & productum diuideres per cognitum numerum interme-
diū. At quemū acciderit ignorari, siue defyderari numerum: sic semper conuic-
tendī, atque proponēdi sunt ipsi cogniti numeri, ut is qui defyderatur, in ultimum
seu quartum possit incidere loeum, & per universalem regulam obtineri, quemad-
modum supra notaūmus. Ex præfato quatuor exemplorum discursu facile pa- Corollarium

ter, quām indissolubilis sit inter ipsos quatuor proportionales numeros fraternitas:
cum illorum quoquis indifferenter ignoto, is trium cognitorum adminiculo gene-
retur, sitq; non solum primum ad secundum, uelut tertius ad quartum, sed etiam
primum ad tertium eadem ratio, qua secundi ad ipsum quartum reperiatur.
6. N O T A N D V M est tamen, tibi sācta (ueluti iussimus) diuisione, aliquod super- Documentum qua-
do superest aliqd
ex diuisione.

fuerit residuum ipso diuisore minus: illud in subtiliorem reducendum esse numerū,
& prouenientē inde numerū rursus per ipsum primum fore diuidendū, idq; toties
continuandū, quoūq; nihil ex diuisione relinquit. Exempli causa, si 4 librae saccā-
ri emātur 15. duodenis, uelis autē scire quātū emātur 7 librae cūsdē fassarī: duc 15
in 7, hēc 105, quae diuide per 4, & habebis pro quotiente 26 duodenos, unitate ex
diuidēdo remanēte numero. Et quoniā unus duodenus 12 denarios valere phibet,
relatā unitatē in 12 conuerte denarios: quos rursus diuide per 4, & proueniet 3.
Cōcludas igitur, optatū numerū quartū cōtinere 26 duodenos, & tres denarios.

Ex quo rursus colligetur, ipsum numerū primum diuidendū, ex ductu secundi nu- Corollarium nota.

meri in tertium, uel ecōtra generatū, in subtiliore fore resoluēdū numerū, quoties fue-
rit ipso diuisore, hoc est, primo numero minor, ut p̄ ipsū primum diuidi facile possit.

7. Addē q; si quispiam trium cognitorū numerorū, uel ipsorum quilibet, fuerit ex Documentum pro nu-
meris ex integris et
fractionibus compo-
nitis.

integris & fractionibus compositus: facienda est cuiuslibet talium numerorum re-
ductio, ad unicū fractionis genus prius, q; incipiās operari per regulam, ca tamē
obseruatione, ut primus & tertius, eandem fortiantur denominationem. Vt pote,
si data rota in 4 diebus, & 4 horis, perficiat 5 revolutiones, uelis autem agnoscere,
quoties eadem rota in 10 diebus integris circunducatur: Resolue prius 4 dies in
horas, per caput sextum primi libri, hent horæ 96 (dies enim 24 horas compræ-
hendit) quibus addē 4 horas, consurgent horæ 100, pro primo numero. Et quoniā
oportet numerum tertium, cum ipso primo, re, atq; nomine conuenire: conuertito
pariter 10 dies in horas, eritq; 240. Dic itaq; 240, per 5, hent 120: quae diuide per
100, et habebis, p̄ quotiēte 12, optatū revolutionū numerum, & in ordine quartum.

8. **S**PHVIC REGVLAE FINEM IMPONERE MVS, NISI GALCV = Vtvis regule qua-
tuor p̄portionium
p̄takid proporcio-
nalem.

Ius astronomicus eandē regulā passim uidere exoptare, potissimum in partū, ppor-
tionalū inuentione: quā p̄ uulgatā illā, et p̄missā antecedētī proximo lib. proportionis
tabulā expeditius multo, imo citius ferē dictō inuenire seu uenari doccebimus.

Cōtingit itaq; tabulas astronomicas lateraliter, uel areatim ingredi (quēadmodū Inuentionis pro-
portionis, per la-
terale ingrediens
tabulas.

septimo numero, quarti capitū, libri tertij annotauimus) et neutro plerūq; cōgref-
si, p̄positi integrē reperiunt numeri: unde, p̄portionādē sunt numerorū differētia,

ORONTII FINEI DELPH.

Arealis quidem, si lateraliter ingrediaris: tunc enim querenda est pars proportionalis differentiae ipsorum arealium numerorum, inter quos defuderatus proxime comprehenditur numerus, secundum rationem minutorum lateralibus gradibus adiacentibus, ad 60 minuta unius gradus debita. Sint in exemplu 24 secunda, quo rum proportionatam uelis habere partem, in ea ratione, qua se habet 55 minuta ad 60. Inuenias itaque primum 24 secunda, ad uerticem secundae paginae ipsius tabule proportionalis, ipsa uero 55 minuta in levo & extremali lateri: offendes enim in angulo communis 22.0, id est, 22 secunda tantummodo (nam minuta ducta in secunda faciunt tertia: cuiusmodi denominationem dexter in area repertus obtinet numerus, & sinister proximo grossiore) igitur 22 secunda quartum efficiet numerum: ad quem 24 secunda eam rationem habet, quam 60 minuta, ad minuta 55. de ceteris idem.

*Eripit ex uerbo
numerorum secundorum
tum 55.*

Si autem libuerit, ad maiorem omnium expressionem, inuestigare partem proportionalis 20 secundorum & 30 tertiorum, in ea ratione qua se habent 35 minuta ad 60: accipe 20 secunda, ad uerticem paginæ secundæ p̄memoratae tabulae proportionalis, & in lateralib⁹ & sinistro numerorum ordine 35 minuta, & offendes ad communem utriusque angulus 11 secunda, & 40 tertia. Sumito rursum in eodem capite ipsius secundæ paginæ 30 tertia, et ad eundem sinistrum & extremalem numerorum ordinem praefata 35 minuta: coperies enim in angulo communis 17 tertia, et 30 | Secunda. Tertia. Quarta.
11—40
17---30.
11 . 57 . 30.
quarra, haec si more solito prius inuenitis 11 secundis, & 40 tertiosis adiunxeris: cōsurgit 11 secunda, 57 tertia, & 30 quarta. ad q.p. portionatam rationem habet 20 secunda, et 30 tertia: ut minuta 60, ad prefata 35 minuta.

*Fragilis secunda
tertia numerorum
tertia.*

At si forsitan cum eisdem 35 minutis, adhaerent secunda, utpote 40: intrabis primum lateraliter ipsam tabulam proportionalem, cum 20 secundis, & 35 minutis. postmodum cum eisdem 35 minutis, & 30 tertiosis, ut nuper obsernaisti: & colliguntur praefata 11 secunda, 57 tertia, & 30 quarta. Quibus absolutis, intrabis rursum lateraliter cum 20 secundis, ad caput ipsius paginæ secundæ occurrentibus, & praefatis 40 secundis, in sinistro & descendenti lateralium seceffertenibus ordine: nam in areali cōcursu reperies 12 tertia, & 20 quarta (dexter enim numerus, ut semel repetitū sit, illius semper est denominationis, quam lateralium cōiuncti denominatores efficiunt) Intra postmodum lateraliter cum 30 tertiosis, in ipsius paginæ secundæ frōtispicio repertis, & eisdem 40 secundis, in eodem sinistro latere cōcurrentibus: et ad communem utriusque concursum offendes 20.0, id est, 20 tantummodo quarta. Haec autem omnia, si una cum prius inuenitis 11 secundis, 57 tertiosis, & 30 quartis, in unam collegoris summam resultabunt 12 | Secunda. Tertia. Quarta.
11 . 57 . 30.
13---20.
12 . 11 . 10.
secunda, 11 tercia, & 10 quarta, optatus proportionalis numerus. Ad quem ita collectum numerum, 20 secunda, & 30 tercia, candem habent rationem: quam 60 minuta, ad 35 minuta, & 40 secunda.

*Inueniens partem pro
proportionali secundis
et 30 tertiosis.*

*Ouid numerorum
diff rentia.*

*Exemplum ratio
que invenire possit
numerorum si simplex.*

SC V M A V T E M A R E A T I M aliquam intraueris tabulam, & praeſicos non offendens numeros: tunc accipienda est pars proportionalis de 60 minutis, unius gradus lateralium numerorum respondentibus, in ea quippe ratione, qua se habet differentia ipsius oblati, & proxime minoris numeri arealis, ad differentiam duorum arealium numerorum, datum proxime includentium numerum, hoc est, ad differentiam proxime maioris, atque proxime minoris numeri. Vocamus autem differentiam, residuum numerum, qui subtracto minori à proxime maiori numero relinquitur: sive is fuerit graduum, aut minutorum tantummodo, vel minutorum & secundorum, ex solisue secundis, aut tertiosis, vel aliter integratus.

Dentur in exemplum praefata 60 minuta, quorum proportionatam iubearis inuenire partem: in ea quidem ratione, quam habent 12 minuta, ad minuta 45.

Igitur

Igitur 45 primus erit numerus, 12 secundus, tertius autem 60. Accipias itaque primum 45 ad uerticem tertiae paginae ipsius tabulae proportionalis: sub quibus in eadem columna inuestigato 12, arcatum intrando. Quibus ad lœvum ipsius columnæ ordinem, hoc modo se se offrentibus 12, o: occurret tibi ad latus sinistrum eiusdem paginae (modo recta perambulaueris linea) 16, quæ minuta dicetur, eandem habentia rationem ad 60, quam 12 ad 45 minuta. Idem igitur habes (sed leuiorí multo, ac expeditiori calculo) ac si multiplicares 60 minuta per 12, & producsum, utpote, 720 secunda, diuideres per minuta 45, semper enim restituentur pro

14 quociente 16 minuta. Esto rursum propositum inuenire partem proportionalem de 60 minutis, in ea ratione qua se habent 15 minuta, & 24 secunda, ad minuta 28.

*Allud exemplum alio
modo numero mixto,
sed reperiibile ex
fonte.*

Inuentis ergo 28, ad caput secundæ paginae ipsius tabulae proportionalis: sub ipsis 28 rectissimè descendente, offendes tandem 15, 24 præcisè, a quibus, ad sinistrum et extremum numerorum ordinem, si recto pueris tramite, occurret tibi 33 minuta, ad quæ 60 eaudem rationem obseruat, quam 28 minuta ad minuta 15, & secunda 24.

15 Sint itē, maioris euidentia causa, binæ numerorum differentiae, utpote, maior 35 minorū, minor uero 18, & secundorū 54: placeat autem inuestigare similem partem de 60 minutis, prout se habet 18 minuta, & 54 secunda, ad ipsa 35 minuta. Occurrētibus itaq; 35 minutis in strictissimo tertiae paginae expositæ tabulae proportionalis, sub eisdē recta discedēdo linea, nō potes adæquatè reperire 18, 54: accipies igitur numerū proximò minorē, utpote, 18, 40, è quorū lœua & extrema regione, uidebis 32 minuta. Quibus obseruat, aufer 18 minuta, & 40 secunda, à p̄fatis 18 minutis & 54 secundis: & reliqua differētia, crit 14 secundorū. His 14 secundis rursus sub prefatis 35 minutis p̄cise repertis: offendes lœuorum, in descendente lateralium numerorum ordine 24, quæ secunda uenient adpellanda. quibus si 32 minuta solito more cōiunxeris: resultabunt 32 minuta, & 24 secunda, pro defterato proportionali numero. Sunt igit̄ ipsa 32 minuta, & 24 secunda, tota pars de minutis 60: quota pars sunt 18 minuta, et 54 secunda, de 35 minutis.

*Exemplum quando
altera differentia
nō uaria est, neque
sunt præcisè reper-
ribiles numeri.*

Operæprecium tandem sit, p̄portionatā assūmere partē de 60 minutis: iuxta rationē, quam habent 15 minuta, & 30 secunda, ad minuta 20, & secunda 40. Tametsi 20, & 40, in transuerso capitaliū numerorū ordine reperiatur: nō tamē eodē intuitu, uel in eadē facie utrūq; cōspicere facile est (quod ad faciliorē requiritur operationē) idcirco p̄fatos numeros 20, & 40, in lœuo & extremali descendētium latere curabis inuentos, congruentis ad hoc paginae: à quibus dextram uersus recta procedas uia, donec in eadem columnā occurrant tibi numeri, qui iuncto dextro supræmi cum sinistro in simili, compōnant 15, 30, id est, 15 minuta, & 30 secunda. In tercia itaque pagina præmemoratae tabulae proportionalis, è dextra regione ipsorum 20, offendes inter areales numeros 15, o: è recta autem regione ipsorum 40, sub eisdem 15, o: se se offeret 30, o: qui quidem numeri, nuper expresso modo coniuncti, faciunt minuta 15, & 30 secunda. Vnde si ad uerticem eiusdem columnæ, in qua p̄fatos numeros 15, o: & 30, o: reperiisti, oculos direxeris: uidebis 45 minuta, cum quem obtabas numerum, eiusdem quippe rationis ad 60 minuta comparatus, cuiusmodi sunt 15 minuta, & 30 secunda, respectu 20 minutorum, & 40 secundorum. Idem facito de cæteris.

*Exemplum cū utra
que numerorum diffe-
rencia mixta est.*

17 Ex his facile colligitur, tabulam proportionalem intrādam esse lateraliter: quoties ipsæ tabulae, quibus eadem proportionalis tabula, ad reperiendā partē proportionalem suffragatur, laterali practicātur ingressu. Qz si p̄fatae tabulae arcatum ingrediantur: & ipsa quoq; proportionalis tabula, arcatum intranda est. Addē q̄ per lateralem ingressum in ipsam tabulam proportionalem, multiplicantur solū modo numeri, absque producti diuisione, per arcalem uero introitum diuiduntur,

*Corollaria notata
figura.*


ORONTII FINEI DELPH.

nulla præcedente multiplicatione. Adeò ut productus ex ductu tertij in secundum numerus, non sit rursus per 60 dividendus; neç secundus per tertium, uel è cōtra multiplicandus prius, quam productum dividatur per 60. Horum uidetur esse ratio, quoniam dum lateraliter ingreditur, 60 primus est numerus, & ideo divisor, per conditionem ipsius régule: dum autem arcatum intratur, ipse numerus 60 est in ordine tertius. Suppletur itaque diuisio, in ingressu lateralí, & in areali multiplicatio: per solam numerorum transpositionem. Quoniam multiplicare per 60 (intelligo semper de fractionibus astronomicis) est oblatos numeros, in proxima de nominationis genus leviorum transmutare: utpote, minuta in gradus, secunda in minuta, tercia consequēter in secunda, &c. Diuidere autem per 60, est ipsos numeros, ad proximè subtiliorem denominationē sigillatim traducere: uidelicet gradus in minuta, minuta in secunda, & secunda in tercia, &c. Solum igitur considerandæ sunt, uel lateralium, uel arealium numerorum denominations: quemadmodum quarto, & quinto capitibus libri tertij, sufficienter admonuimus. Nec mīcris oportet, si primus aut secundus numerus, sit plarūneç minutorum, tertius autem, uel inuenitus quartus secundorum, alteriusue generis: quoniam minuta nihil aliud sunt, quam secunda per sexagenarium collecta numerum, ipsa uero secunda minuta uidetur esse disgregata. De ceteris respondentier iudicandum est. Est igitur virtualis nominationis obseruata respondentia. Reducendi tamen essent numeri (ueluti supra docuimus) ad unicam nominationem, utpote, primus cum tertio, uel secundus cum acquisito quarto: si per uulgarū usum regulæ quatuor, pportionalium, nō autē per ipsam tabulā, pportionalē, in talibus continget operari.

De regula sex quantitatum inuicem proportionalium, eiusq; differentijs
& uia multiplici. Caput. III.



NVILLA INTER RATIONALES QVANTITATES PRAEstantior inuenitur regula, præcipuè quæ ad ea leſtium motuum inuestigationem tātē uideatur esse commodatissimæ: cuiusmodi est ea, quam sex proportionalium quantitatum adpellare solemus, ab ipso Ptolemeo primum excogitata. Demonstrauit itaque Ptolemaeus (ut rem paucis attinamus) capite duodecimo libri primi sue magnæ constructionis (quam uocant allagestum) si due linea rectæ, cuiusmodi sunt A B, & A C, ex eodem puncto A demittantur, datum comprehendentes angulum qui B A C, & à reliquo earundem linearum terminis, utpote, B & C, duæ aliae rectæ lineæ B D, & C E, in eisdem lineas alternatim reflectantur, in eodem seſe intersecantes pūcto, scilicet F: quod ratio B A, ad A E, componitur ex duabus rationibus, utpote, ratione B D, ad D F, & ratione F C, ad C E. Itē quod ratio B E, ad E A, ex duabus itidem rationibus integratur: ex ratione quidem B F, ad F D, & ratione D C ad C A. Quemadmodum nona, atque decima propositione primi libri Epithomatis Ioannis Regio montani, in prefatam ipsius Ptolemai constructionem, geometrico discurſu facile deducitur. Hinc orta est illa sex pportionaliū quātitatiū regula. Ex p̄fata nāc Ptolemai demonstratione relinquit cūdēs, dabilis esse sex q̄ntitates inuicem ita pportionalias: ut ratio primæ ad secundā, cōposita sit ex rationibus tertiarum ad quartā, & quintā ad sextā. Porro ex hac præostensa rationis cōpositione, 17 utiles generantur.



Ptolemaei demonstratio
fi. 119.

I. Regiomontanus.

Reg. de sex quan-
titatibus.

neratur rationum cōpositiones: quae unā cū ipsa radice, sunt numero 18. Ptolemyus autem duabus tantummodo, et præallegato loco demonstratis rationum compositiōnibus, contentus fuit: utpote, quæ suo negocio videbantur facere satis. Volumus itaq; cæteras rationum cōbinationes, modosque possibiles, inter quascunq; sex quantitates, eo quo nūc diximus modo proportionatas accidētes, signatim ap̄cīre: quo ipsa clarius cluēscat regula, & in eorum gratiam, quibus usus eiusdem regulæ sex proportionalium quantitatū, continget esse necessarius.

- 2 **SODATIS Igitur sex quantitatibus** (vt ab ipso primo, & radicali modo sumamus exordium) quarum ratio primæ ad secundam, cōposita sit ex rationibus tertiarum ad quartam, & quintarum ad sextam: Ex eo primū inservit secundus modus, utpote, quod eadem ratio primæ quantitatis ad secundam, ex ratione tertiarum ad sextam, atq; ratione quintarum ad quartam itidem generatur. Suscipiantur cūm, ad maiorem singulorum evidentiam, sex numeri ita se habentes inuicem, ueluti prima & radicalis nuper allegatae rationis cōpositio presupponit: sicutq; huiusmodi.

Primus, Secundus Tertius, Quartus, Quintus, Sextus.

1 , 2 , 3 , 4 , 6 , 9 .



licet ad 9, subsequalteram. Atqui ex ratione subsequalteria, una cum subsequaltera, subdupla ratio consurgit: quemadmodum ex secundo capite huius libri, & obiecta numerorum descriptione facile manifestatur. Tertius rursim ad sextum,

hoc est, 3 ad 9, subtriplam: quintus autem ad quartum, 6 uidelicet ad 4, sequalteram uideatur habere rationē. Subtripla uero, & sequaltera, subdupla similiter rationem constituunt: ueluti secunda numerorum formula monstrat. Vtrobique enim consurgit numerus 18, ad 36 numerum comparatus.

- 3 **TERTIO** autem modo, ratio primæ quantitatis ad tertiarum, ex ratione secundarum ad quartarum, & ratione quintarum ad sextarum cōponitur. Ex præmissis nāc sex numeris clarum est, primum ad tertium, hoc est, 1 ad 3, subtriplam obtinere rationem, secundum autem ad quartum, subdupla: & quinti ad sextum, subsequalteram ratio compertitur. Quod si per doctrinam antecedentis secundi capituli, subdupla & subsequalteram in unā cōposueris rationē, consurget subtripla: quemadmodum propria numerorum uideatur indicare descriptio.

- 4 **QVARTO**, ratio eiusdem primæ quantitatis ad ipsam tertiam, ex binis rursum integratur rationibus: ipsius nempe secundarum ad sextam, & ratione quintarum ad quartarum. Secundus enim numerus ad sextum, 2 uidelicet ad 9, subquadruplam sequalteram: quintus autem ad quartum, id est, 6 ad 4, sequalteram rationem obseruat, quæ quidem duas rationes, iterum subtriplam rationem constituit: ut ex obiecta numerorum descriptiuncula patet.

- 5 **QVINTO** uero modo, ratio primæ quantitatis ad quintam, resultat ex compositione rationis eiusdem secundarum ad sextam, & ipsius tertiarum ad quartarum.

Primus namq; numerus, scilicet 1, ad quintum: utpote 6, rationem habet subsextuplam. Porro inter 2 & 9, id est, secundum & sextum numerum, subquadruplam sequalteram: inter uero tertium & quartum, hoc est, 3 ad 4, subsequalteram:

F 5 tertiam

Primus & secundus modus de rationum cōpositione inter sex proportiones les quantitates.

Sex numeri proportionales.

Probatio secundi modi.

Modus quartus.

Modus quintus.

ORONTII FINEI DELPH.

tertiam constat inveniri rationem. Ipsa uero subsexupla, ex eadem subquadrupla sesqualtera, & subsesquitertia ratione eßatur: quoniam 2 in 3 faciunt 6, ex ductu autem 9 in 4, eß surgunt 36, subsexuplam ad 6 obtinentia rationem: uelut haec indicat formula.

Modus sextus.

S E X T O. ratio eiusdem primae quantitatis ad ipsam quintam, constituitur pariter ex ratione secundae quantitatis ad quartam, & tertiae ad ipsam sextam. Secundus enim numerus ad quartum, subduplam: tertius autem ad sextum, subtripla rationem obseruat, quæ quidem rationes simul iunctæ, præstatam rationem subsexuplam (quæ inter eundem primum & quintum offenditur numerū) rursum integrare uidetur: quemadmodum obiecta numerorum descriptio monstrat.

Modus septimus.

S E P T I M O. autem compositionis modo fit, ut ratio secundæ quantitatis ad quartam, resultet ex binis rationibus, primæ quidem ad tertiam, & sextæ ad quintam. Constat enim inter præassumptos numeros, 2 ad 4 subduplam obtinere rationem. I autem ad 3, hoc est, primus ad tertium numerū, subtripla: 8 ad 9 ad 6, sextus uidelicet ad quintum, sesqualteram rationem habere uidetur, quæ quidem binæ rationes debito more coniunctæ, subduplam efficiunt: uelut calculus ipse manifestat.

Modus octauus.

O C T A V O. sequitur rationem eiusdem secundæ quantitatis ad eandem quartam, generari ex ratione primæ ad quintam, atque ratione ipsius sextæ ad tertiam.

Claram est 1 ad 6, id est, primum ad quintum numerum, subsexupla habere rationem: 9 autem ad 3, utpote sextus ad tertium, triplam. Hæc porrò simul iunctæ rationes, cōponunt rursum subduplam: qualis inter secundum & quartum, 2 scilicet ad 4 reperitur.

Modus nonius.

N O N O. subsequitur modo, quod ratio præmemorata secundæ quantitatis ad sextam, generatur ex rationibus primæ ad tertiam, & quartæ ad quintam. Nam ex prefatis numeris facile colligitur, eundem secundum numerum ad sextum, hoc est, 2 ad 9, subquadrupla sesqualteram obseruare rationem, I autem ad 3, primus uidelicet ad tertium numerum, subtriplam: 4 rursum ad 6, id est, quartus ad ipsum quintum, subsesqualteram rationem obseruant. Atqui subtripla & subsesqualtera, eandem rationem subquadruplam sesqualteram euidentissime compонunt.

Modus decimus.

D E C I M O. relinquitur euidenter, eandem secundam quantitatatem ad sextam, rationem habere similiter compositam ex ratione primæ ad quintam, & quartæ ad ipsam tertiam. Primus enim datorum numerorum ad quintum, I uidelicet ad 6, subsexupla: quartus autem ad tertium, sesquitertia uidetur obtinere rationem. Quis si subsexuplam unam cum sesquitertia ratione iunxeris, resulabit præfata ratio subquadrupla sesqualtera: quam 2 ad 9, hoc est, primum ad sextum diximus habere numerum.

Modus undevigesimus.

V N D E C I M O. ratio tertiae quantitatis ad quartam, generatur ex ratione primæ ad secundam, & ratione sextæ ad ipsam quintam. Ex eisdem nanque numeris fit manifestum, tertium ad ipsum quartum, 3 uidelicet ad 4, subsesquitertia obseruare rationem. Primus autem ad secundum, hoc est, I ad 2, subduplam: atque sextus ad quintum, utpote, 9 ad 6, sesqualteram rationem obtinet. Subdupla uero & sesqualtera, eandem subsesquitertiæ rationem constituant: uelut adiuncta te docebit formula.

Modus duodecimus.

D V O D E C I M O. consequenter elicetur modo, eandem rationem ipsius tertiae quantitatis ad quartam, ex ratione primæ ad quintam, et sextæ ad secundam uidetur integrari.

integrari. Subsexupla nanque ratio, quæ inter primuni & quintum numeri, hoc est, i ad 6, offenditur, una cum ratione quadruplica sesqualtera, quam habet sextus

Subsexupla.	$\begin{array}{r} 1 \\ \hline 6 \end{array}$
Quadruplica sesqualtera.	$\begin{array}{r} 9 \\ \hline 2 \end{array}$
Subsesquiteria.	$\begin{array}{r} 9 \\ \hline 12 \end{array}$

 numerus ad secundum, utpote, 9 ad 2, saepius expresso more coniunctæ: restituunt præfatam rationem subsesquiteriam, inter ipsum tertium, & quartum accidentem numerum.

- 13 DECIMOTERTIO manifestatur, quod ratio eiusdem tertiae quantitatis ad sextam, ex binis quoq; rationibus colligitur: ex ratione quidem prima ad secundam, & quartæ ad quintam. Id autem ex prius datis ostenditur numeris. 3 enim ad 9, hoc est, tertius ad sextum numerum, subtriplem rationem obseruat. porrò inter

Subdupla.	$\begin{array}{r} 1 \\ \hline 2 \end{array}$
Sesquiteria.	$\begin{array}{r} 4 \\ \hline 6 \end{array}$
Subsesquiteria.	$\begin{array}{r} 1 \\ \hline 4 \end{array}$

 primum & secundum, subdupla: quarti autem ad quintum numerum subsesqualtera offenditur ratio. Itaq; si subdupla, & subsesqualtera simul adiunxeris, subtripla ratio cōsurget.

- 14 DECIMO QVARTO consequitur ordine, tandem rationem tertiae quantitatis ad sextam, ex ratione primæ ad quintam, atque ratione quartæ ad secundam rursum generari. Primum enim numerus ad quintum, hoc est, i ad 6, subsexuplam: quartus uero ad secundum, utpote, 4 ad 2, duplam uidetur habere rationem.

Subsexupla.	$\begin{array}{r} 1 \\ \hline 6 \end{array}$
Dupla.	$\begin{array}{r} 4 \\ \hline 2 \end{array}$
Subsesquiteria.	$\begin{array}{r} 4 \\ \hline 12 \end{array}$

 Quæ quidem simul iunctæ rationes, subtriplem ita dem conficiunt rationem; quæ inter ipsum tertium & quartum reperitur numerum. Hæc autem omnia. ex præsenti numerorum indicantur supputatione.

- 15 DECIMO QVINTO, Ratio quartæ quantitatis ad succedentem quintam, Modus quindecim. consurgit ex ratione secundæ ad primam, & ratione tertiae ad sextam quantitatē. Ex datis enim sex proportionalibus numeris clarum est, ipsum quartum ad quintum numerum, 4 uidelicet ad 6, subsesqualteram habere rationem.

At secundus ad primum, 2 quidem ad 1, duplam: tertius autem ad sextum, hoc est

Dupla.	$\begin{array}{r} 2 \\ \hline 1 \end{array}$
Subtripla.	$\begin{array}{r} 3 \\ \hline 0 \end{array}$
Subsesquiteria.	$\begin{array}{r} 1 \\ \hline 0 \end{array}$

 3 ad 6, subtriplam rationem obseruat. Quod si duplam & subtriplam simul addideris, conflabitur subsesqualtera: ut ex obiecta licet uidere formula.

- 16 DECIMOSEXTO subsequitur, quod eadem ratio quartæ ad quintam, componit itidem ex ratione secundæ quantitatatis ad sextam, & tertiae ratione ad ipsam primam. Quod ita per eosdem elucescit numeros, quoniam secundum ad sextum numerum, hoc est, 2 ad 9, subquadrupla sesqualteram: tertium uero ad primum, scilicet ad 1, triplam constat obtinere rationem. Subquadupla sesqualtera, $\begin{array}{r} 2 \\ \hline 9 \end{array}$ tripla, $\begin{array}{r} 3 \\ \hline 1 \end{array}$ quadrupla autem sesqualtera, una cum tripla, subsesquitera rationem integrare uidetur: qualis inter quartum & quintum, hoc est, 4 & 6, offenditur numerum.

- 17 DECIMO AVTEM SEPTIMO necessum est euenire modo, ut quinta ad sextam quantitatatem, rationem habeat compositam, ex rationibus primæ ad secundam, & quartæ ad ipsam tertiam. Quoniam 6 ad 9, quintus uidelicet ad sextum numerum, subsesquiteram habere rationem crebro diximus. Hæc autem conficitur ex dupla, quæ est inter primum & secundum: & sesquiteria, quam obseruat quartus numerus ad tertium. Si nanque duxeris 1 in 4, fieri 4: ex

Subdupla.	$\begin{array}{r} 1 \\ \hline 2 \end{array}$
Sesquiteria.	$\begin{array}{r} 4 \\ \hline 3 \end{array}$
Subsesquiteria.	$\begin{array}{r} 4 \\ \hline 6 \end{array}$

 ductu uero 2 in 3, peruenient 6. porrò 4 ad 6, subsesquiteria ratione ligatur.

- 18 VLTIMO, & in ordine decimo octauo licet inferre modo, præfatam rationem quinta ad sextam quantitatem, ex ratione primæ ad tertiam, atque ratione quartæ ad secundam tandem integrari. Nam (ut eisdem semper utamur numeris) 1 ad 3, subtriplam: 4 autem ad 2, duplam rationem habet. Ex ratione autem subtripla, una cum

ORONTII FINEI DELPH.

cum ipsa ratione dupla, eadem subsequalter ratio generatur: quam inter 6 & 9, hoc est, quintum & sextum praedicimus accidere numerum. Idem iudicato de quibuscumque sex numeris inuicem ita proportionatis, ut primus & à Ptholemaeo demonstratus modus ostendit: necnon de continuis etiam quibuscumque magnitudinibus, similem inter sece rationum obseruantibus compositionem.

Dicitur in aliis modis **S** PRAETER HOS IS MODOS UTILES. QVIBVS INTER 19 quascumque sex inuicem proportionatas quantitates, ratio duarū primarum ex binis rationibus reliquarum quatuor generatur, alios offendere est impossibile. Ceterae enim rationū combinationes inter præassumptos numeros reperibiles, utpote, ratio primi ad quartum, ciusdemē primi ad sextum, item secundi ad tertium uel ad quintum, necnon ratio tertij ad quintum, & quarti ad sextum (non sunt autem plures numero) eandem legem seu regulæ conditionem minime possunt obseruare; ut à duabus quibuscumque ceterorum quatuor numerorum rationibus complicantur. Quemadmodum tu ipse, per eorumdem numerorum discursum, auxilio præcedentis secundi capituli experiri facile potes.

De his elementis in libro primo expedito uero comprehensione deinceps. **C**ONGRVM itaq; duximus in maio rem singulorum elucidationē, eisdē is modos sigillatim nuper expressos, per assumplos numeros proportionales, utpote 1, 2, 3, 4, 5, 9, in succendentem perstringere tabellā. In qua quidem tabella, singulos eo modo locamus, & in suum ordinē reposuimus numeros, prout ipsa regula, uel rationū videatur optare compositio.

Tabula modorum declaratio. In prima itaq; & leua ipsius tabellæ columnula, prīmi locatur numeri ad numeros secundæ columnula sigillatim referendis: quorum ratio, ex ratione numerorum tertie columnæ ad numeros quartæ, atq; ratione numerorum succendentis quintæ columnæ ad numeros sextæ componitur. Adeo ut facile pateat, qui numeri inter eosdem sex proportionales fungantur officio primi, quive secundi, aut tertii, siue quarti, uel quinti, aut deniq; sexti. Inserti quoq; sunt numeri, quorum ratio nullam patitur aliorum rationis combinationem. Sed hæc plus, quam satis: quoniam ipsa tabella primo intuitu per se sit adeo manifesta, ut ampliori non uideatur indigere declaratione.

Praefata regula **R**ELIQVM EST ICITVR, usum eiusdem regulæ sex proportionalium elucidare quantitatū: ut is facilior pateat aditus, qui circa magnam ipsius Ptholemai constructionem, aliaue similia versantur opera.

Datis igitur quibuscumque sex numeris inuicem ita proportionatis, ut ratio duorum oblatorum, compotia sit ex binis rationibus ceterorum quatuor: si quispiam eorumdem sex numerorum fuerit ignotus, per aliorum cognitionem in hunc modū poterit inueniri.

Quotientia.	1 — 3
Duplicata.	4 — 2
Subsequalter.	4 — 6

T A B U L A I S M O D O R V M
possibilium, quibus inter 6, proportionales numeros, ratio duorum primorum exhibitis rationibus reliquorum quatuor integratur.

	Ordinemonitorum.	
Modi combinationes utilites.	1 2 3 4 5 6 7 8 9	Modi utilites.
Primum modus.	1 2 3 4 6 9	
Secundus.	1 2 3 9 6 4	
Tertius.	1 3 2 4 6 9	
Quartus.	1 3 2 9 6 4	
	1 2 1 0 0 0 0 0	Primus
Quintus.	1 6 2 9 3 4	
Sextus.	1 6 2 4 3 9	
	1 0 0 0 0 0 0	Secundus
	2 3 0 0 0 0 0	Teritus
Septimus.	2 4 1 3 0 6	
Octauus.	2 1 1 6 0 3	
	2 0 0 0 0 0 0	Quatuor
Nono.	2 0 1 3 4 6	
Decimus.	2 9 1 6 4 3	
Vindeximus.	3 4 1 2 0 6	
Duodecimus.	3 4 1 6 9 2	
	3 6 0 0 0 0 0	
Decimus tertius.	3 0 1 2 4 6	Octauus.
Decimus quartus.	3 0 1 6 4 2	
Decimus quintus.	4 6 2 1 3 9	
Decimus sextus.	4 0 2 0 3 1	
	4 0 0 0 0 0 0	Sextus
Decimus septimus.	6 0 1 2 4 3	
Decimus octauus.	6 0 1 3 4 2	

- 22 Sit primum sextus numerus ignotus, duc itaque secundum in tertium, & productum diuide per primum: quotientem rursum ex divisione numerum, duc in quintum, productumque diuide per quartum, & habebis eundem sextum numerum.
Modus inveniendi
sexum numerum
ignotum.
- Resumantur in exemplum prius assumpti sex numeri proportionales, iuxta primum modum distributi, scilicet 1, 2, 3, 4, 6, 9: sitque 9 desideratus numerus. Duc igitur 2 in 3, sicut 6: quae diuide per 1, redibit iterum 6. hanc rursum ducito in 6, quintum scilicet numerum, consurgent 36: quae diuisa per 4, dant pro quotiente 9.
Exemplum.
- 23 Si autem quintus ignoretur: duc primum in quartum, & productum diuide per tertium, quod ex hac tandem divisione procreatur, duc iterum in sextum numerum, & productum diuide per secundum: & quintum obtinebis numerum.
Quando quintus
ignoretur numerus
regula.
- Exempli causa, ignoretur numerus 6. Duc itaque 1 in 4, fiunt tantummodo 4: Exemplum.
 quae diuide per 3, prouenient 1 & $\frac{1}{3}$. hanc rursum multiplicata per 9, consurget 12:
 quae diuisa per 2, generant 6, numerum qui desiderabatur.
- 24 At si quartus fuerit nicognitus numerus; ducendus est secundus in tertium, & productum diuidendum per primum. quotiens inde numerus per quintum multiplicandus est, & resultans diuidendus per ipsum numerum sextum.
Ars inveniendi
quartum numerum.
- Vt pote, sit 4 incognitus numerus, duces ergo 2 in 3, sicut 6: quae diuides per 1, manebunt 6 (quoniam unitas, neque in multiplicatione, neque in divisione auget numerum) hanc per quintum, hoc est 6, multiplicabis numerum, consurgent 36:
 quae si diuiseris per 9, habebis pro quotiente & optato numero 4.
Exemplum.
- 25 Verum si tertius ignotus sit: hunc ita curabis inuentum. duc primum in quartum numerum, productumque diuide per secundum, eum autem qui ex huic modo partitione nascetur numerus, duc rursum in sextum: & prouenientem inde numerum diuide per quintum. Ignoretur enim tertius, ut pote 3. Doco igitur 1 in 4, fiunt solummodo 4: quae diuido per 2, & 2 itidem generantur. hanc iterum multiplicato per 9, cōsurgunt 18: quae tandem diuisa per 6, dāt 3 pro quotiente & prius ignoto numero.
Inuentio tertii
numeris ignotis.
- 26 Quod si desideretur secundus numerus, ita facito, duc primum in quartum, & productum inde numerum partire per tertium: prouenientem rursum numerum ducito in sextum, productumque diuidito per quintum, & habebis secundum.
De secundo numero etiam ignoto.
- Ex praēassumptis nanque sex numeris, 2 est secundus: quem si per alios uelis inuenire, in hunc procedito modum. Ducatur 1 in 4, fiunt solum 4: quae diuide per 3, nascetur 1 & $\frac{1}{3}$. ducito rursum 1 & $\frac{1}{3}$ in 9, resultabunt 12: hanc diuisa per 6, generant 2, optatum numerum secundum.
Exemplum.
- 27 Tandem si primus ignotus fuerit numerus, is ita per alios colligatur. Multiplicetur secundus per tertium, & productus per quartum diuidatur: generatus inde numerus per quintum rursum multiplicetur, productusque numerus diuidatur per ipsū sextum, relinquetur enim primus,
Quod illeris primus
nummerus obtineatur.
- Duc itaque (ne à praēassumptis discedamus numeris) 2 in 3, sicut 6: quae diuisa per 4, dāt 1 & $\frac{1}{4}$. hanc rursum multiplicata per 6, producunt 9: quae per 9, hoc est, sextum diuisa numerum, restituunt 1, primum & desideratum inter acceptos proportionales numerum.
Exemplum.
- 28 Eosdem quoque numeros, per aliquem ceterorum 17 modorum praecedentium ordinatos, haud dissimili via curabis inuentos; nec non datos quoscunque sex numeros, simili rationum proportione inuicem colligatos.





LIBRI QVARTI
ET VLTIMI, TOTIVSQUE
ARITHMETICAE PRA-
CTICAE, ORONTIO
FINEO DELPHI-
NATE AVTHO-
RE FINIS.



VIRES CIT VULNERE VIRTUS









ORONTII
FINEI DELPHI-
NATIS DE GEOME-
TRIA LIBRI
DVO.



S LIBER PRIMVS DE VNIVER= S
salioribus ipsius Geometriæ rudimentis: ad intelligen-
tiam Euclidis, & eorum quæ sequuntur
operum Isagogicus.

S LIBER SECUNDVS, DE PRA- S
cticis longitudinum, planorum, & solidorum, hoc
est, linearum, superficierū, & corporū men-
sionibus, alijsque mechanicis, ex demon-
stratis Euclidis elemētis corolarius;
ubi de quadrato geometrico,
& uirgis, seu baculis
mensorijs.





S LVTETIAE PARISIORVM.

M. D. XXX.

Virescit uulnere virtus,







ORONTII FINEI
DELPHINATIS, DE
GEOMETRIA
LIBRI, II.

SOLIBER PRIMVS DE VNIVERSALIO =
ribus ipsius Geometriæ rudimentis : ad intelligentiam Eucli-
dis, & eorum quæ sequuntur operum Isagogicus.

De diffinitione, & excellentia Geometriæ, Praefatio,



ON IN COMMODO VIVIDICAVIMVS,
studiose lector, post Arithmeticæ praxim, insigniora Geometriæ tradere rudimenta. utpote, quæ non modo succendentibus nostris geographicis uel astronomicis operibus, passim sese offerunt accommoda: uerum etiam uniuerso mathematicarum studio uidentur admodum necessaria. Adde quod subtiles illas elementorum Euclidis demonstrationes, Euclidis elem-
& labyrinthicos figurarum anfractus, poterunt ut= ta.
cūq; faciliter. Est itaq; Geometria (ut rem ipsam Quid Geome-
attингamus) quæ magnitudinum, figurarum, & terminorum in his existentium, ra tria.

2 tiones indicat: affectiones insuper, uariasc; positiones, & motus hæc concernentes. Quæ rursum à signo; siue puncto divisionis experte deducuntur, ad solidas usq; trans greditur figuræ: & multiformia ipsarum discrimina, compositiora simplicioribus comparans, ad eorumque recurrens principia, subtili examine perpensat. Hæc in-
quām dialekticis obuoluta præceptis, cum magis uariantibus, à prævia sibi discipli na sumptis utatur principijs: cæteris scientijs (dempta Arithmetica, cuius principia sua excellunt simplicitate) certior, ac examinatione esse uidetur. Cognoscit enim propter quid, & quia est, circum intellectu uerans, sensu tamen attingendo: sententia nanc; animi, cum suas aspectu debiliter amplectatur rationes, à sensibus cognitionem ipsarum tentat abducere: aliam ab ea quæ inspicitur concipiendō fi-
guram, & circum aliam demonstrationes ostentans.

3 Fructus porro Geometriæ, studio quāmaximus est, nam hæc (ut in pauca cō Geometriæ cō
feram) nos mundos, exercitatos, ac instructos efficit: ueram perfectamq; reliquarū moditas.
disciplinarum cognitionem, omnium pariter ingenuarum inuentionum tradit originem. Vnde non iniuria, opus de mercuriali traditione demanans, anti-
quitus fuit appellata.

4 Cuiuslibet autem disciplinæ proprium esse uidetur, sua premittere fundamen- Principia disci
ta, siue principia: adeò tamen clara, uel aperta, ut nulla prorsus uideantur indigere plinarum præ
mittenda.

ORONTII FINEI DELPH.

probatione, ut ex ipsis per se se principijs, ad ea quæ ipsamet consequuntur principia, ab illis ut deriuantur, subtili discursu peruenire, & corum dumtaxat ualeamus reddere rationem. Ipsius itaque Geometriæ principia primum examinemus oportet: deuenienti consequenter ad reliqua.

De ratione principiorum geometricorum.

Caput. I.

Triplex rōpri
cipiorū geom.



RIPPLICEM ESSE PRINCIPIORVM DIFFERENTIAM, apud omnes, etiam vulgariter eruditos, in confesso est. Dividuntur enim principia, in definitiones, postulata, & communes sententias, quas Graci axiomata, nostri uero effata solent appellare: quibus suffragantur hypotheses.

Definitionis.

Officium definitionis in Geometria, uelut & in qua uis alia disciplina, est rerum naturas, terminorumque proprietates exprimere: ne ab ignotis, ad magis ignota, procedamus. Oportet enim prius agnoscere, quid circulus, quid triangulum, quidnam uerit quadrangulum, quam corundem accidentia, uel passiones intelligamus.

Postulatum.

Postularum autem nuncupamus, cum id quod dicitur aut proponitur, ineognitum fuerit, neque ab auditore statim cœcessum: assumitur tamē in ratione principij, & tandem admittitur. Ut ab omni pūeto in omne punctum rectam lineam ducere.

Effatum seu
communis sen-
tencia.

Cum uero quidpiam per se cognitum fuerit, & probabile, assumptumque in ordinem principij, id Axioma, uel effatum, aut communis sententia dicitur. Cuiusmodi est, Omne totum est sua parte maius. Sunt enim axiomata uel effata, omnibus communia, id est, scita communiter ab omnibus.

Hypothesis.

Hypothesis tandem esse perhibetur, cum eius quod proponitur, audiens non habuerit cognitionem, q̄ per se fidem facere possit: ueruntamen id ita propositū ad mittit, & assumētiōcedit, ut pote, q̄ triangulum Isoscelis, uel Ambligonūm, sit huiusmodi figura, generali cognitione, sine prævia disciplina non capimus.

Problemata,
Theorema.

Ex his itaque collectum intellectis principijs, Problemata, & Theorematagenerantur. Sunt autem problemata, propositiones ambiguae, scis citationes, omnes figurarum affectiones compræhendentes. Theorematā uero, sunt præceptio- nis uinculæ participia, sola inspectione quæ singulis accidunt figuris ostendentia, quæ propositiones itidem nominantur. Ipsas igitur propositiones in geometricis elementis, ita uidemus inuicem disbere: ut non possit ignorari corundem problematum à theorematis aperta differentia, & mutua singulorum inter se & problematum & theorematum subministratio, adeo ut ex antecedentibus, omnis subsequentium uideatur pendere comprobatio: quatenus rursum ad ipsa deuenientur principia, quædamouū ex elementorū Euclidis uolumine facile manifestetur.

Euclides.

Igitur cū in succedentibus nostris operibus mathematicis decretum sit, & ecce 7 iesita, & elementaria rimari corpora, omne uero corpus quantum, figuratum, & terminatum existat: à figura, & eam constituentibus, omnime quantitatem terminantibus, non importunè sumemus exordium.

De figura, & eius terminis.

Caput. II.

Figura diffini-
tio.
Terminus.



IGVRA EST QVANTITAS TERMINO, uel terminis clausa. Terminus autem uocatur, quod cuiuslibet rei quantæ finis est. Omnis enim quantitas finita est, atque terminata (loquor de continua) cuius termini sunt puncta, lineæ, atque superficies

superficies, linea quidē & superficies immediaṭe, & per se primo: puncta uero me-
diatē, & minime primo, quemadmodum ex succendentibus accipere licet.

2 P V N C T V M id uocamus, quod partiri non potest, seu cuius pars nulla est, à cū-
tinuo (cuius principiū esse dicit) imaginari ē separatum. Ex cuius intelligibili fluxu,
non secus ac si uestigium relinqueret, linea secundum mathematicos causari descri-
bitur: longitudinem dimensionum primariam acquirendo.

3 L I N E A igitur, est illatabilis longitudo, latitudinem crassitatem priuata: cuius limi-
tes sunt puncta, quae etiam à nonnullis signa uocitantur. Recta dicitur linea, quae à
puncto in punctum brevissimè ducitur, extrema medijs recte, & equaliterque conne-
ctens; ut succedens linea figuratio A B. Oblīqua autem linea nuncupatur, quae per
contrariam ipsius recte diffinitionem accipitur,

A ————— B C
ut pote, qua media extremitate directe nō occurrit:
quemadmodum obiecta protractio linealis C D.

Ex linea postmodum abstracto defluxu, superfici-
es responderter describitur: latitudinem dimensionum secundam, cum prius ob-
tentia longitudine, consequenter adipiscendo.

4 S U P E R F I C I E S enim dicitur, quae longitudinem latitudinemque tantum ha-
bet, omnium solidorum terminativa: cuius extrema sunt linea. Plana uocatur Planā
superficies, quae suas equaliter interiacet lineas, seu quae per totam rectam linam
accommodatur, eandem ubique tangendo: cuius-
modi est E F. Curva autem superficies est, quae in Curva
contrarium ipsius planarē diffinitur: qualē tibi re-
presentat G H. Ex superficie denique fluxu, ipsum
solidum ab eisdem mathematicis imaginatur phantasticè causari, crassitudinem, seu
profunditatem, eum prius acquisitis longitudine atque latitudine finaliter obtinebo:
eo quippe modo, ut ipsa crassitudo siue profunditas sit dimensionum ultima.

5 S O L I D U M itaque dicitur corpus tria dimēsione contētum, longitudine uidelicet, Quid solidum
latitudine, atque crassitudo seu profunditate resultans,
unica superficie, pluribusue superficiebus immedia-
tē terminatum, quemadmodū representare uiden-
tur, obiecta corporum descriptiones I, L: I quidem
unica tantummodo superficie, L uero pluribus constans superficiebus.

De generali figurarum differentiæ planarum quoque tam simplicium,
quam mixtarum descriptione. Capit. III.

1  I G V R A R V M I G I T V R ALIAS PLANAS, ET S U P E R-
ficialcs: alias uero solidas, siue corporeas esse necessum est.

2  P L A N A E figuræ sunt, quae omnes suas lineas in eadē plana super-
ficie uidentur habere. quarum quedam sunt simplices, quedam com-
positæ. Simplices sunt, quae unico elauduntur limite: uel quae non constat ex lineis. Compositæ uero sunt, quae ex lineis eiusdem, alteriusque generis componuntur: id plane
est, quae aut pluribus rectis, aut pluribus obliquis, uel recta & obliqua (quae pro-
priè mixtae possunt adpellari) lineis terminantur. Primum ergo de simplici figu-
ra, postea de mixta, siue compositis tractandum. Porro inter simplices & planas fi-
guras, unica inuenitur regularis: utpote circulus, ita diffiniendus.

3 C I R C U L U S est figura plana superficialis, unica linea (quae cireunferentia dici-
tur) terminata: in cuius medio punctum adsignatur, centrum eiusdem circuli nominatum

Simplices.

Figurae

Composita.

Circuli diffini-

G 3 nominatum


ORONTII FINEI DELPH.

nominatū, à quo, ad ipsam circūferentiam omnes quæ ducuntur rectæ lineæ sunt inuicem æquales. Id est, de ratione eireuli uidetur esse,

quod unica circumferentiali elaudatur linea, ex suis omnibus partibus æqualia faciente circa medium, sive cētrum

Circuli descri-
ptio mathema-
tica.

interualla: ut repræsentat circulus A B C. Fit autē circu-
lus, cum in piano recta quædam linea, extremorum altero intra manente fixo eireducitur, quo usq; unde ferri ce-
perat ibidem quiescat: ut pote, si linea A D, a pūcto A in B,
& à B in C, rediens tandem in A, circa centrum D, circū-
duci pensetur. Vnde pender illud postulatum. Omni cen-
tro & interuallo circulum describere.




Diameter cir-
culi. Rēcta uero linea per circuli centrum acta, ad eiusq; circumferentiam utrīcūq; suos 4
adplicans līmītes, D I A M E T E R, sive dimetriens circuli nuncupatur: qualis est li-
nea A C, per D centrum educta. Suntq; omnes eiusdem circuli dimeteres inuicem
æquales: quemadmodum ex mathematica circuli descripsione, facilè deducitur.

Semicirculus. S E M I C I R C U L U S ergo, quē græci uocant hemicyclium, dicitur figura pla- 5
na, ex diametro, & abscissa circuli semicircuentia comprahensa: velut figura
A B C, ex dimetiente A C, & semicircuentia A B C, antecedētis circuli cauſa.
Con iner enim semicirculus, & diametrum, & cētrum ipsius circuli, atq; præcisam
circuentia medietatem.

Maior. Porrò figura plana, ex recta linea diametro minore, & circuentia parte aut 6
maiore, aut minore semicirculo cōtentā, S E C T I O uocātā circuli. M A I O R qui-
dem adpellata, si ex p̄fata recta linea, & portione circuentia semicirculo ma-
iore cauſetur, cētrumq; ambiat circuli: uelut est figura E F G, ex recta F G, & par-
te circuentia semicirculo maiore E F G cōprahensa, haec à græcis hapsis nun-
cupatur. M I N O R autem efficitur ipsa sectio circuli, cum ex sectione circuentia-
tie semicirculo minore, & eadē recta clauditur linea: qualis est figura E H G, eadē
recta E G, & portione circuentia E H G terminata. Idē uelim iudices de ceteris.

Chorda. Ipsa tandem recta linea E G, omnis quippe linea re- 7
cta per circulum, sed per eius centrum minimè duc̄ta,
C H O R D A nuncupatur: portio autem circuentia,
ab eadem chorda comprahensa, A R C U S solet adpel-
lari, cuiusmodi sunt p̄fatae circuentia partes E F G,
& E H G. Consequens esset, rectilineas describere fi-
guras. Atqui carundem figurarum potissima differen-
tia penes angulorum attendit uarietate: dcircosuc-
cedens caput de angulus, interserēdum fore iudicamus.



De Angulis, tam planis quam etiam solidis.

Capit. III.


Quid angulus.



I C I T V R I T A Q V E A N G V L V S M V T V V S D V A R V M L I
nearū contactus, sive ad alterutrā inclinatio: non igitur area (ut plae-
riq; malē iudicant) ab eisdē inclusa lineis: sed ea tantummodo particu-
la, quæ ab ipsarum linearum inclinatione cauſatur, aut (si uelis) talis
inclinationis habitudo.

Angulus pla-
nus. P L A N V S A N G V L V S, est duarum linearum in piano se se tangentium, 2
& non in directo iacentium inclinatio mutua, sive contactus, cum scilicet
neutra

neutra linearum in rectitudine protenditur, sed altera suo nutu producta, alterius ad idem punctum coitio sit: in huc quippe modum, ut ipse planus angulus, à lineis in eadem plana superficie concurrentibus, effici cogitetur.



R E C T I L I N A E V S porrò angulus, dicitur
is, qui ex rectis conficitur lineis.
C U R V I L I N A E V S autē nominatur angulus,
qui ex obliquarum linearū inclinazione causatur.
M I X T V S uero, qui ex rectae cū obliqua surgit
inclinazione. Quorum omnium exemplarem col-
libuit annexere descriptionem: quo minus erudi-
tis, satis ex omni parte faciamus.

Angulus re-
ctilinus.

Curvilinus.

Mixtus,

4 **R E C T V S** autē angulus esse dicitur, qui à re-
cta, super rectam incidente lineam, & aequalis angulos utrobicq; faciente causatur.
nam aequalium angulorum uterq; rectus est: suntq; recti omnes in uicem aequalis,
stātes in indiuisibili. Ipsa porrò sic incidentis linea perpendicularis adpellatur. Cuius-
modi sunt anguli A B C, & A B D, à recta linea A B, super rectam lineam C D, per-
pendiculariter incidente causati.

5 **A C U T V S** uero angulus minor est recto.
Huic contrarius est **O B T V S V S**. utpote, qui re-
cto semper maior est: & obliquus plerunq; nomi-
natur. Fiunt enim, cum recta linea super rectā con-
sistens lineam, non incidit perpendiculariter, & an-
gulos facit inaequales: quorum minor acutus dicitur, maior autem obtusus. Vnde
patet, hos angulos uarios & inaequales esse inter se, propter uariam atq; multipli-
cem incidentis linea recta dispositionem. In exemplū habes angulos, E F G qui-
dem obtusum, & acutum E F. à recta E F, super rectam G H, minimè perpendi-
culariter incidente causatos. Et haec tamutmodo sunt tres species angulorum re-
ctiliniorum; nunc igitur de curvilinīis pauca.

Acutus angu-
lus.
Obtusus.


C U R V I L I N A E V S porrò angulus efficitur
aut in eadem plana superficie, uel in curua. In pla-
na quidē superficie curvilinīi dicuntur esse angu-
li, qui ex mutuo duorum circulorum in eodē pla-
na, & non in diversis constitutorū, uel tactu, uel
intersectione causantur. Cuiusmodi sunt anguli
B C D, C D G, aut C G F, & his similes, ex mutuis
circulorum A B C, C D E, & B D F, in punctis B, D,
F, G factis intersectionibus, tactuue in C, comprēhensi. In curua autem superfi-
cie, curvilinīi propriè fieri dicuntur anguli, cum ex mutuis circulorū super sphæ-
rici corporis (de quo paulo post) extrinsecus terminatiua superficie constitutorū,

Angulus cur-
vilinus pla-
nus.

sphericalis.

causantur intersectionibus; unde & sphæricales anguli co-
muniter adpellantur. Quos uteuncq; repræsentare uidetur
anguli L I M, & N I O, atq; his quoceuncq; similes, à circu-
ferentijs L N, & M O, super obiectum solidum sphæricum
L M N O, in pūcto I se se diuidentibus effecti. Quorū sphæ-
ricalium angulorū, ea quæ planis ipsis & rectilinīis cōtin-
git angulis, uidet euenire diueritas: datur enim intersphæ-
ricales angulos rectus, acutus, & obtusus. quemadmodū ex
scientia triangulorum sphæricorū relinquitur manifestū.

G 4 Mixtus



ORONTII FINEI DELPH.

MIXTVS consequenter angulus (quem ex rectæ cum linea curua surgere dis- 7
ximus inclinacione) solum in piano reperitur, & in duas tantummodo differentias
principaliter separatur. Aut enim ex cōtaetu lineæ rectæ cū circumferētia causatur
circuli: & angulus contingentia nominatur, omniū acutorū minimus, id est, omni
acuto rectilineo minor. Cuiusmodi est angulus B C F, ex parte circumferētia C F,
& recta B C, candem circumferentiam D F C, in puncto C contagente resultans.

Augulus con-
tangētia.
Augulus secti-
onis, cuique
daeritas.


Vcl sit ipse mixtus angulus, ex concurso, mutuâue lineæ rectæ circulum utrobicque
contangētis inclinatione: & augulus sectionis nominatur. Qui si fiat in semicirculo,
is omni acuto maior, sed recto minor est: ut angulus C D E, aut C D F, & his similes
auguli. Si aut in maiori circuli sectione, à chorda & cōprahēsa circumferētiae par-
te causetur, recto maior erit: eoque tanto maior, quanto reliquo in minori circuli
sectione contingens minor fuerit ipso recto. In quorum exemplum, depictos con-
templare angulos: maioris quidem sectionis C E D, & ipsius minoris C E G.

Augulus soli-
dus.

SO L I D V S tandem angulus dicitur, qui à pluribus
duobus planis & rectilineis angulis, in eodē pla-
no minime constitutis, & ad unū concurrentibus
punctum efficiunt. Cōprahenditur enim solidus an-
gulus, cum plures duabus rectæ lineæ, scle inuicem
contangentes, & non existentes in eadē plana su-
perficie, ad unū punctū inclinatae cōcurrunt: unde
rectilineus propriè dicitur, idē solidus angulus. Huc tibi repræsentat angulus I, à
rectis I H, I K, & I L, ad idem cūmunc punctū I cōuenientibus, una cum circumstan-
tibus planis comprahensus.

Penes quid planorum, & rectilineorum angulorum quantitas attendenda.

Caput V.



Angulus in cō-
tror circuli,

Angulus in cir-
culi circumferē-
tia.



De quantitate
anguli qui ad
centrum.

Cur angulus
rectus uel ob-
tus, aut acu-
tus dicitur.

L AN V S ET R E C T I L I N A E V S Q V I L I E T A N G U L V S, 1
uel in circuli cōntro, aut in eiusdem circuli imaginandus est circumferē-
tia. In cōntro quidem planus erit angulus, cum linearum cōtaetu
angulum ipsum comprahendantium, in eodem efficiet cōtro: utra-
que dictarum linearum circumferentiam eiusdem attingente circuli. Cuiusmodi ui-
detur esse angulus B A C, aut D A E proximè succedentis descriptionis: & his quo-
cunque similes anguli. In circumferentia porrò planus dicitur esse angulus, quoties li-
neæ rectæ angulum ipsum comprahendentes, in circumferentia concurrenti: utraque
ad dictam usque circuli circumferentiam extensa. Exemplum uidere licet, de angu-
lo B C D, aut D C E, & qui sunt eiusmodi.

Quantitas igitur anguli qui ad centrum, est ar-
cus ipsius circuli, lineas præsatū angulum effici-
entes interceptus: uel eidē subtensis angulo. Hic por-
rò arcus, si quadrātem, hoc est, quartā circumferē-
tiae partem efficiat, rectus erit ipse angulus: ueluti
sunt anguli B A C, & C A D, quadrātes B C, & C D
utrinque comprahendentes. Si autem idē arcus qua-
drantē excedat, huiusmodi angulus diccc obtusus.
Exemplū habes de angulo B A F, cuius quantitatis
arcus est B C F, maior quadrāte B C. Quod si præ-
fatus arcus à dato comprahensus angulo, ab eodē
quadrāte circuli deficiat, idē angulus nominabitur acutus. Cuiusmodi est angu-
lus D A F, includens arcum D F quadrante minorem.

Anguli



3 Anguli uero qui ad circunferentiam quantitas, erit dimidius arcus, medietasque circunferentiae, quae a linea ipsum conficientibus angulum clauditur, uel eadem subtenditur angulo. Verbi gratia, anguli B C D magnitudo, est dimidius arcus B E D: hoc est, quadrans B E, uel E D. Item anguli B C E quantitas, erit medius arcus B E: utpote, B G, aut G E. Idem quoque iudicium habendum est de similibus quibuscumque planis et rectilinæis angulis, in centro, circuferentiaue circuli respodenter imaginatis.

4 EX HIS PRIMVM relinquitur euidentis, cur omnes anguli recti sunt inuicem æquales. utpote, quoniam eiusdem circuli quadrantes inter sece coæquantur. Cur item angulus obtusus maior est recto, acutus uero minor: quæ ratione hi multæ plures & uarij sunt, nam diuersi sunt arcus quadrantem exuperantes circuli, itidem & uarij ab eodem circulo deficientes. Rursum apparet, propter quid linea recta super rectam incidens lineam, facit aut duos rectos, uel duobus rectis æquales angulos, quoniam illa, in quam incedit linearum altera, utrinque per imaginatem producta, semicirculum caput: quapropter & duorum rectorum angulorum quantitatem. Nec minus euidentis est, cur in eadem circuli sectione, qui ad circunferentiam sunt anguli, inuicem coæquantur. utpote, quoniam eosdem, uel æquales arcus suscipiunt. Præterea, cur angulus qui ad centrum duplus sit eius qui ad circunferentiam: quando eundem habent arcum, totus enim communis arcus, eius qui ad centrum: sola autem eiusdem arcus medietas, eius qui ad circunferentiam metitur quantitatem. Igitur angulorum quantitate seu magnitudine decenter intellecta, multa sanequam utilia deduci, obtineriue facile possunt: quorum maximam partem in elementis Euclidis inuenies demonstratam, & in magna Ptholemai compositio ne quæampliæma sece frequentius offerre; quemadmodum ex nostris etiam operibus, passim experiri licebit.

De planis, et rectilinæis figuris.

Caput. VI.

I ECTILINEAE, QVÆ ET COMPOSITAE DICUNTUR figuræ, sunt quæ rectis & tribus ad minus compræhenduntur lineis: partim ab angulis, partim etiam à lateribus, hoc est, ab angulorum diversitate, & linearum easdem figuræ terminantium numero, variam denominationem obtinentes. Quarū prima est, triangulum trilaterum, tribus tantum angulis, et idem à lateribus compræhensum. Quod quidem triangulum, uel ipsa tria latera inuicem habet æqualia, & æquilaterum, oxygonumque, id est, acutangulum dicitur: ut M. Vel sub duobus tantummodo latribus inuicem æqualibus, idem triangulum cõtinetur, & Isosceles nominatur: ut rectangulum N, uel acutangulum O. Aut denique trium inæqualium est laterum, & scalenum solet adpellari: cuiusmodi est ambigoniū, id est, Scalenum. obliquum recipiens angulum P, & ei simile quodcumque triangulum.

3 Post trilateram figuram, sequitur quadrilatera quadrangula, sub quatuor rectis lineis, & tertiæ angulis compræhensa. Quæ si quatuor inuicem æqualibus lincis, & ad rectos concurrentibus angulos terminetur, quadratum propriè dicitur: cuius Quadratum modi est obiecta figura Q. Si autem rectangula, sed non æquilatera sit ipsa figura, hoc est, opposita tantum æqualia possidens latera, altera parte longius adpellatur: quale tibi representat R. Porro, Altera parte longius. Rhombus nominari solet: ut S. Cum uero nec æquilaterum, nec Rhombus.

G 5 æqualiū

De magnitudine anguli qui ad circunferentiam.

Corolaria de angulis sumis notanda.




Triangulum.

Oxygenium.

Isosceles.

Icosceles.



R. Porro, longius.

ORONTII FINEI DELPH.

Rhomboides. æqualium inuicem angulorum fuerit quadrangulum, sed bina tantummodo latéra, & angulos ex aduerso constitutos habuerit æquales, Rhomboides vocatur: ueluti quadrilaterum, siue quadrangulum T. Suntq; hæ nuper descriptæ quadrilateræ figure Parallelogramma, id est, æquidistantiū ex opposito laterū. Est enim parallelogramum, qd' sub æquidistantibus lineis continetur.

Parallelogram. Cæteræ  uero ab his quadrilateræ figuræ, utpote, quæ neque æquilateræ, nec æqualium quois modo sunt angulorum, Trapezia uulgò dicitur: cuiusmodi sunt V, & X obiectæ figuræ, & his quæcunq; similes.

*Multilateræ fi-
gu. xx.* Quoties tandem ipsæ planæ atq; rectilineæ figuræ, pluribus quatuor compræ 4 henduntur lateribus & angulis, multilateræ, seu multangulæ ueniunt adpellandas: ab ipsis um laterum & angulorum multitudine, peculiarem denominationem obtinentes. In quarum exemplum habes Pentagonum R, Hexagonum Z, & Octogonum Y. De similibus quibuscunq; idem habeo iudicium: quas uelutinostro negocio parum conduentes, ulterius prosequi consulto supersedemus.

*Quæ figurae
inuicem æquales* Rectilinearum porrò figurarum, quæ numero, atq; magnitudine laterum, uel 5 angulorum inuicem conuenienter uidentur, æquales adpellantur: & si contrarium accidat, inæquales. Quæ uero numero tantum laterum, non autem longitudine, sed sola angulorum respondentia proportionantur, similes dici consueuerunt.

*Figuræ inter
se similes.* Omium tandem figurarum rectilinearum quodcumq; latus, inferius (ctiam si superius extiterit) imaginatum, Basis dicitur: quodlibet enim latus eiusdem figuræ, pro demonstrationum geometricalium exigentia, basis indifferenter adpellatur.

*Basis figurarū
rectilinearum.* Ex duobus itaq; quadrangulis inuicem æquilibus, & altera parte longioribus, nō in directum constitutis, & in codem recto communicantibus angulo, Gnomon constituitur: quemadmodū representat figura ABD, ex A B, & C D altera parte longioribus, & ad rectum conuenientibus angulum qui A E D, constituta, quæ & geometricū rectangulum à uulgaribus plerunque nominatur. 6



De solidis figuris.


Capit. VII.

*Sphaeræ dif-
finitio.*



*Sphaeræ descri-
ptio mathema-
tica.*

NTER SOLIDAS FIGVRAS, PRIMVM SESE OFFERT I Sphaera, omnium regularissima: hoc modo diffinienda. SPHAERA est corpus solidum, regulare, unica superficie terminatum: in cuius medio punctum assignatur, cætrum eiusdem adpellatur, à quo ad ipsam orbicularem & terminatiuam superficiem, omnes quæ ducuntur rectæ lineæ sunt inuicem æquales. Ut obiecta figuræ descriptio ABCD, cuius centrum E, utcunq; representat. Imaginatur autem de scribi Sphaera, ex completo semicirculi circundatur: cum uidelicet semicirculi diametro manente fixo, eiusdem circuli plana superficies abstractiuæ circunducitur, quatenus unde ferrī ceperat reuertatur, non aliter quidem, quam si idem semicirculus uestigium relinqueret, & arcus eiusdem semicirculi conuexam superficiem sphaericæ solidi terminatiuam



minatiuam causaret. Exemplum abstrahere facile potes, de arcu A B C, circa dimen-
tientem A C complete circundocto.


2 Diamcter autem ipsius semicirculi, centrum eiusdem comprehendens, **AXIS** nomen **Ax.**
adipiscitur; & eiusdem dimetentis extremalia puncta, ad ipsam sphaeræ superficie
utrinque terminata, **POLI** sphaeræ nominantur. cuiusmodi sunt puncta A & C, **Pol.**
præfatae linea A C, quæ uices gerit axis eiusdem sphaeræ A B C D.

3 ORBIS autem, est figura solida, duabus rotundis sphaericis utrue superficiebus ter-
minata; ut pote, interiori quæ concava dicitur, & extrinseca quæ conuexa nomina-
tur. Harum porro superficerum, si id em extiterit centrum, idem orbis erit unifor-
mis, hoc est, æqualis undiq; crassitudinis; uti subiecta orbis figura, cuius centrū F.

Quod si eccentricæ, diuerla uidelicet centra pos-
sidentes fuerint ipsæ orbis superficies, diffor-
mem, irregulatæne crassitudinis orbē efficient:
cuiusmodi uidetur esse altera orbis figura, cu-
ius centrum exterior & conuexæ superficie
G, interior autem & concavæ H. V tracq; tamē
& conuexa & concava ciudem orbis superfi-
cies, uerè circularis imaginanda est, à suo cetro æqualiter ex omni parte semota.

4 Præterea, ab inæqualibus circuli sectionibus, immota chorda circundoctis, irre-
gulares & solidæ figuræ, simili describuntur imaginatione. A maiorí quidein se-
ctione, corpus lenticulare, ad lentis similitudinem
crassum: quale depingitur per figuram I. A minori
porro circuli sectione, corpus oblongum, instar ouii
solidum, & ob id ouale nominatum: cuius speciem
repræsentat obiecta figura K.

5 Nec dissimiliter à planis & rectilinæis superficie-
bus, unico limitum seu laterum manente fixo, complete circundoctis, uariæ solidi-
rum imaginantur causari figuræ. Ut pote, à quadrato in longum unius laterum re-
ctissime ducto, corpus effici regulare, sex quadratis superficiebus terminatum, qd'
proprio nomine cubum solet adpellari: ut obiecta



figuratio L utcunq; demonstrat. Ab altera uero
parte longiori, circum alterutrum longiorum la-
terum circundocto quadrangulo, figura colum-
naris abstrahitur, quæ & Chylindrus propriè no-
minatur: quemadmodum repræsentat figura M.

A rectangulo autem triangulo, circum alterum
laterum rectum compræhendentium angulum,
completa itidem revolutione circundocto, Pyra-

mis efficitur: cuius inferior & plana superficies à circumuoluto latere descrip-
ta, basis ciudem pyramidis adpellatur, communis uero concursus rotundæ & in acu-
tiem tendentis superficie, uertex siue conus dicitur. Exemplū habes de figura N.

6 Non aliter de reliquis planis & rectilinæis quibuscumq; figuris iudicandum est:
quas longum minis, & tædiosum esset (ut pote, quæ infinitæ sunt, & nostro institu-
to parum utiles) sigillatim exprimendo describere. In quarum omnium abstracti-
ua deductione, uidentur ipsi mathematici motu, quemadmodum & naturales uti:
differenter tamen. Eo nanq; naturales, prout ad locum & ulteriorem perfectionem
ordinatur: porro mathematici trāsumptiuo tantū utitur motu, ut pote, qui à sub-
stātia, cæterisq; prædicamentis (dēpto situ) ipsam uidentur abstrahere quātitatem.

De postulatis

De reliquis fl-
agarū solidarū descriptioni
bus.

Quomodo ma-
themati utā-
tur motu.

ORONTII FINEI DELPH.

De postulatis seu petitionibus geometricis.

Capit.VIII.



RAEMISSIS TERMINORVM, ATQVE FIGVRARVM
descriptiōnibus: cōsequens est, ut reliqua geometricorum principiō
rum genera paucis aperiamus. In primis ergo sese offerunt postulata
(quae petitiones à nonnullis adpellantur) in hunc qui sequitur ordi
nem distributa.

A dato quocunq; puncto, in datum quocunq;
que punctū, ubilibet signatum uel imaginatum,
rectam lineam ducere.
(intellige semper, necesse, vel possibile est hoc primum postulatum, pen
det ab ipsa linea descriptione.)

Omnem rectam lineam terminatam, in continuum, rectumq; liberè prolongare.

Puncta enim ipsius linea terminata, possunt quantuncunque rectissimē
desflare.

Signato quocunq; puncto, circa ipsum, occupa
to quantolibet intervallo, hoc est, sumpta libera
semidiametri quantitate, circulum describere.

Id si invideamus, ex mathematica circuli definitione.

Omnies angulos rectos inuicem & quales esse.

Hoc prius supra ex corollario seu quarto numero antecedens quinto capituli, de angulorum quantitate.

Rectas lineas existentes in eadem plana superficie, & in infinitum ex utraque
parte productas, nusquam tamen concurrentes:

parallelas, id est, & equidistantes esse.

Ex contraria huius postulati definitione, linearum minime parallelarum eliciuntur imaginatio.

Rectam uel obliquam lineam, à dato puncto quod intra figuram est, ad exte
rius quocunq; punctū in eodem plano signatum eductam: ipsius figura latera,
uel ambitum intersecare.

Non sit enim in conuincere transitus de extremo ad extremum, sine tra
nsitu per me lumen, id acutum ex obiectis figuris deprehendere facile est.

Rectam lineam, à quo quis rectilinearum figurarum angulo, in oppositum uel la
tus uel angulum incidentem: utrumq; & angulum & latus diuidere.

Hec duo ultima postulata, eis per se sunt manifestissima, in elucidationem tamen primarum Euclidis demonstrationem
videtur esse necessaria.

Sunt & alia postulata his similia, & penē infinita, cuiuis (etiam rudiissimo) mani
facta: que nulla proorsus commemoratione, ne dicam interpretatione, videntur in
digere. De his ergo ulterius tractare, superfluum iudicamus.

De Axiomatis, uel effatis, seu communib[us] sententijs.

Capit.IX.




VPER EST TERTII ORDINIS DECLARARE PRIN
cipia: quæ à Græcis axiomata, à Latinis vero effata, sive communes
sententias, diximus adpellari. Quorum ea tantummodo subnoscimus,
quæ frequentius nobis suspicamur occursum: In hunc qui sequitur
modum ordinata.

Quæ sibi metijs conueniunt, & qualia sunt adinuicem.
Vpo eis duo circuli conuenient in diametro & circumferentia, uel duo triangula in lateribus & angulis, duos quilibet
numeris in unitatum multiplicem: & sic de similibus.


Quæ eidem & equalia sunt, & inuicem & equalia erunt.

Ut si numerus A, aequalis numero B, & eidem numero B sit & equalis C numerus: oportet numerum A, ipsi numero C,
pariter coequali.


Quæ




3




4



5




6



7

3 Quæ ciudem fuit æquè multiplicia, aut submultiplicia, hoc est, dupla, tripla, quadrupla, uel subdupla, subtripla, subquadrupla, &c. æqualia in uicē esse necessum est.

Verbi gratia, si linea D dupla sit ad E lineam comparata, eiusdem rursus linea E dupla sit F linea; necessum est, D & F lineas inuicem adæquari. Idem iudicatur de G & I, subduplicis ipsius H.



4 Si æqualibus æqualia adiçiantur, uel ab æqua-

libus subtrahantur æqualia: quæ resultabunt, relinquenter in uicē erunt æqualia. Velut si numeris 12 & 12 in uicem æqualibus, 6 & 6 idem æquales figuratis addantur numeri, sicut utroque 18. Vel si à 18 & 18 rursus æqualibus numeris, collanuntur 6, & 6 numeri pariter æquales, relinquenter ex utroque priori numero 12. De continuo idem iudicatur.

5 Si inæqualibus addantur æqualia, uel ab inæqualibus æqualia subtrahantur; cō-

surgent, aut relinquenter inæqualia.

Vipote si lineis K L & M N inæqualibus, æquales addantur lineæ L O, & N P, inæquals componentur lineæ K O & M P. Aut si ab eisdem inæqualibus lineis K O et M P, æquales auferantur lineæ L O & N P: relinquenter pariter inæquales K L & M N.

6 Duas rectas lineas non claudere superficiem.

Quoniam à puncto ad punctum, unicus tanūmodo tractus brevissimus occurrit: secundum quem linea recta describitur.

7 Omne totum est sua parte maius, & æquale suis partibus integratibus.

Partes integrates sunt, quæ simul iunctæ ipsius totum integrare uidentur.

Sunt & alia effata quamplurima, quæ nemo (ni prorsus hebas) ignorat: quæadmodum tu ipse, tā in cōtinuis, q̄ etiam discretis quantitatibus, deducere facile potes.

De generidi circulorū ad sphæran habitudine.

Caput. X.



V E M A D M O D U M L I N E A P V N C T I S , S V P E R F I C I E S
lineis, corpus uero superficiebus immediate conficitur, atq̄ terminatur; eodem modo sola puncta linea, linea uero superficiem, superficies deniq̄ corpus, siue solidum immediate secare necessum est.

Spæricum itaq̄ solidum à plana & circulari superficie diuidetur, eiusdem cirkuli terminatiua circumferentia in ipsius sphærae conuexo terminata, Nam (ut sum matim dicam) omnem quam rectæ lineæ ad circulum uidentur habere rationem; eam cirkulos ad sphæram obseruare necessum est.

2 Maiores igitur in sphæra cirkuli erunt h̄i, quoruū plana superficies per centrum ipsius sphærae transibit: uel idem cum sphæra centrum habebunt.

Minores autē in sphæra cirkuli dicentur, quorum centrum aliud fuerit ab ipsius sphærae centro: quorūmne planam superficiem, per centrum sphærae transire minimum continget. Porro inter minores ipsius sphærae cirkulos is, cuius centrum uicinius fuerit sphærae centro, co semper erit maior, cuius centrum à centro eiusdem sphærae remotius extiterit. Nam sicut lineæ ad circulum, ita cirkuli ad sphæram. Sed in cirkulo omnium linearum maxima est, quæ per centrum educitur, utpote, dimetiens siue diameter ipsius cirkuli: reliquarum autem ea, quæ centro propior, remotiore semper est maior (per 15 tertij elementorum Euclidis) quemadmodum in sequenti descriptione, de lineis maioribus B D, C E atque F G, circulum B C D E, in A centro dimetientibus, exemplum capere potes. Nēnon de minoribus H I, K L, M N, & O P, ab eodem centro A distantibus siue remotis: quarum H I, & K L centro A propiores, maiores sunt remotioribus M N, & O P.

maiores.
Cirkuli,
minores.

Minorum in
sphæra cirkulo
rū inter se cō
paratio.

15. tertij Eucl.

Ex quo

ORONTII FINEI DELPH.

3

Omnis circu-
los maiores in
uicem aequali, &
q ex minori-
bus aequali-
tantur.

Ex quo rursus deducitur, maiores in sphæra
circulos esse inuicem aequali, & inter minores eos
tantum aequali, quorum centra ab ipsius sphærae
centro fuerint aequi distantia. Primum est evidē-
tissimum, ex aequali diametrorum eiusdem circuli
quantitate: qui se habent ad ipsum circulum, uelut
h̄dem circuli maiores ad sphæram. Reliquum pē-
det ex 14 tertij elementorum Euclidis: ubi demon-
stratur, lineas aequi distantes à centro circuli, inuicem
aequali, & à centro circuli, inuicem aequali, & è contra. Quorum omnium
exemplarem habes demonstrationem, de lineis re-
ctis: ipsius obiectæ descriptionis circulos imitan-
tibus: quarum maiores B D, C E, & F G inuicem aequali-
tibus: quorum minores H I, K L, M N & O P, idem iudicato de quibuscumque similibus.

Quod circuli maiores res se & sphæra per aequalia secare: minores autem per inaequalia. Primum relinquitur manifestum,
quoniam circuli maiores se habent ad sphæram, ut diametri ad circulum: atqui omnes circuli diametentes se per aequalia diuidunt, atq; ipsum circulum, per superius datam circuli atq; diametri definitionem. Secundum autem ex quarta tertij
elementorum Euclidis fit evidentissimum: quæ demonstrat rectas lineas per circu-
li centrum minime ductas, se & atq; ipsum circulum inaequaliter diuidere. Horum
exemplum, ex præmissa figura descriptione, capere non est difficult.

De minoribus
circulis in sphæ-
ra parallelos.

Euclides.

Quando minores circuli à maiori-
bus per aequalia diui-
duntur.


iii tertij Eucli.
Theodosius.

Theodosius.

Quoties postmodum aliquis maiorum in sphæra circulorum, duos ex minoribus
ad rectos diuiserit angulos, uel ad obliquos, sed alternis & interioribus, uel ex
terioribus & ex opposito inuicem aequalibus, aut deniq; intrinsecis & ex eadem parte
duobus rectis aequali-
tibus: paralleli, id est, aequaliter ex omni parte distantes
erunt ipsi minores circuli. Quemadmodum de lineis H I, & K L, uel M N & O P,
supra scriptæ figuræ, atque his similibus, ex 17, 18, & 19 primi elementorum Eu-
clidis, deducere quam facillimum esse uidetur.

Vltimo non minus evidens est, minores in sphæra circulos à maioribus per aequalia
secari: quoties ad rectos ab eisdem maioribus diuiduntur angulos. Quod si ad obliquos & impares angulos se & coadiuuante præmissa
descriptione sunt evidentissima. Vides enim in eadem figura, maiorem B D, mino-
rem H I & K L, necnon M N & O P, per aequalia dispescere: non autem F G itidem
maiorem, ob id quod ad obliquos & impares eisdem minores diuidat angulos.
Rursus uidere potes, alternas minorum sectiones (facta aequalium comparatioe)
inuicem aequali: tantum enim relinquitur de M N infra maiorem F G, quantum de
O P, eidem M N aequali, super eandem F G separatur. Non aliter de similibus iudicabis.

Hac de mutua circulorum ad sphæram relatione, & obseruata inter se ra-
tionum habitudine, in non modicam nostræ cosmographia, & reliquorum succe-
dientium operum præmisimus elucidationem: quæ à 15 Theodosij, usq; ad 21 eius-
dem apertius demonstrantur.



De vulgaris geometrarum mensuris.

Capit. XI.

Mensuræ




ENS VRAE A MEMBRIS HUMANIS OLIM INVENTAE fuerat: à quibus denominationem obtinuerunt, & in hunc obseruantur diem, Mensionum porrò tria sunt genera, utpote, Euthymetrum, id est, eorum quae sola longitudine considerantur, & in rectu sub linea mensuram tantummodo cadunt: Enibadometrium, sive planum, eorum quae longitudinem & latitudinem habent, seu quae sub longam & latam mensuram incidit: et Stereometrium, hoc est solidi, seu prolsundimatum, corrum uidelicet, quae longitudine, latitudine, & crassitate vel prolsunditate resultant.

Primo itaque mensionum genere, discuntur linea, secundo plana vel areales superficies, tertio autem rimantur corpora, sive solida. Omnitum horum triū mensionum generum, idem uidetur esse principium: utpote, linealis & recta secundum longitudinem mensuratio, prius enim agnoscuntur latera, quam area vel superficies, & superficies prius, quam ipsa crassitudo. Hinc fit, ut longitudinalium mensionum nomina, & quantitates columnmodo consideremus: quae tali communiter distribuuntur obseruatione.

- 1 Dīgyltus mensurarum prima, & omnium minima est: metiturque per transversum pollicis, longitudinalē quatuor granorum ordeaceorū quantitatē. Ex dīgylto autem sepius repetito, reliqua succedentes mensurarum differentiae generantur: quemadmodum ex unitatis multiplicatione, varijs coaceruantur numeri. Subdiuiditur tamen dīgyltus, in quotlibet partium aliquotarū discrimina: utpote, in duas medietates, 3 tertias, 4 quartas, 5 quintas, & ita deinceps quantumlibet.
- 2 Palmus, qui & palestra dicitur, comprehendit 4 dīgyltos: vel 16 ordeaca grana.
- 3 Pes autem continet palmos 4: hoc est, 16 dīgyltos. Cuiusquidem pedis dimidium iuxta Parisiensem obseruationem, subiecta figura demonstrat, in aliarum mensurarum regulam adiuncta.

S D I M I D I V M P E D I S P A R I S I E N S I S.



- 4 Cubitum — Communis capit duos pedes, seu palmos 8, triginta duos dīgyltos. Cubitus triplex
Magnum continet pedes 9, aut 36 palmos, sive dīgyltos 144.
- 5 Passus < Simplex capit duos pedes & $\frac{1}{2}$, vel 10 palmos, aut 40 dīgyltos. Passus duplex.
Duplex continet 5 pedes, seu 20 palmos, vel dīgyltos 8.
- 6 Vlna < Communis capit pedes 4, aut 16 palmos, seu 64 dīgyltos. Vlna duplex.
- 7 Pertica continet 10 pedes, vel 40 palmos, aut 160 dīgyltos.
- 8 Stadium capit 125 passus duplices, pedes 625, seu 25 palmos. Pertica,
Stadium,
- 9 Miliare comprähendit 8 stadia, sive 1000 passus duplices, aut 5000 pedes. Miliare,
Propriè cōtinet 1 miliare, & $\frac{1}{2}$, hoc est, 12 stadia, seu 1500 passus duplices.
- 10 Leuca Cōmuniā miliaria 3, vel stadia 24, sive 3000 passus duplices. Leuca multplex.
Delphinas < Italica passus habet 1000 duplices: unde propriè miliare nuncupatur.
Gallica comprähendit miliaria 2, aut 16 stadia, passus sive 2000 duplices.
- Germanica — cōtinet 4 miliariibus, stadiis 32, vel cōmu, passibus 4000,
Hispanica /
Sueuica omniū maxia capit 5 miliaria, hoc est 40 stadia, seu 5000 passus.
Sunt præterea

ORONTII FINEI DELPH.

Sunt præterea quæamplurima mensurarum discrimina, pro rerum atq; locorū uarietate diuersis nominibus expressa: Sed hæc apud saniores geometras, & uulgatos magnitudinum emensores in usu sunt, quæ & nostro negocio arbitramur iatis utcunque factura.

De ueroque sinu, recto scilicet & verso, sine rectis in circuli quadrante libens.

Caput. XII.

Sinuūcognitio necessaria,



N I V E R S A F E R E R E R V M A S T R O N O M I C A R V M I

absolutio, geometricarumue demonstrationum ad proxim redigenda contemplatio, ex sinuum exacta cognitione pendere uidetur: quæ admodum ex succedentibus operibus nostris, licebit facere periculū. Commodissimum itaque duximus, eorundem sinuum, hoc est, rectarum in quadrante circuli subtensarum, & theoreticam, & practicam uniuersalem prius, quam ad reliqua deueniamus aperire. Sinuum igitur alius rectus, alius versus dicuntur. Rectum aliquius arcus sinum, appellamus dimidium chordæ dupli eiusdem arcus dati: in semidiametrum, qui cum ipso conuenit arcu, ad rectos incident angulos. Versus autem sinus, est pars semidiametri, inter dati arcus initium, & sinum eius rectum intercepta: quam pleriq; sagittam nominare consueuerunt. Hic autem sinus, versus propriæa dicitur, quoniam uero modo, respectu sinus recti, collocatur. Hinc pater, utriusq; sinus diffinitionem, intelligendam esse de arcibus quadrante minoribus, sinus enim quadrantis, 90 gradus circuli complectentis, est semidiameter eiusdem circuli, omnium sinuum maximus: ob idq; sinus totus, siue totius quadrantis sinus, vocatur. Esto in exemplum datus circulus A B C D, cuius diametri 3

Sinus rectus.

Sinus versus.

Sagitta.

Sinus totius.

Exemplum si-
nus recti.

Exemplum si-
nus versi.

Sinus comple-
menti.

Cōplementū qd

Notandum.

xv. quin. Eucl.

Sinus usus,
facilior chor-
ei.

absolutio, geometricarumue demonstrationum ad proxim redigenda contemplatio, ex sinuum exacta cognitione pendere uidetur: quæ admodum ex succedentibus operibus nostris, licebit facere periculū. Commodissimum itaque duximus, eorundem sinuum, hoc est, rectarum in quadrante circuli subtensarum, & theoreticam, & practicam uniuersalem prius, quam ad reliqua deueniamus aperire. Sinuum igitur alius rectus, alius versus dicuntur. Rectum aliquius arcus sinum, appellamus dimidium chordæ dupli eiusdem arcus dati: in semidiametrum, qui cum ipso conuenit arcu, ad rectos incident angulos. Versus autem sinus, est pars semidiametri, inter dati arcus initium, & sinum eius rectum intercepta: quam pleriq; sagittam nominare consueuerunt. Hic autem sinus, versus propriæa dicitur, quoniam uero modo, respectu sinus recti, collocatur. Hinc pater, utriusq; sinus diffinitionem, intelligendam esse de arcibus quadrante minoribus, sinus enim quadrantis, 90 gradus circuli complectentis, est semidiameter eiusdem circuli, omnium sinuum maximus: ob idq; sinus totus, siue totius quadrantis sinus, vocatur. Esto in exemplum datus circulus A B C D, cuius diametri 3


tuor quartas distinguentes: sitq; datus arcus A F, & eius duplus F A G, subtensa autē sit F G recta, incident ad rectos angulos cum semidiametro A E in puncto H. Dico itaque primum, ipsius dati arcus A F sinum rectum, esse F H dimidium totius F G, quæ est chorda dupli arcus dati A F, nempe ipsius F A G. Versus porro sinus eiusdem arcus A F, est pars semidiametri A E, utpote A H, inter A initium arcus A F, & sinuum eius rectum F H comprehensa. Idem de similibus. Vterq; autem semidiameter A E, & E B si-

nus totus, totiusque quadrantis A B sinus vocatur. Recta tandem linea H E, sinus complementi eiusdem arcus dati potest non indecenter adpellari: est enim æqualis ei, quæ à puncto F, super rectam E B duceretur orthogonalis. Complementū adpellamus arcum, qui cum dato arcu quadrantem ipsius complet circuli: cuiusmodi est arcus F B, cum dato arcu A F quadrantem complectens A F B.

Quam igitur rationem habet tota B D, chorda uidelicet maxima, ad totam F G, eandem seruat & media B E, hoc est, sinus totus, ad medianam F H, sinum rectū præassumpti arcus A F. Rursum, quam rationem obtinet eadem recta B D ad semicirculum, utpote B A D, & tota F G, ad subtensem arcum F A G: candem habet dimidia B E, ad quadrantem A B, atque media F H ad præassumptum arcum A F subdu-

plum ipsius F A G. Nam per 15 quinti elementorum Euclidis, quam rationem habent composite magnitudines inter se, eandem obseruant & diuisæ. Quicquid igitur de chordarum rationibus, proportionib;ue demonstratur: id & de sinuum obseruatis inter se rationibus, aut proportionibus concludatur ostensum. Sunt tamen dimidiae chordæ, sinisue recti singulorum arcuum quadrante minorum, facilioris, multoq; præciosioris offici, ampliorisue commoditatis, quam ipsæ chordæ integræ duplorum arcuum oblatorum.

Qualiter



Qualiter succedenst abula sinuum constructa sit, deque reciproca
sinuum, chordarum, & arcuum invenientia, per eandem tabulam. Caput. XIII.



THOLEMAEVS LIBRO PRIMO SVAE MAGNAE CONSTRUCTIONIS (quam uulgas nominat almagestum) subtile admodum chordarum, hoc est, rectarum linearum in circulo subtensarum inuenitiones, geometricis deductionibus ostendit: ex quibus tabulæ de chords sine rectis in circulo subtensis tandem supputavit, per quam facillimum est, dato quois arcu, subtensa inuenire chordam, & è conuerso, cuiuslibet chordæ respondentem arcum inuestigare. Diuisit itaq; diameter ipsius círculi, omnium quippe rectarum in circulo subtensarum maximam, in 120 partes inuicem æquales: qualium partium, proportionata reddidit omnium aliarū chordarū quantitatē.

Chorde per Ptolemaicum supputantur.

Nos igitur singulas chordas primum examinavimus, cui libet minuto singulari graduum semicirculi respondentes: per continuam sexagesimaru partium additionem, easdem chordas extendendo. Dein medios arcus separauimus, dimidiásq; subtensis accepimus chordas: quo sinus recti singulis minutis cuiuslibet gradus quadrantis ipsius círculi nobis restitū erentur. Cuius rei si libeat facere periculum, praesentem in exemplum examinato formulam: eandem tum ad chordarum Ptolemæi, tum ad succedentem eorundem sinuum conferendo tabulam: uidebis enim, qualiter p̄fatos sinus, ex Ptolemaica chordarum tabula deduxerimus.

Semidiámetrū círculi secundū Ptolemaicum.

Quād succedenst tabula sinuum contructa sit.

Habes igitur (ut partes ipsius tabulæ si= nuum rectorum paucis declaremus) in trans= uersum eiusdem tabulæ frontispicium, gra= dus 90, decem paginis, seu faciebus sigilla= tim ordinatos: in extremo autem & sinistro cuiuslibet paginæ latere, 60 distribuuntur minutæ, à summo uertice ad calcem distribu= ta, singulis arcuum gradibus, in transuerso cuiuslibet paginæ frontispicio collocatis de seruentia. In hunc quippe modum, ut in a= reali & communi graduum & minutorum

Declaratio ta= bulæ succeden= tis sinuum recto= rum.

angulo, siue concursu, sinus recti in partibus, qualium semidiámeter círculi, hoc est, sinus totus est 60, & partium fragmentis contineantur: singulis arcubus, ex supra notatis gradibus, & oblati ad leuam minutis integratis respondentes. Reliqua primo intuitu sunt per se manifesta.

CVM VOLVERIS ITAQ; SINVM RECTVM DATI CVIVSVIS arcus, círculi quadrante minoris, per eandem inuenire tabulam, intrabis congruam ipsius tabulæ paginam, querendo gradus integros ad uerticem, & minuta gradibus adiacentia in sinistro latere: quibus inuentis, offendes in communī graduum et minutorum angulo sinum rectum eiusdem arcus propositi, in partibus tantummo do, uel una cum eorundem partium minutis, aut secundis. Anima duertas autem è leua eorundem arealium minutorum aut secundorum regione, eum partium accipiendum esse numerum, qui sursum uel deorsum primus occurret: placuit enim eosdem partium numeros toties repetendos, de industria prætermittere, quo facilius esset columnarū distinctio, et eorundem arealium numerorum cōfusio minor.

Dato arcu qua= drante círculi minore, sinū re= stū eiusdem inu= stigare.

Proponatur exempli gratia, arcus 45 graduum, & 30 minutorū, cuius rectū uis cognoscere sinū. Intrabis ergo latera pr̄ sextā ipsius tabulæ paginā, accipiesq; gra= dus 45 ad uerticem eiusdem paginæ, 30 uero minuta in sinistro minutorū ordinet

Exemplum.

H quibus

ORONTII FINEI DELPH.

quibus obtentis, communem prospicito angulum, offendes enim partes 42, minuta 47, & 42 secunda, tantum ergo pronunciabis sinum ipsius areus dati. Quod si forte cum minutis eiusdem arcus dati, adhaerant secunda: scito ea prorsus esse negligenda, si fuerint pauciora 30. At si 30 superauerint numerum: pro eisdem secundis 1 minutum, prioribus minutis aut gradibus, sine perceptibili discrimine iungere poteris, & defuderatū sinū per laterale ingressum (ut præcepimus) inuestigare.

Præterea, si contingat oblatum arcū quadrantem excedere circuli, minorem tamen sore semicirculo: is ab eodem semicirculo demandus est, atq; residui areus sinus inquirendus. At si præfatus arcus semicirculū exuperet, necq; tres circuli quadrantes attingat: hunc auferas à tribus circuli quadratis, utpote, gradibus 270, & remanentis areus sinum rectum accipito. Idem responderenter obseretur, de arcu tribus circuli quadratis maiore: eundem à toto remouendo circulo, & cum reliquo per lateralem ingressum optatum sinum inuestigando.

SI AVTEM uerla vice, dato sinu recto, respondētē arcū optaueris: intrabis tabulam arcatim, eundem sinū rectum inter areales inuestigando numeros, nam qui ad extrema communis anguli sese offerent graduum & minutorum numeri, defuderatū arcum integrabunt. Vt si habueris sinum rectum 25 partium, unius minimi, & 28 secundorum, uolucris autem agnoscere respondentem arcum: inuenias 25 partes, 1 minutum, & 28 secunda in tertia prememorata tabulae pagina, & septima arealium numerorum columna, colliges enim ad uerticem eiusdem columnae gradus 24, ad laevum autem minutorum ordinem, 39 minuta: quantus uidelicet est ipse defuderatus, oblatūque sinū respondens arcus.

De sinibus minime reprobibilibus,
Porro si datus sinus præcitus minime reperiatur: accipendus erit is tabula sinus, qui ad ipsum datum sinum proprius accedit, & illius examinandus arcus, nullus enim subsequetur error, saltem notatu dignus, aut qui corundem sinuum corrumpere possit effectum. Vt accipe sinum proximō minorem: & illius colligitur arcus, ex gradibus & minutis integratum, clīce postmodum partem proportionalem de 60 secundis unius minutij iuxta rationem quā habet differentia sinus dati, & proximē minoris, ad differentiam qua succedens sinus eundem proximō minorem sinū excedit: per doctrinam secundi capituli ipsius quarti libri nostræ præcedentis Arithmetice practice, quam partem proportionalem, prius inuenito graduum & minutorum adiungito numero.

EX HISPATE, quām facile sit, dato arcu subtensam inuenire chordam. Nam si propositus arcus bisariam diuidatur, & alterutrius partis rectus sinus inuestigetur, per doctrinam antecedentis numeri quarti: is tandem duplatus sinus, ipsius arcus propositi subtensam chordam indicabit. Nec minus facile colligitur, quoniam pacto proposita quacunq; chorda, respondens obtineatur arcus. Quoniam si iuxta documentum antecedentis numeri quinti, cum dimidia chorda arcatim succendentem intraueris tabulam, acceperisq; sese offeretem in lateribus arcum: is duplatus integrabit arcum, quem data chorda subtendit. Quemadmodum igitur per sinus rectos mediorum arcuum, subtense chordæ obtinentur: & uerla vice, per arcus dimidiarum chordarum, subtendentes colliguntur arcus. Horum exempla dare superuacaneum judicamus: utpote, quoniam nuper elucidatam sinum rectorum & arcuum inuentionem rursum cogeremur exprimere. Vt enim sinus rectus aliquius arcus, dimidium chordæ duplatus arcus propositi dicitur: ita chordam nihil aliud esse constat, quām duplatum siue geminatum sinum dimidiū arcus dati. Porro si contingat arcum datum, cuius subtensam uis habere chordam, dimidium excedere circulum: is à toto demandus est circulo, & residui ea qua docuimus arte accipienda chorda.

Reliquum

Notālii pte
cūdis, minuis
adatentibus.

Dē arcibus
quadratis ma-
tioribus.

Dato sinu re-
cto respōdētē
arcū iuuenire,


Exemplum.

De sinibus mi-
nimē reprobili-
bus,

Corelariū de
chordarū & re-
spondētē ar-
cuū initio
p. cande sinuū
tabulam.

SO RELIQVM EST, DECLARARE QVONAM INGENIO, D A
ti cuiusvis arcus, circuli quadrante minoris, sinus uersus obtineatur, cuis cognitio
et si nostro negotio parum, idqz raro conducere uidetur; ne tamen aliquid desit,
quod ceteris deseruire, uel succendentis tabulae declarare possit amplitudinem, inue-
tionem eiusdem sinus uersi, ex praedictis succincte colligemus. Repetatur ergo cir-
culus ABCD, binis diametris AC, & BD in E centro ad rectos sese dirimentibus an-
gulos, in quatuor quadrantes distributus; itaqz datus arcus AF, & sinus rectus cuius-
dem arcus recta FH. sinus autem complemeti eiusdem

De calculando
sinu uerso cu-
mibet arcus,
succedente si-
nu rectoru-
culam.



arcus AF, hoc est, ipsius arcus BF, est recta FG, in
semidiametrum BE perpendicularis, & ipsi AE pa-
rallela. defyderatus itaqz sinus uersus ipsius arcus
dati, erit recta AH: cuius magnitudinem tali uena-
bimur arte. Quoniam recta FG aequalis est ipsi HE,
per 34 primi elementorum Euclidis (nam E F pa-
rallelogrammum efficitur) 14. primi Eucl.
Igitur si datum arcum
AF subduxeris a quadrante BA, & residui arcus si-
ue complementi BF rectum acceperis sinum FG: is
demptus a sinu toto, siue recta AE, relinquet AH, si-
num uersum eiusdem arcus proposti. Sit exempli

causa, arcus AF graduum 45, hunc auferas de 90 ipsius quadrantis gradibus, relin-
quentur pariter gradus 45: bis enim 45, componunt 90. Ipsius autem arcus 45 gra-
duum sinus rectus, per quartum huiusc capitis numerum inuenitur partii 42, mi-
nutorum 25, & 35 secundorum; quae si a sinu toto, hoc est, 60 partibus abstuleris,
relinquentur partes 17, minuta 34, & 25 secunda, tatus igitur est sinus uersus AH,
ipsius dati arcus AF. De ceteris idem iudica.

SO HINC E LVCE S C I T, si dati cuiuspiam sinus uersi proprium defyde-
raueris arcum, quoniam pacto ex praesata tabula sit colligendum. Sit enim datus si-
nus uersus AH. hic primum auferendus est a sinu toto AE, & reliqui sinus HE, qui
(ut nunc ostendimus) est aequalis FG, subtendens arcus inuestigandus, ueluti uime
ro quinto monstrauimus, is enim erit BF: que si tandem abstuleris a quadrante BA,
relinquuntur arcus AF, dati sinus uersi AH. Nec de his longiore opus est discurrere
calculum, ni forsitan antedicta prorsus ignoraueris; quod propriæ, non autem no-
stræ poteris adscribere negligentiæ.

Dato sinu uerso,
fo, arcu eiusdem
supputare.

De componenda arcum tabula, quam primi vocant mobilis: per
succedentem tabulam sinuum rectorum.

Caput. XIII.



VNT QVI MALVNT PER OBLATOS ARCVS POTIVS,
q per sinus astronomica frequenter absoluere negotia; quibus ut ua-
leamus sacre fatis, hic non duximus importunum, paucis admone-
re lectorem acutum, mathematicarum subtilitatum amatorem, q sa-
cili calculo, vulgaris arcum tabula primi mobilis appellata, per sinus rectos in suc-
cedenti tabula descriptos, fabricari possit. Per arcum itaqz, primiie mobilis ta-
bulam intelligimus eam, uel ei similem, quam Ioannes Regiomontanus mathema-
ticorum acutissimus olim addidit: quæ ideo primi mobilis uulgò nuncupatur, quo-
niam per eandem tabulam obtinentur arcum rationes, à primo motu, utpote, di-
urno (qui fit intra 24 horarum interuallum) potissimum dependentes. Hæc igitur
tabula nihil aliud comprehendit, q arcus areales, ex lateralium arcum multipli-
catione productos, & in hunc qui sequitur modum componitur.

Tabula primi
mobilis, & cur
ita nuncupata.

H 2 Ordinatis

ORONTII FINEI DELPH.

Brevis admodum compoſitio tabule pri-
mobilis. Ordinatis in primis lateralibus, atque transuersalibus graduum numeris, ab i ad usque 2 que 90 distributis: ducendi sunt sinus recti singulorum graduum transuersalium, in singulos sinus rectos lateralium graduum, uel è contra, per doctrinam quartica pitis libri tertij nostrae præcedentis Arithmetice, producti rursum numeri per si- num totum diuidendi sunt, iuxta documentum quinti capituli ipsius libri tertij, coadiuvante etiam decimo septimo numero tertij capituli libri quarti eiusdem Arith- metice: sicut enim sinus recti, quorū arcus, per antecedentis capituli numerū quin- tum inuenti, ad communem singulorum & lateralium & transuersalium gra- duum angulum reponendi sunt.

Exemplum. § Si libeat facere periculum de duodecimo gradu lateralī, & uigesimo transuer- 3 sali (nam idem erit habendum iudicium de quibuscumq; ceteris) aut è diuersitatei pe utriusq; numeri sinum rectum, per antecedentis capituli numerū quartum. Sinus itaq; 12 graduum, erit partium 12, primorum minutorum 28, & 29 secundorum: at 20 graduum sinus continere probabitur 20 partes, 31 minuta, & secunda 16. Hos itaq; sinus inuicem multiplicata, per superius allegatum caput Arithmetice: cō- surgent partes partium 4 (quarum quilibet partes 60 representat) simplices au- tem partes 15, prima minuta 59, secunda 42, tertia 34, & 44 quarta. huc si per si- num totum, hoc est 60 partes diuiseris, singulos numeros ad proximè subtiliorem denominationem cōmutando: uertentur in 4 partes simplices, 15 minuta, 59 secun- da, & tertia ferè 43. quorū omnium nuper expresso modo collectus arcus, ad com- munem utriusq; numeri angulum reponendus, est 4 graduum, 4 item minutorū, & 40 secundorum: quantum posuit idem Ioannes Regiomontanus.

Tabula sinuum
præcitoria, q
primi dicatur
mobilis.

Vides igitur, quām facile calculo, sinus in arcus conuer- 4 tantur. Præcisor tamen est usus ipsius tabulae sinuum rectorum quorumlibet arcum minutum extensorum, præfa- ta arcum supputatione, per eadē tabulam primi mobi lis adpellatam: siue lateraliter, siue areatim ingrediaris, nisi forte & ipsi arcus minutum pariter extenderentur: quod in immensum, & tædio- sum uolumen exreficeret.

Tabula primi
mobilis qualiter
minutum
extendenda.
Laterales,
Diff.
rentiae
Areales.

Id autem fieri posset, per continuam additionem partium proportionalium dif- ferentiarum tam lateralium, quām arealium numerorum: quæ quidem differētiae hoc modo sunt colligendæ. Laterales quidem, per subtractionem arealis numeri, à numero pariter areali: sed qui responderet, numero transuersali proximò maiori, & lateralī eiusdem ordinis. Areales autē, per subductionem cuiuslibet arealis & mi- noris numeri, à proximè sequenti majori & areali numero. V elut ex ipsa regio- montana tabula comprobare facile potes.

	Trans-	20	versalis.
	Uer. diu.	15 minuta.	Secunda
	4	4	40
			Arcus arealis.

SEQVITVR PRAEFATA SINVVM
RECTORVM, VEL SEMICHOR-
DARVM MINVTIM EX-
TENSA TABVLA.



Minuta

Gradus

Tabula sinuum rectorum.

55

	0	1	2	3	4	5	6	7	8
	pt. mi. [c.]	pt. mi. [c.]	pt. mi. [c.]	pt. mi. [c.]	pt. mi. [c.]	pt. mi. [c.]	pt. mi. [c.]	pt. mi. [c.]	pt. mi. [c.]
0	0 0 0	1 2 50	2 5 38	3 8 25	4 11 7	5 13 46	6 16 18	7 18 44	8 21 1
1	0 1 3	3 5 3	6 4 1	9 2 7	12 10	14 4 8	17 2 1	19 4 6	22 4
2	2 6	4 5 5	7 4 4	10 3 0	13 1 3	15 5 1	18 2 3	20 4 9	23 6
3	3 9	5 5 8	8 4 7	11 3 3	14 1 5	16 5 3	19 2 6	21 5 1	24 8
4	4 11	7 1	9 4 9	12 3 5	15 1 8	17 5 6	20 2 8	22 5 3	25 10
5	5 14	8 4	10 5 2	13 3 8	16 2 1	18 5 3	21 3 1	23 7 6	26 12
6	6 17	9 7	11 5 4	14 4 1	17 2 4	20 1	22 3 3	24 5 8	27 15
7	7 20	10 9	12 5 7	15 4 4	18 2 6	21 4	23 3 6	26 0	28 17
8	8 23	11 12	14 0	16 4 6	19 2 9	22 6	24 3 8	27 3	29 19
9	9 26	12 15	15 3	17 4 9	20 3 2	23 9	25 4 0	28 5	30 21
10	10 28	13 18	16 6	18 5 2	21 3 4	24 12	26 4 3	29 7	31 23
11	11 31	14 21	17 8	19 5 5	22 3 7	25 14	27 4 5	30 10	32 26
12	12 34	15 24	18 11	20 5 7	23 4 0	26 17	28 4 6	31 12	33 28
13	13 37	16 26	19 14	22 0	24 4 2	27 19	29 5 0	32 14	34 30
14	14 40	17 29	20 17	23 3	25 4 5	28 22	30 5 3	33 17	35 32
15	15 42	18 32	21 20	24 6	26 4 7	29 24	31 5 5	34 19	36 34
16	16 45	19 35	22 23	25 8	27 5 0	30 27	32 5 8	35 21	37 37
17	17 48	20 38	23 26	26 11	28 5 3	31 29	34 0	36 24	38 39
18	18 51	21 40	24 28	27 14	29 5 9	32 32	35 3	37 26	39 41
19	19 54	22 43	25 31	28 16	30 5 8	33 34	36 5	38 28	40 43
20	20 57	23 46	26 34	29 19	32 0	34 37	37 7	39 31	41 45
21	21 59	24 49	27 37	30 22	33 3	35 40	38 10	40 33	42 47
22	22 2	25 52	28 40	31 25	34 6	36 42	39 12	41 35	43 50
23	24 5	26 55	29 42	32 27	35 0	37 45	40 15	42 37	44 52
24	25 8	27 57	30 45	33 30	36 11	38 47	41 17	43 40	45 54
25	26 11	29 0	31 48	34 33	37 14	39 50	42 20	44 42	46 56
26	27 14	30 3	32 51	35 35	38 17	40 52	43 22	45 44	47 58
27	28 10	31 5	33 52	36 38	39 19	41 55	44 25	46 47	49 0
28	29 19	32 8	34 56	37 41	40 22	42 57	45 27	47 49	50 3
29	30 22	33 11	35 59	38 44	41 26	44 0	46 30	48 51	51 5
30	31 25	34 14	37 2	39 46	42 27	45 3	47 32	49 54	52 7
31	32 28	35 17	38 5	40 49	43 30	46 5	48 34	50 56	53 9
32	33 31	36 20	39 7	41 52	44 32	47 8	49 37	51 58	54 11
33	34 33	37 23	40 10	42 53	45 37	48 10	50 39	53 1	55 13
34	35 36	38 25	41 13	43 57	46 38	49 13	51 42	54 3	56 15
35	36 39	39 28	42 16	45 0	47 40	50 15	52 44	55 5	57 17
36	37 29	40 31	43 18	46 3	48 59	51 15	53 46	56 7	58 20
37	38 45	41 34	44 21	47 5	49 46	52 20	54 49	57 10	59 22
38	39 48	42 37	45 24	48 8	50 45	53 23	55 51	58 12	60 24
39	40 50	43 39	46 29	49 11	51 21	54 52	56 54	59 14	61 36
40	41 53	44 42	47 30	50 13	52 53	55 28	57 56	60 0	61 16
41	42 56	45 45	48 32	51 16	53 56	56 30	58 59	61 19	63 30
42	- 43 50	46 48	49 35	52 19	54 59	57 33	7 0 1	2 21	4 32
43	45 2	47 53	50 38	53 22	56 1	58 35	1 3	3 23	5 34
44	46 5	48 53	51 41	54 24	57 4	59 36	2 6	4 26	6 36
45	47 7	49 56	52 43	55 27	58 7	6 0 41	3 8	5 28	7 39
46	48 10	50 59	53 46	56 30	59 9	1 43	4 10	6 30	8 41
47	49 13	54 2	54 49	57 32	5 0 12	2 45	5 13	7 32	9 43
48	50 16	53 5	55 51	58 35	1 14	3 48	6 15	8 34	10 45
49	51 19	54 7	56 54	59 38	2 17	4 50	7 18	9 37	11 47
50	52 22	55 10	57 57	4 0 40	3 20	5 53	8 20	10 39	12 49
51	53 24	56 13	59 0	1 43	4 22	6 55	9 22	11 41	13 51
52	54 27	57 16	3 0 21	2 46	5 28	7 58	10 28	12 43	14 53
53	55 30	58 19	1 5	3 49	6 27	9 0	11 27	13 46	15 55
54	56 33	1 59 21	2 8	4 51	7 30	10 3	12 30	14 46	16 57
55	57 36	2 0 24	3 10	5 54	8 33	11 5	13 32	15 50	17 59
56	58 39	1 27	4 13	6 57	9 35	12 8	14 34	16 52	19 1
57	0 59 41	2 30	5 16	7 59	10 38	13 10	15 37	17 55	20 4
58	I 0 44	3 33	6 19	9 2	11 40	14 13	16 39	18 57	21 6
59	1 47	4 35	7 22	10 5	12 43	15 15	17 41	19 59	22 8
60	I 2 50	2 5 38	3 8 25	4 11 7	5 13 46	6 16 18	7 18 44	8 21 1	9 23 10

arcuum.

Rectæ

subtensæ.

H 3

Gradus

ORONTII FINEI DELPH.

Minima	Tabula sinuum rectorum.										arcuum.
	9	10	11	12	13	14	15	16	17		
Gradus	pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe. pt. [mi.] fe.										
0	9 23 10	10 25 11	11 26 55	12 28 29	13 29 49	14 30 55	15 31 45	16 32 18	17 32 32	18 32 32	
1	24 12	26 10	27 56	29 30	30 51	31 56	32 46	33 18	33 32	33 32	
2	25 14	27 12	28 58	30 32	31 52	32 57	33 40	34 18	34 32	35 32	
3	26 16	28 14	30 0	31 33	32 53	33 58	34 47	35 19	35 32	35 32	
4	27 18	29 15	31 1	32 35	33 54	34 59	35 48	36 19	36 32	36 32	
5	28 20	30 17	32 3	33 36	34 55	36 0	36 48	37 19	37 33	37 33	
6	29 22	31 19	33 5	34 37	35 57	37 1	37 49	38 20	38 33	38 33	
7	30 24	32 21	34 6	35 39	36 58	38 2	38 49	39 20	39 33	39 33	
8	31 26	33 23	35 8	36 40	37 59	39 3	39 50	40 21	40 33	40 33	
9	32 28	34 25	36 10	37 42	39 0	40 4	40 51	41 21	41 33	41 33	
10	33 30	35 26	37 11	38 43	40 1	41 4	41 51	42 21	42 33	42 33	
11	34 32	36 28	38 13	39 45	41 1	42 5	42 52	43 22	43 33	43 33	
12	35 34	37 30	39 15	40 46	42 4	43 6	43 53	44 22	44 33	44 33	
13	36 36	38 32	40 16	41 48	43 4	44 7	44 53	45 22	45 33	45 33	
14	37 38	39 34	41 18	42 49	44 6	45 8	45 54	46 23	46 33	46 33	
15	38 40	40 36	42 20	43 50	45 7	46 9	46 55	47 23	47 33	47 33	
16	39 42	41 38	43 21	44 52	46 8	47 10	47 55	48 23	48 33	48 33	
17	40 44	42 39	44 23	45 53	47 9	48 11	48 56	49 24	49 33	49 33	
18	41 46	43 41	45 24	46 54	48 11	49 12	49 56	50 24	50 33	50 33	
Quibus absolutis, quam rationē habebit erectus baculus A C, ad partem A F, eam seruabit & data A B linea, ad ipsius baculi quātitatem. Ut si baculus fuerit pedū 6, A F autē duos tantūmodo pedes cōprahendat: quoniā 6 ad 2 triplā rationē obser uāt, codē modo pposita A B lōgitudo, ter eōtinebit 6 eiusdē baculi pedes, hoc est 18.

Dedictio præ
dictorū gome
tricū.

Trianguli enim B C F, tres anguli binis rectis sunt aequales, per 32. primi elemē 3 torū Euclidis, sed B C F angulus rectus est, igitur reliqui duo CBF & BFC uni recto sunt aequales. Eadē quoq; ratione duo anguli A CF, & CFA, trianguli ACF, uni

recto aequaliter angulo: nā tertius CAF rectus est. Ergo duo anguli CBF & BFC, duobus angulis ACF, & CFA sunt inuicē aequales: propterē q; eidē angulo, uni uidelicet recto co-

quantur. At si ab eiusdē aequalibus an-
gulis, idē eō-
munis, utpo-



te BFC, tollatur angulus: reliquis CBA reliquo ACF erit per communē sententiaā aequalis. Atquī angulus BAC aequalis est angulo CAF, nā uterq; rectus: & reliquis igitur angulus ACB reliquo CFA erit itidem aequalis. Aequiāngula igitur sunt binia triangula ABC, & ACF, quare et qua eircū aequaliter angulos latera, pportionalia: per 4sexti elemētorū eiusdē Euclidis. Ergo sicut ACF baculus, ad lineaueulā AF: ita sicut A B, pposita lōgitudo, ad erectū baculū A C, qd' oportuit demonstrasse.


Alia instrumenti descriptio, quo rectarum & inaccessibilium linearum, in terrestri, vel orthogonali erec̄to plano constitutarum adspicitur longitudi. Caput VI.



V N T P L A E R V N Q V E L I N E A E R E C T A E, in transuersum aut plani terrestris, aut super ipsam telluris superficieē orthogonaliter erecti constituta, neutrum extremorum sive terminorum habētes accessibilem: quæ quidē ita collocata uel imaginata re-
cte lineæ, sub mensuram diuerso uidentur sineidere modo. Viam tamen certiore & omnium facillimam tibi sclegimus: quam paucis & aperte, in hunc qui sequitur modum aperire, non duximus importunum.

Compositio
baculū mēnorū.


Præparetur baculus quidam undequaque rectissimus, moderatè crassus, liberæ 2 (sed trium ad minus eubitorum) longitudinis: qualem tibi repræsentat A B. Is autem baculus in partes aliquot inuicē aequales libere distribuatur: utpote 10, uel 8, aut 6, prout commodius occurrerit. Alius rursum baculus fabricetur, priori similiis, sed tantæ solummodo longitudinis, quanta fuerit una partium eiusdem majoris A B: cuiusmodi est C D. Hie porrò minor baculus in medio, scilicet A, tali perso retur industria: ut per foramen A, maior baculus A B transire, & idem minor C D utrinq; retrocedere faſile possit, rectos semper cum eodem maiore conficiens angulos, uti præsens figura monstrat.



Sit ergo

SO SIT ERGO PRIMVM DATA INACCESSIBILIS LINEA F G, in transuersum plani terrestris collocata: hanc si per datum uolueris metiri baculum, ita facito. Moueto baculum minorem C D, super quam libuerit maioris baculi distinctionem: uerbi gratia super secundam, ab A termino uersus B. Posito deinde oculo ad A, & depresso maiore baculo uersus F G mensurandam lineam rectam: conuertas extrema baculi minoris ad ipsius metriæ linea terminos, hoc est, dextrum D ad dextrum G, & sinistrum C ad lauum F. Accedas postmodum, uel tandem retrocedas, donec per C & D eiusdem baculi minoris extrema, uisualibus radiis A C F & A D G, utruncq; metienda linea terminum simul comprehendas: quo facto, locu stationis pedum tuorum H notula signabis, Rursum eundem baculum minorem C D, moueto in proximam distinctionem ipsius baculi maioris: sed uersus A, si cogaris ad metiendam accedere lineam, aut uersus B, si ab eadem linea retrocedere uelis, ut in succedenti descriptione figuratur, ubi inter A & E, tres sunt baculi partes. Et rursum oculo ad A posito, accede uel retrocede, quatenus præfatos terminos F & G linea datae, per eadem extrema C & D minoris baculi, unico pariter aspectu comprehendere possis, quod dum feceris, huiusc stationis secundæ locum obsignato, uerbi gratia notula. Quantum igitur erit inter primam stationem & secundam, hoc est, inter H i notulas, tantam esse concludas propositam lineam F G. Metiatur ergo H I, & habebitur ipsius F G longitudo.

Quomodo
ne in transuer
sum plani irac
cellibilis collo
cata per ipsum
metiatur bacu
lum.




NON ALITER OPERANDVM EST, SI EADEM LINEA F G, aut quævis alia, in transuersum parietis alteriusue plani, ad perpendicularium erecti, & inaccessibilis, metienda proponatur. Facto enim primo examine ad situm H, & iterum retrocedendo ad locum I, fueritq; primum A E duarum partium, & in I trium similium: Vel econtra primo discursu factu in I, & accedendo rursum in H, fueritq; primum A E trium partium, & duarum similium in H: cœcludatur (ut prius) datam lineam FG tantam esse, quanta est duarum stationum intercededo H I. Necq; opus est nouu, aut repetito discursu: cum eadem sit ars, idem operandi modus, siue data linea in plano, aut in sublimi fuerit transuersaliter collocata.

De linea recta
in transuersum
erecti planicō
stiruta.

ORONTII FINEI DELPH.

In maiorem tamen singulorum elucidationem, & faciliorem operationis intelligētiām subiectam placet annexere descriptionem.



De lineis inaccessibilibus ad predictulū collocatis.

S E A D E M V E L A E Q U E F A C I L I V I A, R E C T A 5
rum & inaccessibilium linearum, ad planum in quod perpendiculariter incidentū
minime peruenientium, per ipsum baculum, poteris obtinere longitudinem: Cuīus
modi sunt linea recta, in longum & rectum domorum, turriū, aliorūmue ædifi-
ciōrum, super montem, aut alium sursum eleuatum locum constitutæ, quarum per
ipsum quadratum geometricum, suo loco docebimus inuestigare quantitatem.

Nec minus facilē poteris, quaruncq; scenestrarum, aliarūmue rerum, super
plana telluris superficie perpendiculariter incidentium, per eundem baculum, lon-
gitudinem simul atq; latitudinem metiri: quemadmodum tu ipse(ni prorsus inge-
nio careas) ex predictis collige: haud difficultē potes. De his ergo latis: nunc ad
rectarum linearum, super terrestri plano ad rectos angulos erectarum, compelli-
mūr accedere mensuram,

Quoniam ingenio linea recta, supra terrestre planum orthogonaliter
erecta, per quadratum metiantur geometricum. Caput. VII.

Generalis ope-
randi modus.



F F E R A T V R M A I O R I S E V I D E N T I A E C A V S A, I
linea recta, cuius metienda proponatur longitudo, sitq; E G, uel E H,
aut E K, in longum rectumq; turris E K H G, super datum planum A
E perpendiculariter incidentis constituta. Igitur super eodem circu-
posito plāno, quadratum A B C D in hunc modum collocetur, ut diuisa B C & C D
latera, ad ipsam lineari datam rectissimē conuertat̄ur: id enim semper uidetur esse
necessarium. Posito deinde oculo ad punctum A, levetur aut deprimitur ipsa re-
gula: quousq; radius uisualis ex A, per utraq; pinnacidiōrum foramina, ad ipsius da-
tae linea peruenient terminum. Quo facto, confideretur eiusdem regula sectio:
an scilicet cadat in punctum C, medium inter utraq; latus B C, atq; C D, uel in ip-
sum latus B C, aut latus C D: quoniām alio non potest incidere modo.

C A D A T E R G O P R I M U M in latus C D, utpote, in F: sitq; metienda li- 2
nea E G, tunc ipsa E G linea, maior erit intercepta longitudine plani A E, candemq;
rationem habebit ad A E, quam latus A D obtinet ad sectam partem D F. Ut si D
F extiterit 40 partium, qualium singula quadrati latera sunt 60: quoniām 60 ad
40 sesquateram rationem efficiunt, haud dissimiliter E G linea semel continebit A
E longitudinem, & dimidiam insuper eiusdem partem. Ergo si A E longitudo, fue-
rit in exemplum 18 cubitorum: E G linea proposita, similiūm cubitorum erit 27.
Hoc autem

Quando linea
data maior est
intercedens
planū.

Hoc autem ita demonstratur. quoniam bina triangula A D F, & A E G sunt æquivalentia. Angulus enim D A F, æqualis est A G E angulo. per 29 primi elementorum Euclidis: & per eandem angulus A F D, angulo E A G pariter æqualis. uterque autem A D F, & A E G angulus rectus est: quare & inuicem æquales. Aequivalentia igitur sunt triangula A D F, & A E G: quorum latera æquales angulos subtendentia, per 4 sexti corundem elementorum, erunt inuicem proportionalia. Igitur sicut latus A D ad secundam partem D F: sic data linea E G, ad plani longitudinem A E.

Discursus praeditorum geometricorum.

3 SED IN C I D A T regula in C, estoque propositum metiri E H. Clarum est ipsam lineam E H, tunc æquari plano A E. Quoniam bina triangula A B C, & A E H, sunt rursum æquivalente: quemadmodum ex eadem 29 propositione primi deducere haud obscurum est. Igitur per ipsam nuper allegatam quartam sexti, sicut latus A B ad latus B C, ita plani longitudine A E, ad datam lineam E H: respiciunt enim æquales angulos, utpote rectos. Atque A B, & B C latera sunt inuicem æqualia: igitur ipsa plani longitudine A E, proposita linea E H similiter æquabitur. Ut si exempli gratia A E fuerit cubitorum 18, inferatur ipsam lineam E H propositam, similium cubicorum iridem esse 18. Metire igitur A E, & habebis E H. In similibus, similiterque positis lineis, haud aliter est procedendum.


4 Q V V M autem præfata regula ceciderit in latus B C, uidelicet in 1: tunc eadem longitudine plani A E, inter oculum & basim metiendæ altitudinis intercepta, propositam lineam superabit, & in ea ratione, qua latus quadrati uincit eiusdem latitudinis occurrentem partem. Esto enim E K proposita atque metienda linea: manifestum est, bina triangula A B I, & A E K esse inuicem æquivalente, id enim pari ratione deducitur, quæ de triangulis A B C, & A E H data est: per sapientius adductam 29 primi.

Qæ plani longitudine daram superat altitudinem.

Sunt autem (ut prius) anguli A B I, & A E K inuicem æquales: nempe recti. Igitur A B, & B I latera, cum lateribus A E & E K per eandem quartam propositionem sexti, sunt proportionalia, quam rationem igitur habet latus A B, ad secundam partem BI: eam feruat A E longitudine, ad datam lineam E K. Ponatur exempli causa B fore 40 partium, qualium totum quadrati latus est 60. quemadmodum igitur 60, ad 40, sesquiteram uidentur habere rationem: codem modo A E intercapedo, semel continebit E K, & dimidiam eiusdem partem. Metire itaque longitudinem

A E, auferque terciam eiusdem partem: et habebis E K. Ut si eadem A E fuerit 18 cubitorum:

concluas, E K similium cubicorum fore 12. Idem habeto iudicium de similibus quibuscumque longitudinibus, pro uarietate sectionum occurrentibus.



ORONTII FINEI. DELPH.

Corolarium
notandum.

SEX H I S C O L L I G I T V R , quām facile fit, rectā cuiuslibet, & ad perpen- 5
diculum erectā linea, sed cum plano minime cōcurrentis, dimitiri longitudinem:
cuiusmodi est linea G H . Nam inuentis longitudinibus ipsarum E G . & E H , per
eam quam nunc tradidimus artem: si subtrahatur E H longitudo, ab ipsius E G , lon-
gitudine, relinquetur G H . Vt pote, si E G reperta sit cubitorum 27 , E H uero 18:
& eadem 18 abstuleris à 27 , relinquetur pars G H cubitorum 9 . Haud alienum
habendum est iudicium, de G K , uel H K , aliaue simili, similiterq; posita linea recta:
cuiusmodi sunt fencestrarum, aut prominentium aedificiorum longitudines,

Vt p̄fecte linea recta in dictum perpendiculariter erecta, per quadratum in circuli qua-
drante descriptum emeantur. Et primum ex umbrarum ratione. Cap. VIII:



V A M V S V M B R A R V M D I S C R I M I N A , C O N T I N G E N T
tēsue ad sua umbrosa rationes, suo loco discutere proposuerimus,
quarto uidelicet libro succendentis cosmographiae nostrā: nō duximus
tamen importunum, ea paucis in prægustamētūm hic tradere, quā re
rum super terrestre planum orthogonaliter erectarum præstare uidentur altitudi-
nem. De umbris itaq; nunc intelligimus, quā recta vocātur: id est, quā in longum
& rectum plani terrae extenduntur, & rectos cum umbrōlo faciunt angulos, cu-
iū modi sunt umbræ turriū, aliarūmē rerum ad perpendicularum super terrestre
planum erectarum. Omnes autem umbræ rectæ, oriente uel occidente Sole, in infini-
tum protendūt; eo autem sursum aſcendente decreſcit huiuscemodi umbrarum
longitudo, idq; ſucessiū, quo uocē Sol ad meridiem peruererit, ubi tunc umbræ re-
cta ſolent acciderē minimā. Porro à meridiē in occafum declinante Sole, præſatæ
umbræ rectæ uero augmentantur ordine, ſuntq; tanto maiores, quanto Sol occa-
ſu propior extiterit: ea tamen lege, ut in punctis æqualiter à meridiē distantib⁹
Sole conſtituto, eadem umbrarum longitudo contingat. Ex rectis igitur umbris,
officio quadrati geometrī in circuli quadrante descripti, cuiuscemodi rerum ere-
ctarum ita uenatur altitudo.

Umbrarum
rectarū crema-
to ergo decre-
mento.

De umbrarum
rectarū crema-
to ergo decre-
mento.

Operandi mo-
dus.

Quādo umbra
maior ē i um-
broſi longiudine

Discursus pre-
dictorū geo-
metricus.


O B I I C E S O L , i radianti ſinistrum latus, & lauum ipsius quadrantis pīma- 2
cidium, leua poſtmodum, uel deprime quadrantem (liberè ſemper demiffo perpen-
diculo) quatenus ſolaris radius pertranscat utrumq; foramen corundem pīnacido-
rum. Quo ſacto, conſy deretur caſus, ſue contactus ipsius filii. Nam ſi filum incide-
rit in latus B C (quod eueniſe ſolet, quoties altitudo ſolaris excedit 45 gradus) utpo-
te, in punctum E medium inter B & C: tunc umbra maior erit umbroſi longitudi-
ne, & in ea ratione, qua ſe habent 12 partes, hoc eft totū latus quadrati, ad ipfas par-
tes filo compræhensas. Vt ſi, exempli cauſa, 6 intercipiantur partes, ſitq; proposita
& metienda altitudo G F , eius umbra G I ſolari radio H I terminata: quoniam 12 ad
6 duplam uidentur obtinere rationē, & respondentē umbra G I bis continebit pro-
positam altitudinem G F . Bina enim triangula A B E , & F G I ſunt inuicē æquian-
gula. angulus A B E , æquus eft angulo F G I: uterq; enim rectus eft. angulus quoq;
A E B , æquatur angulo G F I: ut pote, quoniam æqualis eft alterno D A E , qui eidem
angulo G F I interior & oppoſito æquatur, per 29 primi elementorum Euclidis,
reliquis igitur angulis B A E & cliquo G I F per 32 primi eorundem elementorū eft
æqualis. Aequiangula ergo ſunt ipſa triangula A B E & F G I: quapropter & latera
quaē circū æquales ſunt angulos inuicem erunt proportionalia, per 4 ſexti eiusdē
Euclidis. Sicut igitur A B ad B E , ita G I ad G F altitudinem. Metire itaq; umbram
G I, ſitq; in exemplum 20 paſſuum: & tria habebis manifesta. Vnde ſi per regulam
quatuor proportionalium, duxeris umbram in partes filo cōpræhensas, & pductū
diuiferis

diuiseris per latus eiusdem quadrati: quotiens ex diuisione propositam indicabit al titudinem. Vt in assumpto nuper exemplo, duc 20 in 6, consurget 120: quæ diu de per 12, & prouenient 10, tot igitur passum pronunciabis altitudinem G F.

3 QVOD SI FILVM perpendiculari eciderit in punctum C, utriusq; lateris in termcdium: tunc omnis umbra proprio aequatur umbroso, metienda itaq; solum est umbra, & proposita colligetur altitudo. Id autem sit, quoties altitudo Solis est præcisè 45 graduum. Exemplum habes de eadem altitudine G F, Sole in K existente: cuius radius K L, umbram G L eidem umbroso G F, aequalē finire uidetur. Quod ita geometrico discursu manifestatur, quoniam triangula A CD & F GL sunt rursum aequiangularia, angulus em C A D intrinseco & opposito G F L est aequalis, per superius allegatam 29 primi elem̄torum Euclidis, item angulus A D C angulo F G L (nēpe rectus recto) aequatur, & reliquus igitur angulus A C D reliquo F L G aequalis est, per eandem 32 primi. Ergo sicut A D ad D C, ita F G ad G L, per 4 sexti eorum elementorum. Atqui latus A D lateri D C est aequalē: & G F igitur altitudo ipsi umbrae G L responderet aequatur.

4 SI AVTEM IDEM filum inciderit in latus C D (cū uidelicet altitudo solaris maior fuerit 45 gradibus) tūc umbra erit umbroso, siue rci altitudine minor: in ea quippe ratione, quam habent partes filo interceptæ ad 12. Sit rursum in exemplum casus fili in pūctum E, & ipsa D E partium 6, qualium C D latus est 12, sitq; umbra G N, radio solaris M N terminata, ea autē existat 5 passuum: quoniam igitur 6 ad 12 subduplum uidentur habere rationem, eodem modo umbra G N dimidium erit altitudinis G F. Hoc autem in hunc modū demonstratur. Duo namq; triangula A D E & F G N sunt inuicē aequiangularia, quemadmodū per citatas 29, & 32 primi elem̄torum Euclidis propositiones, deducere haud diffīcile est: & angulus A D E angulo F G N per quartum postulatum aequalis. Igitur per 4 sexti eiusdem Euclidis, si cut E D ad D A, ita N G ad G F. Duc itaq; per regulam 4 proportionalium, numerū passuum ipsius umbrae, utpote 5, in 12, & consurgentem numerum, qui erit 60, partire per interceptas partes lateris C D, hoc est D E: nam quotiens ex diuisione numerus, oblatam indicabit altitudinem G F, quam experieris esse 10 passuum, quantam per umbram eadem altitudine maiorem offendimus. Nec dissimiliter operab̄is q̄tacunq; acciderit umbra, quotquotē partes alterutrius lateris B C aut C D fue-

rint ab ipso filo cōp̄ræ hēfæ. Horū omniū proximā, & ad uiuā singulorū eluci- dationē de- pictam acci- pito figu- rā: quae te in similibus umbrarum obserua- onibus diri- gere potē- rit,



Dum umbra
suo aequatur
umbrolo.

Demōstratio
huius partis

De umbra al-
titudine, uel
umbrolo mi-
nore.

Probatio geo-
metrica.

ORONTII FINEI DELPH.

De predictarum linearum mensura, per eundem quadratam, atque umbrarum,
sed radiorum usus, consideratione.

Caput IX.



Generalis operandi via.

ONTINGIT PLAE RVNQVE, DVM HVIVS MODI RE =
rū metiri uolumus altitudines, radios solares, ob interpositā nubiū ca
liginem, adeo fieri debiles, ut nulla prorsus accidat umbra; utendū est
itaq; radio usus, in hunc qui sequitur modū. Obisse leuum ipsius
quadrantis pinnacidūm uerticē metiēd& & propoūtē altitudinēs, reliquum uero
alterutro adplica oculo. Deinde leua aut deprime quadratam (libero semper exi
stente perpendiculari) quo usq; metienda rei lastigium per ambo pinnacidiū con
spexeris foramina. Quod cū ita seceris, animaduertas ubinā inciderit filum ipsius
perpendiculi. Cadet em̄ necessario in latus B C, uel in latus C D, aut in punctū C inter
duo latera mediū: prout basi ipsius rei mensurād& propior, aut remotior extiteris.

Quando altitu
do proposita
maior est inter
capdine plani

INCIDAT ERGO PRIMVM ipsum filum perpendiculi in latus C D, in
punctum uidelicet E, sitq; proposita & metienda turris altitudo G F. Demittendum
est itaq; ab inspectore oculo in terram paratum ad hoc perpendiculum filo colli
gatum, ut D H: & pars ipsius D H retrorsum adiungēda, in ea quippe sumpta rati
one, quam habent partes D E ad 12. Vt si D E fuerit in exemplum partium 6: quo
niam 6 dimidium sunt de 12, addes igitur mediā ipsius D H partē, utpote H I, in re
ctum G H. Erit itaq; recta G I loco umbrae & punctum I in quod incideret radius
solaris ipsius umbræ terminatiuus. Manifestum est igitur, rectam G I minorē
esse G F altitudine: & in ea ratione, quam obseruant partes D E ad latus A D. Sunt
enim bina triangula A D E & F G I inuicem aequivalē, & habentia quaē circum
aequales sunt angulos latera proportionalia: quemadmodum numero quarto an
tecedentis capitil octauū demonstrauimus. Supponatur exempli causa, G I fore 9
passuum. Si duxeris ergo 9 passus in 12, fiēt 108: quaē diuisa per 6 partes D E, relin
quunt pro quotiente 18, tot igitur passuum similium erit altitudo G F.

De plani lon
gitudine pro
posita altitudi
ni aequali.

AT SI IDEM FILVM cadat in punctum C, in longum & rectum diaogo
nalis A C, eiusdem quadratis A BC D, demissa ab oculo perpendiculari D K, quoniā
trianguli A D C duo latera A D & A C sunt inuicē aequalia, tota D K retrorsum ipsi
G K uenit adiungenda, utpote K L. Quanta igitur fuerit G L, tam esse pronunciabis
datam & metiendam altitudinem G F. Est enim G L umbræ longitudo, quaē fieret



Sole 45 gradibus eleuato: unde fit, ut sicut AD ad DC , ita L G plani longitudo ad GF altitudinem. Triangula enim ADC , & FG sunt isoscelia, & æquiangula, ob idq; proportionalia inuicem habentia latera: ueluti præcedens oœtaui capitis numero tertio geometricè deduximus. Mettre itaq; GL , & habebis GF altitudinem: utruncq; autem ex præassumpto nuper exemplo, erit paſſuum iſ. Nō aliter iudicabis de ceteris.

4 P O R R O S I C O N T I N G A T ipsum filum secare latus BC , ut in puncto E , sitq; perpendicularis ab oculo in terram M ; operandum est in contrarium secundi numeri huiusc capitis. Quam enī rationem habet latus AB ad BE , in ea ratione pone MN ad MD perpendicularē. Ut si BE fuerit partium 6, qualium totum latus est 12: quoniam 12 ad 6 duplam cōstat obtinere rationem, ipsa MN bis contineat debet eandem MD . Supplebit igitur punctum N casum ipsius radij solaris, eritq; GN loco umbræ, per quam GF inuestigaretur altitudo, Sole supra 45 gra. eleuato. Esto uerbi gratia GN paſſū 36, due igitur 36, in 6 partes ipsius BE , convergent 216: que dñide per 12, fient pro quotiente 18, quot paſſuum eadem altitudinem GF , per secundum et tertium huiusc capitis numerum inuenimus. Ex eodē nanq; secundo numero eiusdem capitis immediate præcedentis relinquitur manifestum, rectam GN superrare GF altitudinem, atq; eam habere rationem ad ipsam GF , quam habent 12 ad partes BE . Triangula enim ABE & FGN sunt rursum æquiangula, & queæ æquales respiciunt angulos latera inuicem proportionalia: quemadmodum eodem secundo numero præallegati capitis oœtaui imediatè præcedentis ostendimus.

Dum altitudo
ab intercapedi-
ne plani supe-
ratur.


5 S O I D E M I N V N I V E R S V M H A B E B I S , S I D I S T A N T I A M A basi rei mensurandæ, adeasum perpendicularis ab oculo ad terram occurrentem, proportionaliter acceperis, quemadmodum ratio partium BE aut DE , ad 12 lateris partes, uel è contra requiri: iuncta semper confurgenti mensurarū numero, eadem perpendiculari ab inspectore demissa oculo. Quod ut clarius cluēscat, repetatur in exemplum altitudo GF , incidatq; per radij uisualis obseruationem perpendicularium in latus BC , ipsum intersecans ad punctum E ; si autem BE partium 8, qualium latus quadrati est 12, & demissa perpendiculari DH , producatur recta DI intercapendi GH parallela.

Alius operan-
di modus, om-
nibus commu-
nis.

Exemplum cū
de monstra-
tione.

Euidens itaq; relinquitur ex 29 & 32 primi elemotorum Euclidis, bina triāgula APE & FDI esse inuicem æquiangula; ueluti proximo cap. deduximus. Fit igitur per 4 sexti corundem elementorum, sicut AB ad BE , ita DI ad IF . Ipsi autē DI est æqualis GH , per 34 primi ipsius Euclidis est enim $DHGI$ parallelogramū: sicut igitur AB ad BE , ita GH ad IF , nā æquales ad candē, candē habēt rationem, per 7 quinti eiusdem Euclidis. Sicut

ergo GH in
exēpli gra-
tia cubitorē
18: quoniam
12 ad 8 se-
qualterā ui-
denī habe-
re rationē; similiterq; GH semel cōtinebit IF , & dimidiā insuper eiusdem partem.
Duc



ORONTII FINEI DELPH.

Duc itaq; 18 cubitos G H, in 8 partes ipsius B E, sicut 144: q; si diuiseris per 12, proueniet rursus 12, tot igitur cubitorum est I F: cui si addideris D H perpendicularē, 4 umeri gratia cubitorum, conflabitur altitudo G F cubitorum 16. Ipsa nanque D H est æqualis G I, per eandem 34 primi. Idem fiat responderenter de ceteris, ubique ceciderit perpendicularum: quantacunq; etiam fuerit intercapedo G H. Primus tamen operandi modus, magis uidetur cōuenire cum umbrarum rationibus; unde prima fronte rudioribus magis utruncq; placebit.

Quoniam rursus modo eadem linea super dato piano orthogonaliter eleuata, alter quoniam per utrumque quadratum metatur geometricum. Capit X.



OTERIS ETIAM, IN DEFECTVM VTRIVSQUE

quadrati (ne aliquid huic faciens negocio prætermittamus) earūden linearum ad rectos angulos erectorum, aliter inuestigare longitudinē: per baculum uidelicet ad hoc præparatum, aut planum debitæq; magnitudinis speculū. In primis itaq; baculus præparet rectissimus, moderatæ quidem longitudinis, in 12 partes æquales, utpote, palmos, aut pedes, alias mensuras (prout commodius acciderit) solito more distributus. Erigatur postmodum ipse baculus orthogonaliter super dato & circumposito piano, quod rectos cum altitudine data facit angulos. Demissio consequenter in terram oculo, recede, uel accede ad ipsum baculum, donec uerticem, aut supræmum ipsius rei mensurādæ fastigium per eleuatum eiusdem baculi terminum rectissimè conspexeris. Quo facto, metire interuallum oculum tuum & pedem baculi interceptum, eisdem quippe mensuris aut partibus, in quas præfatum baculum distribuisti. Nam quam rationem habet ipse baculus ad idem interuallum, eam habet & altitudo proposita ad plani longitudinem, oculum tuum & basim eiusdem altitudinis interceptam.

Modus metien
di rerum altitu
dines p baculu

Prima exēpli
differencia

Secunda exēpli
differencia

Tertia exēpli
differencia

V N D E S I baculus & præfatum interuallum inuicem æquentur, tantam esse 2 concludas propositam altitudinem, quantum fuerit inter oculum tuum & ipsius altitudinis basim. Vt in succedenti figura exemplū uidere licet, de baculo C D, interuallo A C æquali, inter oculum A & pedem baculi C comprehenso. Ex quo respondenter elucescit, propositam altitudinem B E, æqualem esse piano A B, eundem oculum A, & punctum B intercepto, quorū utruncq; sexies eundem baculū cōpræhendit.

S I A V T E M euenerit, ut prædictum interuallum sit baculo minus: tunc altitudo proposita maior erit eadem intercapidine plani, inter oculum tuum & basim eiusdem altitudinis compræhensa: habebitq; eam rationem eadē altitudo ad ipsum plani longitudinem, quam baculus ad interuallum oculum tuum & baculi pedem interceptū. Vt uidere non est difficile de baculo F G, & interuallo A F duarum tantummodo partium, qualium idem baculus est trium similum atq; metienda altitudine B H. Quemadmodum enim baculus F G semel continet interuallum A F, & dimidiā eiusdem partem: eodem modo altitudo B H semel compræhendit A B longitudinem, atq; medianam eius partem. Qualium igitur partium A B lōgitudo fuit 6, talū & B H erit 9. Addenda est itaq; dimidia ipsius A B suæ totali longitudini, ut præfata consurgat altitudo B H. Idem obseruabis in similibus.

P O R R O S I iam dictum interuallum maius sit eodem baculo: & præfata longitude plani maior erit altitudine proposita: & in eadem ratione præfata superabit altitudinem, quam habet idem interuallum ad ipsum baculum mensurum. Huius partis habes in exemplum baculum I K, ad quem interuallum A I se qualiteram rationem habet: unde fit, ut A B longitudine plani semel compræhendat altitudinem

B L, & medium insuper eiusdem partem. Igitur si A B sit partium 6, B L altitudo 4, partium erit similium. Auserenda est itaque tertia pars ipsius A B, ut proposita relinquitur altitudo B L. Nec dissimiliter operandum est in quibuscunq; ceteris.

R A T I O A V T E M prædictorum & similium quorumcūq; exemplorum, ex æquali an-
gulorum ratione, atq; proportione laterum ac-
cidentium triangulorū pendere uidetur. Nam
(ut summatim omnia cōpræhēdam) A C D &
A B E triangula, necnon bina triangula A F G &
7 A B H, atq; reliqua A I K & A B L triangula, sunt
inuicem æquivalēta; quēm admodum ex 29 pri-
mū deducere haud obscurum est. Vnde per 4.
eiusdem sexti, sicut latus A C ad latus C D tri-
anguli A C D, sic recta A B ad B E lōgitudinem:
necnon sicuti A F ad F G, sic A B ad B H: atq; uē-
luti A I ad

I K, ita re-
cta eadem
A B ad B L,
relativa re-
latiuis sin-
gulorū tri-
angulorū
comparan-
do latera.


Quæcum luce clarius, ex præfatis, atq; toties repetitis Euclidis propositionibus innoteantur huic metiendi haudquaquam difficulti modo finem imponemus, ad promissum accedentes speculi discursum.

SO IDEMETIAM, PER RADIVM VIS VALEM AB SPECVLO reflexum, poteris in huc modum obtinere. Accipe planum speculum, & ipsum statue super terrestri & circumstanti plano: à quo recedas tādiu uel accedas, quousque rei mensurandæ verticem in codem intuearis speculo. Demitte postmodum perpendicularem ab inspectore oculo in ipsum terrestre planum. Quam enim rationē habebit interuallum, quod eandem perpendicularē & centrū intercipietur speculi, ad longitudinem ipsius perpendicularis: eam obseruabit & longitudo plani, inter ipsum speculum & basim rei metienda comprähēsa, ad datā altitudinem. Esto in exēplum turris A B, cuius altitudo proponitur mēsuranda, speculum C, oculi centrū E, à quo perpendicularis demittatur E D. Fit igitur, sicut C D ad D E, ita C B ad B A datam altitudinem. Bina nanc̄ triangula A B C & C D E sunt inuicem æquiangula. radius enim uisualis E C A ad æquales reflectitur angulos, per sextā secundā partis perspectivæ cōmuni, atq̄ decimā, 12, & 13, perspectivæ V itellionis. Angulus ergo A C B angulo D C E est æqualis. rectus item qui ad B, recto qui ad D æquatur angulo, per quartum postulatum. reliquo igitur B A C reliquo C E D, per 32 primi elementorum Euclidis est æqualis. Acquiangula ergo sunt triangula A B C & C D E: & quæ subtendunt æquales angulos latera inuicem proportionalia, per 4 sexti eorumdem elementorum. Sicut igitur C D ad D E, ita C B ad B A. Ut si exempli causa D E fuerit 6 partium, qualisimi D C fuerit 5 similius: & respondenter altitudo B A

Quār rerum
altitudines per
ipsum metian-
tur speculū,

Eucalyptus

Demonstratio
prædictorum.




Prædictorum
cōfirmatio geo
metrica.

ORONTII FINEI DELPH.

6 crit partium, qualium BC plani longitudo 5 fuerit similium. Metire igitur BC, & eidem adde quintam partem: & habebis AB.

*Corolarium
notandum.*

V N D E F I T, ut si DE perpendicularis ipsi DC fuerit aequalis: & AB eidem BC respondenter aequabitur. Si uero ipsa DE fuerit DC minor, & AB altitudo data minor erit interualllo BC: superabicit BC eandem altitudinem AB in ea ratione, qua DC maior crit DE perpendiculari. Tribus ergo notis, facile erit per saepius expressam regulam 4 proportionalium, reliquum quartum inuenire.



De predictarum sed inaccessibilium linearum altitudine mensuranda, per ipsum geometricum quadratum.

Cap. XI.

SVNT PLAEVNQVE RERVM ALTITUDINES, AD quarum bases minime conceditur peruenire: id uel circumstantibus aquis, uel effossa terra, aut eiusdemmodi prohibentibus impedimentis. Cum tamen earundem rerum altitudines, è proximo terrestri plano, per quadratum uolueris agnoscere geometricum: in hunc facito modum.


*Operandi
regula.*

Selecto commodiori loco, erige quadrantem super latus AB uel AD, ad rectos undiquaque angulos, altero distributorum laterum aur BC, aut CD ad ipsam mensuram altitudinem converso. Leua deinde, aut deprime regulam (oculo semper ad A constituto) donec per ambo foramina pinnacidorum, radius uisualis ad summum rei metienda peruererit uerticem. Quibus ita seruatis, aspice contactum ipsius regulæ secundum lineam fiducialem in eo latere, quod ad ipsam conuertitur altitudinem: notaque seorsum rationis denominatorem, quam habet latus quadrati, ad eam præhensam ab eadem regula partem. Accede postmodum quam rectissimè poteris ad ipsam datam altitudinem, uel ab eadem retrocede, pro commoditate plani: rursumque simile facito radij uisualis examen, cosyderes quoque rationem quam habet latus quadrati, ad partem lateris uersus datam altitudinem erecti, quæ ab præsata comprehenditur regula, & illius rationis denominatorem pariter obseruat seorsum. Quibus absolutis, aufer minorem denominatorem à maiori, nuper exstantarum rationum: & relictum iterum seruato numerum. Metire tandem interuallum quod utrumque situ oculi, uel anguli qui ad A intercipitur: & occurrentem mensuram numerum, diuide per eum numerum, qui ex nuper facta denominatork subtraktione relictus est. Nam quotiens inde numerus propositam et inaccessibilem altitudinem indicabit. Vnde si relictus numerus fuerit unitas, ipsum interuallum inter ambas,

Corolarium.

ambas obseruationes compræhēsum, pro data sumendum est altitudine: quoniam
I necq; diuidendo necq; multiplicando numerum immutat, ueluti crebro diximus.

E X E M P L O , Q V A E D I X I M V S F O R S I T A M C L A R I V S I N = Exemplum
3 telliges. Esto igitur proposita turrīs E F, circumposito lacu impedita: cuius altitudo
desyderetur, fiat itaq; prima radij uisualis obseruatio: sitq; in puncto G. & incidens
regula in latus C D, seccet D H partium 20, qualium totum latus est 60. Igitur quo
niam 60 ad 20 triplam uidentur seruare rationem: nota seorsum 3, numerū ipsius
triplex rationis denominatorem. Hoc primo examine facto, contingat te recta ce-
dere uia ad locum posteriorem i notula signatum: ubi rursus examē simile priori
discurras. Sit autem pars lateris D C ab eadem compræhensa regula, D K, partium
quidem 12, qualium idem latus quadrati diximus fore 60. Atqui 60 ad 12 quintu-
plam rationem habet: nota igitur 5 seorsum, numerum à quo ratio quintupla de-
nominatur. Tolle postmodū 3 à 5, relinquuntur 2: quæ serua seorsum. Metire tan-
dem interuallum G I, sitq; partium 24, qualium singula quadrati latera fuerint 4
similium. Diuide itaq; 24 per 2, fient pro quotiente 12: tot igitur partiū nuper ex-
pressarum erit proposita & inaccessibilis altitudo E F.



Quod p̄fatae perpendicularē & inaccesibiles lineāe, per uulgatum quadrātum,
non minori facilitate metiantur.

Caput XII.



V M A V T E M P R A E F A T A R V M L O N G I T U D I N V M , A D Canongenera
perpendiculum erectarum, & accessu difficilium, per uulgatum, &
sepius expressum círculi quadrātum, uolueris habere quātitatem: id
haud dissimili uia, necq; minori facilitate, poteris (ut sequit) obtinere.
Igitur super commodo & circumposito plano, radius uisualis per utrumque qua-
drantis pinnacidium obseruatur: noteturq; eiusdem radij cum ipso plāno coinci-
dēntia, atq; denominator rationis, quam habet latus quadrati ad partes filo per-
pendiculi comprehensas. Accedendo postmodum uel retrocedendo, prout cōmo-
dius acciderit, haud dissimili annōratio fiat: obseruato rursus uisualis radij cum
eodem plāno concursu, unā cum denominatore rationis, quam habebit latus qua-
drati, ad eas partes eiusdem lateris, quæ ab ipso distinguentur filo, quemadmodum
nono capite huius secundi libri singulatim expressimus. Subtracto conseguen-
ter minori denominatore à maiori (fient enim semper inæquales) residuus seor-
sum obseruetur numerus. Metiatur tandem interuallum à primo casu radij ui-
sualis ad secundum eiusdem interceptum: & occurrens mensurarum numerus per

K ipium


ORONTII FINEI DELPH.

ipsum dividatur numerū, ex nuper facta subtractione relictum, quotiens enim ex hac divisione generatus numerus, datam altitudinem estendet: in ijs quidē partibus siue mensuris, qualium fuerit nuper expressum observationum intervallum.

Corollarium. Fiet igitur (ueluti prius) ut idem intervallum, utruncq; calum radij visualis intersectū, pro data sumendū sit altitudine, quoties ex praefata denominatorū subtractione relinquetur unitas: propterea quoniam numerus per 1 frusta divideretur.

Exemplum predictorum. SED HAE C E X E M P L A R I D I S C V R S V F I E N T L V C I D I O R A. 3

Sit igitur data & accessu difficultis altitudo G F: cōtingatq; prima radij visualis observatione in puncto H, & incidat idem radius visualis ad punctum I, cadat autem sicut perpendiculi in punctum C. Erit ergo ratio lateris A D ad latus D C aequalitas, ab unitate denominata seruabis itaq; 1, pro primo denominatore numero. Postmodum retrocedendo, secundam radij visualis incidentiam respondēter examinabis: utpote in K, ubi filum cadat in latus B C, ad punctum E, sitq; B E partiū 4, qualium idem latus B C est 12. Et quoniam 12 ad 4 triplam cōstat habere rationē: seruabis ergo 3, à quibus ratio tripla denominatur. Per ea autem quæ preallegato capite nono diximus, concurrat idem visualis radius cum ipso plano ad punctū L. Subtrahē consequenter 1 à 3, relinquentur 2: quæ serua seorsum. Metire tandem intervallum I L, quod verbi gratia sit 20 cubitorum: quos diuide per 2, sicut 10 pro quoquente. Tot igitur cubitorum est altitudo G F, uti subiecta figura demonstrat.



Alius ad idem operandi modum. IDEM ETIAM HABEBIS, RESPONDENTER AD SECVNdam partem eiusdem capituli noni: si obseruatori casu perpendicularis ab oculo, primum in H, postea in K, vel ē contra, mensus fuerit intervallum H K, & idē per eum divisoris numerū, qui ex subtractione minoris denominatoris à maiori relictus est: utpote, per 2 in assumpto nuper exemplo. Nam si generato ex divisione mensurarum numero alterutram adiunxeris perpendicularē, utpote, D H aut D K, præfata altitudinem G F integrabis. Ut exempli causa, si ex præmissa hypothesi I L fuerit 20 cubitorum, H K erit 13 similiū, & D H, aut D K 3 & $\frac{1}{2}$. Vnde si divisoris 13 per 2, sicut pro quoquente 6 & $\frac{1}{2}$: quibus si addideris 3 & $\frac{1}{2}$, consurgent 10, quod uidelicet cubitorum eandem offendisti altitudinē G F. De similibus similiterq; propositis altitudinibus, non alienum uelim habeas iudicium.

Ut per ipsum geometricum quadratum, ex altitudine maiori minor metiatur altitudo, & è contra. Capit. XIII.

Capitolo XIII.



S T O F R I M V M A L T I T V D O M A I O R E A , E C V I V S
 uertice minor F G metienda proponatur. Collocato igitur angulo qui
 ad A ipsius quadrati geometrici, cum dato maioris altitudinis uerti-
 ce, obiectoq; latere C D uersus eandem minorem & metienda altitu-
 regulam in longum & rectum lateris A D, & deprime aut leua qua-
 cc radius uisualis per ambo foramina pinnacidiiorū uenerit ad F eius
 altitudinis basim. Rursum, quadrato in hunc modum manente fixo,
 rime tandiu regulam, quousq; uisualis radius per eadē foramina pro-
 trit uerticem G. Quibus ita constitutis, demitte ex ipsa regula perpendi-
 illatum, in quam partem uolueris lateris A D: cuiusmodi est H I.
 Eadem, quam rationem habet A I, ad partem ipsius filii regulam atq;
 receptoru:nam similem rationem habebit radius uisualis A F ad propo-
 rem altitudinem F G. Sunt enim bina triangula A H I & A F G in-
 angula, quoniam angulus qui ad A utriq; triangulo fit communis, &
 in intrinseco & ex eadem parte A G F æquatur angulo, necnon angu-
 angulo A F G intrinseco & ad eandem partem est æqualis, per 29 pri-
 um Euclidis. Quam ratione igitur habet A I ad I H, eam seruat & ra-
 g datam altitudinem, per quartam sexti eorundem elementorum.

*Ex altiori, bre-
viorem altitu-
dinem metiri.*

m est igitur, radij uisualis A F habere quantitatem: quod hac poteris Accipe longitudinem A E, per demissum filum unam cum perpendiculari E F, per secundam partem, uel quartum numerum tertij capit is h modum utrancum A E & E F in sece quadratè multiplicata, & productos pone numeros, ipsius demum aggregati numeri quadratam extrahe rit latus A F trianguli rectanguli A E F, per 47 primi eiusdem Euclidis,


Probatio geo-
metrica,

A M V S in exemplum A E fore 8 perticarum, & E F 6. Duc igitur 64:deinde 6 itidem per se multiplica, consurgent 36. compone 64. aut 100. horum quadrata radix est 10:tot igitur perticarum est A.

Inventio dia-
go habis A.E.

Incident at [REDACTED]

Exemplum prædictisrum



Incitat autem filium
H I in punctum
Etum medium ipsum
AD, sitque A dupla ad
H: erit itaque
A F dupla eiusdem F G
& ipsa consequenter
F G 5 pertinet
carum, quam
lium A F IO
reperta est:
ut ipsa indicat figura.

ORONTII FINEI DELPH.

Vt ex minori
maior metri-
tur altitudo.
SO AT S I V E R S A V I C E E X M I N O R I S A L T I T U D I N I S V E R 4
tice, uelut E A, maiorem metiri uolueris altitudinem, cuiusmodi est F H: id facies in
hunc modum. Siste quadratum in longum rectumque ipsius A E: ea quidem industria,
ut B A cum A E rectam lineam constituat, & C D latus uersus metiendam altitudi-
nem F H conuertatur. Pone deinde regulam (quadrato manente fixo) super latus
A D. Prospice consequenter per ambo dictorum pinnacidiiorum foramina datam
altitudinem F H: in quam incidat radius uisualis ad punctum G. Erit ergo A E F G
parallelogrammum: cuius opposita latera, per 34 primi elementorum Euclidis sunt
inuicem æqualia. Metire igitur A E, per filum solito more demissum: & habebis F G.
Accipe rursum longitudinem ipsius E F, per secundam partem, aut quæ artum nu-
merum tertij capitii huius libri: & obtinebis A G, radij uisualis quantitatem. Leua
consequenter (immoto semper quadrato) tandem regulam, donec præsatus radius
uisualis producat ad H metiendæ altitudinis uerticem: & consydera ubinam re-
gula secesset latus C D, siueque uerbi gratia in puncto I. Quam enim rationem habebit
latus A D ad partem D I, eandem feruabit & A G radius uisualis ad G H partem alti-
tudinis: quemadmodum capite septimo luculenter expressimus. Habita autem G H
longitudine, ea addatur ipsi F G: ut tota inde cōfletur altitudo F H. In his itaque, ac
similibus, gemina utendum est obseruatione.

Exemplum.


SI T E X E M P I G R A T I A E F, H O C
est A G, 6 perticarum, F G uero 4. Ipsa porro
D I sit 40 partium: qualium totum quadrati
latus est 60. Et quoniam 60 ad 40, sequalte-
ram rationem obseruant: eodem modo, A G ra-
dius semel continebit G H & dimidiā insuper
eiusdem partem. Duc igitur 6 perticas ipsius
A G in 40,
fient 240:
quæ diui-
de per 60,
& genera-
būtur pro-
quotiēte 4
Tot igitur
perticarū erit
ipsa G H: q-
bus addit 4
perticas ip-
suis F G, consurgent 8 perticæ. tantæ ergo pronūciabiles oblatæ maiorem altitudinem
F H. Multa præterea deduci possunt, quæ ex prædictis sunt intellectu facilissima.

Quater peridem quadratum, pendens ē uertice montis longitudine mensuretur.
Capit. XIII.



ON ALITER INVESTIGANDA EST PENDENS 5
uertice montis longitudine, quam de super plana telluris superficie ia-
cente linea recta, prima parte tertij capitii antecedentis ostensum est;
idem enim seruandus est operandi modus.

Six



Sit igitur E & F proposita & metienda longitudo, è uertice montis F usque ad E instar recti pendula. Collocabis itaque quadratum $A B C D$, super latus $C D$, in 10 Summarius operi modus.

gum & rectum ipsius $E F$, angulo qui ad D super E constituto, atque laterc $B C$ ad eundem uerticem F solito more couerso: uelut supra diximus. Et posito ad A oculo, leua aut deprime tandem regulam, quatenus uisualis radius per utrumque fo ramen pinnacidorum ipsius regulæ uenerit ad F . Quo factò, animaduertito ubinam regula secer latus $B C$: id autem fiat in puncto G . Quam igitur rationem habebit latus $A B$ ad partem $B G$, eam seruabit $E F$ longitude ad latus $A D$.

Bina enim triangula ABG & AEF sunt inuicem æquiangula, & quæ circum æquailes angulos latera proportionalia: quemadmodum præallegato capite demonstrauimus.


2 EST O IN EXEMPLVM ipsa BG partium 10 , qualium latus quadrati est 60 . Quoniam igitur 60 ad 10 sextupla uidetur habere rationem: pari modo, data $E F$ longitudo sexies continet $A E$, uel $A D$, hoc est, eiusdem quadrati latutus. Vnde si latus quadratius erit trium cubitorum, cedē $E F$ longitudo erit cubitorum 18 .

3 Quod si mons fuerit ita præruptus, ut id quod nunc diximus obseruare non permittat: is metodus erit instar turris, alteriusue rei super terrestri plano sursum eleuatae. Quemadmodum capite septimo, uel succendentibus octauo, nono atque decimo capitibus huiusc libri secundi monstrauimus.

Quo modo altitudine linearum rectorum super montem in longam & superiorum orthogonaliere rectorum, utriusque quadrati geometrii discurratur officio. Capit. XV.

I T PRIMVM OBLATA TVRRIS EF (VT REGVLAM cum exemplo, maioris evidenter graia discurramus) supra montem A , per quadratum $A E$ collocata: cuius altitudo ex ipsius montis insimo A , per quadratum metienda proponatur. Accipiatur itaque longitudo $A E$, è vertice montis & basi eiusdem turris pendula sive declivis, iuxta doctrinam capitis immediatè præcedentis: ea autem sit in exemplu cubitorum 18 . Quibus absolutis, collocetur quadratum super terminum, & latus $A D$, eodem quadrato, atque latere $C D$ ad turrim $E F$ solito more couerso. Eleuetur postmodum aut deprimatur quadrati circuducibilis regula, quoque per solita pinnacidorum foramina uisualis radius attingat præcisè cacumē F . Et in hunc modum statè regula, demitte perpendiculari filo colligatum ex eadem regula, in quam uolueris partem lateris $A D$: cuiusmodi est GH , diuidens ipsum

K 3 latus $A D$



Exemplaris discursus.

Notandum.

Primus opera di modus per quadratum

O R O N T I I : F I N E I D E L P H .

latus A D in puncto H medio inter A & D. Metire postmodū partem filii G H, regulam & idem latus A D interceptam: eandem filii partem G H super latus B C, aut latus C D longitudinaliter extensa. Quam igitur rationem habebit secta pars A H ad incidentem filii partem H G, eam seruabit & A E pendula montis longitudo ad E F turrīs altitudinem.. Nam bina triangula A G H & A E F sunt inuicem aequivalēntia: uelut per sepius allegatam 29 prīmi elementorum Euclidi ostendere non est difficile. Et quoniā angulus A H G, in trīnseco & ad eandem partē angulo A E F aequalis est: fit per quartam sexti eiusdem Euclidis, sicut A H ad H G, ita A E ad E F, propositam turrīs altitudinem.

Exemplum.

S I T E X E M P L I C A V S A , A H 30

partium, & H G 15, qualium latus eiusdē quadrati datum est 60, quoniam 30 ad 15, duplā obtinent rationem: igitur A E longitudo bis continebit E F turrīs altitudinem. Eadem porrō longitudinē A E suppoluimus in exemplum cubitorum 18: ergo E F altitudo data erit 9 cubitorum similiūm. Quod si per regulam 4 proportionalium, huiuscmodi rerum elucidatiuam, uolueris experiri: duc 18 in 15, fieri 270. hæc diuidc per 30, generabūtur, pquo-
tiente 9.

Hæc autē oīa elarius elucescent ex haec obiecta figura.


A T S I
oblatur,
ris, auta-
communis,

Alius operā-
di modus utri-
que & quadra-
to & quadrātu-
ris, auta-
liquævis altitudo proposita, supra mōtem adeò præruptum uel præcipitem, fuit constituta, ut nuper expressa metiendi uia minimè possit obseruari: haec arte, pcedendum est. Ex proximo & circumscriptoplano, capienda est in primis ipsius mōtis altitudo, deinde & montis & constituti supra montem adificij adgregata sublimitas: per septimū caput huius librī. Quibus obtentis, auferenda uenit eiusdē mōtis altitudo, ex composita montis & ipsius rei metienda super montem existentis altitudine: relinquetur enī proposita oblati adificij sublimitas. Quod ut elarius innoteat, id per quadrantem, siue quadratum in circuli quadrante descriptum, exemplari discurrere calculo minimè grauabitur.

E X E M P L U M s e
cūdī, modiper
quadrantem.

O F F E R A T U R E R G O turrīs F G, super datum & præruptum montē GH 4 ad perpendicularē eleuata: cuius altitudinem cogaris ē circum adiacēte plano terreftri, per quadrantem examinare geometricū. Accipias itaque primum ipsius montis sublimitatem, per geminam radīs uisualis obseruationem: quemadmodū nono capite huius librī demonstrauimus.

Sit autem per primum obseruandi modū K N, uel per secundum I L, una cū D I aut D L perpendicularē demissa ab oculo D, aequalis ipsi G H montis altitudini: & utraque



2

3

utraque reperiatur in exemplum 12 perticarum. Examinetur postmodum altitudo F H, ex monte G H & turris altitudine conflata, per doctrinam eiusdem antecedentis noni capituli: sicut rursum Q iuxta primam viam, uel N P una cum perpendiculari D N aut D P iuxta secundam, & equalis eidem F H, & utraque perticarū 18. Aufer tandem altitudinem G H ab F H sublimitate, hoc est, 12 perticas à perticis 18: & relinquetur F G proposita turris altitudo perticarū 6. Haec autem omnia ex eodem capite nono, una cum succedenti figura ad ueram singulorum rationē depicta sunt euidentissima, & in similiū obscurationū exemplū satis utcunq; faciētia.



Vt linearum in profundum putorum, diariūque rerum similiū perpendiculariter depressarum longitudi, per utrumque ex quadratum & uulgatum quadratū respondenter inquiratur.

Caput XVI.



E M I N E M A D E O R V D E M E X I S T I M A M V S , Q V I N E sciat huiuscmodi nietiādarum rerum discrimina de lineis fore intellegenda, quae quantumlibet in profundum à plano terrestri deprimātur, utrumq; tamen limitum habet faciē uisibilē: ut in puteis accidere uidetur, per quorum profunditatem intelligimus, longitudinem ab orificio, usque ad uisibilem aqua superficie interceptam. Eiusmodi autem rerum depressas altitudines, quas profunditates adpellamus, duplī metiri docebimus instrumento: primo per ipsum quadratum geometricum, deinde per uulgatum circulī quadrantē.

E S T O I G I T V R (ut primum adgrediamur) oblatus puteus quadrangularis B E F G, cuius profundum B G uel E F mensurandum proponatur. Erige quadratum super latus B C in rectum lateris ipsius putalis orificij B E: sicut latus A B in rectum pariter ipsius B G. Posito deinde oculo ad A, mouetq; tādiu regulam, quatenus per utrumq; foramen ipsorum pinnacidiorum conspicias uisibilē & inferiorē terminum F, ē diametro ipsius B G constitutum. His ita seruatīs, animadueritō regulæ contactū, in latece B C iuxta lineam fiducialem accidentem: is autem fiat in pūcto II. Igītū quam rationem habebit pars H B ad latus B A, eani seruabit G F, hoc est, B E (sunt enim & quales) ad datam profunditatis longitudinem A G. Quo^{demonstratio} per predicatorum.

K 4 per

ORONTII FINEI DELPH.

per 29 primi elementorum Euclidis facile manifestatur. & angulus A B H , angulo A G F est æqualis (nam uterque rectus) igitur per 4 sexti eiusdem Euclidis, sic sicut H B ad B A, ita F G puto latitudo ad G A compositam ex G B & B A longitudinem, siue profunditatem.

Lxx. plam.


Sit exempli gratia B H 20 partium, qualium latus quadrati est 60: B E autem metatur, & sit in exemplum 6 cubitorum, tot etiam cubitorum erit G F: sunt enim latera parallelogrammi B E F G opposita, quæ per 34 eiusdem primi sunt in unicem æqualia. Duc igitur 6 in 60, sicut 360: quæ diuide per 20, & habebis pro quotiente 18. Tot igitur cubitorum erit A G: a qua si dempseris A B trium ueribi gratia cubitorum, relinquetur B G desiderata & in profundum depona puto latitudo 15 cubitorum. IDEM QVO QVE SIC OBTINEBIS, Metire H E: sitcæ exempli causa 5 cubitorum. Deinde multiplicat 5 per 60, sicut 300: haec diuide per 20, producentur 15, uelut antea. Bina namq; triangula A B H et H E F sunt rursus æquiangula. quoniā angulus A H B angulo E H F ad uerticem posito, per 15 primi Euclidis est æqualis. ite rectus qui ad B, recto qui ad E pariter æquale. reliquo igitur B A H reliquo H F E per 32 eiusdem primi est æqualis. Vnde per superius allegata quartæ propositione sexti, sicut H B ad B A, ita H E ad E F, eidem B G per hypothesis æqualem.

Notandum.

Cum autem acciderit puto rotundam habere figuram, habenda erit cōsyderatio diametri putoalis orificij, & reliqua omnia ueluti prius absoluenda.

SECUNDUS MO^{DO} METENDI PREDICA PER QUADRANTEM.

Sit itaq; puto circularis E F G H, cuius diameter sit E F, aut illi æqualis G H. Adplica igitur quadratum ipsi putoalis orificio: in huc modum, ut finis lateris A D ad datum punctum E constituantur. Leua postmodum, aut deprime quadratum (libero semper demissio perpendiculari) donec radius visualis per ambo foramina pinnacidiore ad inferiorem & e diametro signatum terminum H perducat. Quo facto & immoto quadrato, vide in quâ



in quam partem lateris CD inciderit filum perpendiculari: cadat autem in punctum I. Quam rationem enim habebit pars DI filo comprehensa ad latus DA, eam obseruabit diameter GH, aut eidem aequalis EF ad datam profunditatis longitudinem EG. Bina namque triangula ADI & EGH sunt in unicem aequivali, quoniam angulus GEH aequalis est intrinseco & ex eadem parte DAI, per 29 primi elementorum ipsius Euclidis. Incidit enim recta AH in A I & EG parallelas, rectus item angulus qui ad D recto qui ad G, per quartum postulatum aequalatur, & reliquus igitur angulus AID reliquo EHG, per 32 eiusdem Euclidis est aequalis. Quam rationem ergo seruat latus ID ad latus DA, eam habet & latus HG ad GE, per 4 sexti: subtendunt enim aequales angulos. Metire igitur EF aequalem ipsi GH: sitque uerbi gratia 9 cubitorum, sit rursus DI 6 partium, qualium totum quadrati latus est 12. Quoniam 12 ad 6 duplam rationem obseruant, & EG pariter bis continebit EF siue DH eidem EF (ut nuper diximus) aequalem. Duc itaque 9 in 12, sicut 108: quae diuisa per 6, dant pro quoiente 18. Tot igitur cubitorum est data profunditas EG. In quibusunque ceteris, similem operandi modum respondenter obseruabis.


Demonstratio
geometrica,

Exemplum.

Quanam arte fossariorum aut vallium, tum latitudo tum profunditas, per idem geometricum quadratum ex predictis tandem colligatur. Caput. XVII.



V V A T A L I Q V A N D O, F O S S A R V M V E L eiusemodi vallium, & profunditatem & latitudinem agnoscere: quod per sepius expressum quadratum, in hunc poteris absoluere modum. Sit data vallis DEF, qualis circa muros ciuitatum effodi solet: cuius superma latitudo DF, atque maxima profunditas EG defuderetur. Accipe itaque primum DF longitudinem, per primam partem antecedentis capituli tertij: ea autem sit in exemplum 18 cubitorum, aut (si uelis) quinque latus quadrati comprehendat. Rursus per doctrinam eiusdem tertii capituli, metire DE pendentis costa siue dorsi longitudinem: erecto quadrato super latus DC, & ipso BC latere ad terminum E de more conuerso. Contineat autem DE quinque latus ipsius quadrati, quemadmodum latus AB quintuplica rationem obseruat ad partem BH. ab regula per radj uisualis obseruationem comprehensam: sitque eadem recta DE, maioris cuidentiae

De vallis autem
fossarum latitudineQuomodo me
tienda costa.

K 5 gratia

ORONTII FINEI DELPH.

gratia 15 cubitorum. Duc itaque primum 15 in se, sicut 225. Multiplica postmodum in se dimidium ipsius DF, hoc est DG cubitorum 9, consurgent 81.

Demonstratio
predictorum.

Ausser tandem si à 225, relinquuntur 144: quorum radix quadrata erit 12, tot igitur cubitorum proclamabis profunditatem EG. Nam per 4 7 primi elementorum Euclidis, in triangulo rectangulo DEG, quadratum quod sit à latere DE anguli rectum DG E subtendente æquum est duobus quadratis, quæ sunt à reliquis duabus lateribus DG & GE rectum angulum comprehendentibus. Ausserendo itaque quadratum ipsius DG à quadrato DE, relinquitur quadratum EG: cuius radix dat EG longitudinem. Sed haec satis iam hortamus ad areas nostrum conuertere sermonem. Nulla enim rectilinea poterit occurrere figura, cuius latera per antecedentia capita non facile metantur.

SO D E S V P E R F I C I E R V M, H O C ~~ES~~
EST, PLANARVM FIGVRARVM
MENSURA, PAR S SECUND A.

Q ualiter area, sive planaræ superficies triangulorum rectangulorum sub mensuram caderet.
Caput. XVIII.


Triangulotū
duoferas.

BSOLVTA R E C T A R V M L I N E A R V M
mensura, consequens est, demonstrare uniuersam planarum figurarū capacitatem: hoc est, quanta sit area cuiuslibet oblatæ superficie. Inter porro figuræ, quæ rectis clauduntur līneis, primum locum sibi uendicant triangula, tribus lateribus & totidem angulis comprehendenda. Triangulorum autem quedam rectum capiunt angulum: & rectangula nominantur. alia uero singulos habent acutos angulos: & oxy gonia, uel acutiangula dicta sunt nonnulla tandem obliquum admittunt angulum: quæ ob id obtusangula, uel amblygonia vocitantur, quemadmodum capite sexto libri primi declarauimus. Primum ergo de rectangulis triangulis, postea de oxygonijs, tandem de amblygonijs tractandū. Rectangulorum autem triangulorum, quedam isoscelia, sive duorum æquilateralium sunt laterum: quedam uero scalena, hoc est, inæqualia inuicem habentia latera, uelut eodem capite libri primi dictum est.

De triangulo
rectangulo
isosceli.


Exemplum

SO IN PRIMIS itaque, triangulum rectangulum isosceles sub mensurā hoc modo cadit. Duc alterum æqualium laterum in se: & producti media pars arcum dabit ipsius trianguli. Vel duc unum æqualium laterum in dimidiām alterius partem: nam productum eandem areæ capacitatem indicabit. Esto uerbi gratia triangulum rectangulum isosceles ABC, cuius aream, uel planaræ superficiem agnoscere quantitatem. Sint autem AB & BC latera, rectum angulum comprehendentia, pedum 6. Multiplica igitur 6 per se, sicut 36: horum dimidium, utpote 18, ipsius trianguli rectanguli & isoscelis ABC aream manifestabit. Idem habebis si multiplicaueris 6 in 3 dimidium ipsorum 6: consurgent nim (uelut ante) 18, tot igitur pedum pronunciabis eiusdem trianguli capacitatem.



De triangulo
rectangulo isosceli.

H A V D D I S S I M I L I V I A metitur triangulum rectangulum scalenum. Si enim duxeris unum latus ex ijs, quæ rectum comprehendunt angulum, in reliquo: producti dimidium propositam indicabit aream. Aut multiplica alterum



alterum duorum laterum angulum rectum capientium, in dimidiam reliqui partem; & eadem producetur area. Sit in exemplum triangulum scalenum D E F , rectum comprehendens angulum qui ad E , sitq; perpendicularis D E pedum 6 , basis autem E F pedum 8 similius. Duc itaq; S in 6 , uel è contra, sicut 48 : quorum dimidium 24 . tot igitur pedū crīt area ipsius scaleni D E F . V el duc S in 3 dimidium ipso-

rum 6 , aut 6 in 4 dimidium ipsorum 8 , producentur utrobicq; 24 : quot pedum eandem aream primum inuenimus.

4. **S Q V O D S I** uolueris dato quocunque subtensi latere, per ipsum reliqua duo latera rectum angulum , atq; ipsum triangulum isosceles comprehendentia

Dato subtensi
trianguli iso-
celes constituere

reperi: ita facito. Duc idem latus in seipsum , & produci: cape dimidium, ipsius tādem dimidiū quadratam extrahito radicem: nam ea quantitatē alterutrius laterū ostendet.

Exemplum.

Proponatur exempli gratia latus G I , pedum 7 & $\frac{1}{14}$. Multiplica igitur $7 \frac{1}{14}$ in se: fient 50 , quorum dimidium est 25 , ipsorum autem 25 radix quadrata est 5 : tot igitur pedum erit quodlibet æqualium laterum , utpote , G H & H I , rectum angulum G H I conficientium.

5. **A T S I** uersa uice cognitis duobus lateribus G H & H I inuicem æqualibus , atque rectum continentibus angulum , uelis habere subtensam G I : in hunc modum. Multiplica 5 ipsius G H in se: fient 25 , idem facito de 5 pedibus H I , producuntur rursum 25 . compone 25 & 25 , consurgent 50 : quorum radix quadrata est pedum 7 cum $\frac{1}{14}$, quantam prius supposuimus ipsam G I . Nam per 47 prii elementorum Euclidis , in rectangulis triangulis , quadratum quod à latere rectum angulum subtendente fit , æquum est duobus quadratis , quæ sunt ex duobus lateribus rectum angulum continentibus , & è contra.

Ex lateribus
æqualibus isos-
celes inuenire
subtensem.

6. **C O N S E Q U E N T E R** si dato quoquis latere , triangulum rectangulum & scalenum uolueris responderem constituere: consydera primum , an latus ipsum fuerit pari , uel impari mensurarum numero distributum. Esto primum datum latus K L , pari constans mensurarum numero , utpote 6 pedum . accipe dimidium ipsorum 6 , hoc est 3 ; deinde multiplica 3 per se: fient 9 , à quibus aufer unitatem , relinquetur 8 : totidem pedum erit latus L M ad rectum cum priori K L conueniens angulum .

Dato latere pa-
ri numero distri-
buti scalenum
fabricare.

Addo postmodum binarum , hoc est 2 , ipsis 8 , fient 10 , tantundem erit reliquum la-

tus K M , subtendens angulum rectum K L M . Qz si cognoueris perpendicularē K L , atq; subtensam K M , iuvet autē agnoscere , quanta fuerit basis L M : dico rursum 6 in se: fient 36 . item multiplicato 10 per se: fient 100 : à quibus tolle 36 , relinquetur 64 . quorum radix quadrata est 8 , uelut prius.


Cognita subtē-
sa cū perpendicularē
lari , basis inuenire.

Si autem cognitis K M atq; M L , ignoraueris perpendicularē K L : dico rursum 8 in se: fient 64 . iterum multiplicato 10 per se: fient 100 , à quibus auserto 64 , relinquentur 36 .

Per basim &
subtensem obtri-
nere perpendicularē.

quorum radix quadrata est 6 : quot uidelicet pedum oblata fuit ipsa K L perpendicularis . Hæc autem omnia pendent ex præallegata 47 propositione primi elementorum Euclidis .

Offeratur




ORONTII FINEI DELPH.

Parolaret im
pariū mēlūra-
tiū & scalenū
integrale.

SO OFFERATVR consequenter latus NO, impari constans mensurarum numerō, utpote quinario. Si uolueris scalenum in te-
grare, ducito 5 in seſe, sicut 25: à quibus tolle 1, reſ-
linquuntur 24. horum dimidium, scilicet 12, effi-
cient latus OP conueniens ad rectum angulum cū
prius dato NO. Ipsis porro 12 si iunxeris unitatē,
confurgent 13: tanta erit igitur subtēla NP, unā cū
prioribus praſatum triangulum iſoſceles confi-
cens N O P. Eadem uero est ipsius trianguli NO P, immo & aliorum quorū cunctarū
scalenorum laterum examinatio, ſeu per duorum cognitionem ignoti tertij diſqui-
ſio: que de triangulo KLM nuper tradita, ac exemplari diſcurſu, ex ſuperius alle-
gata 47 primi deducta eſt.

Notandum.



Ut oxygonia triangula, omnes acutos angulos habentia metiantur,
atq; de reciprocā laterum invenientie. Capu. XIX.

Oxygenia tri-
gula triplicia.



TRIANGULA OMNES AC VOTOS ANGVS
los habentia, que oxygonia uocitamus, in tripli reperiuntur differētia.
Quædam enim ſunt æquilatera, quædam iſoſcelia, quædam uero ſea-
lena. Hæc autem ſub mensuram varijs poſſunt incedere modis; quorū
facilioreſ & omnium certiflimos tibi ſelegiimus.

Derriangulo
oxygoniæ q̄
latero.

SIT ERGO primum oxygonium æquilaterum. Huius ſi uelis aream inueniri
re, due unum æqualium laterum in ſeſe, & productum inde numerum multiplicata
per 13, & eum qui demum refultabit numerum partire per 30: nā quotiens ex hac
diuifione generatus numerus, aream oſtendet ipsius trianguli. Sit exempli gratia
triangulum oxygonium & æquila: terum ABC, cuius quodlibet æqualium laterū
ſit cubitorum 6. Hæc in ſeſe multiplicata, efficiunt 36. rurſum ipsa 36 ducito in 13,
confurgent 468: que diuifa per 30, dant pro quoſiente numero 15, & $\frac{18}{10}$, que
faciunt $\frac{1}{5}$ unius integræ. tot igitur eubitorum eſt



Data area, la-
tus æquian-
guſ reperiſſe.

Exemplum.

area ipsius datī trianguli ABC. Quod si aream
ipsam per 30 multiplicaueris, & productum diuif-
feris per 13, quotientis demum numeri quadratam
aceperis radicem: ea quantitatē ſingulorum æ-
qualium laterum oſtendet. Ducatur in exemplū
area nuper inuenta eubitorum 15 & $\frac{1}{5}$ in 30, ſicut
468. (nam ex ductu 15 integrorum in 30, ſunt
450. ex ductu rurſum $\frac{1}{5}$ in eadem 30, prouenient $\frac{18}{10}$, que 18 ualent integræ. at
qui 450, unā cum 18, componunt 468) hæc diuifa per 13, dant pro quoſiente 36: quo
rum radix quadrata eſt 6. Totidem ergo eubitorum eſt unumquodq; latus ipsius
trianguli ABC: quemadmodum antea ſuppoſuimus.

Alius modus
ad idem.

PO T E S etiam (ſi uelis) ipsius æquilateri trianguli aream aliter inuenire, co-
adiuantे perpendiculari, ex quo uis trīum angulo-
rum in medium ſubtenſi lateris incidente; que qui-
dem perpendicularis hoc inueniuntur modo. Duc unū
æqualium laterum in 13, & productum diuide per
15: nam quotiens erit longitudo perpendicularis.
Ut autem habeas aream, duc ipsam perpendiculari-
rem in dimidium ſubtenſi lateris, ſive basis, aut cu-
i uis æqualium lateris: et productū aream oſtendet.
Repetatur in exemplū prafuſum trianguli
æquilaterum



æquilaterum ABC, cuius latus quodlibet esto rursum cubitorum 6. Duc itaq; 6 in 13, sicut 78: hæc diuide per 15, prouenient 5 unà cum $\frac{1}{5}$, quæ reducta ad grossiorrem fractionem, ualent $\frac{1}{3}$. Erit ergo perpendicularis (quæ ex A, uerbi gratia, in BC subtensam basim incidit) 5 cubitorum & $\frac{1}{3}$. Hæc si multiplicaueris per 3, hoc

est, dimidium lateris BC, sicut 15 & $\frac{1}{3}$. quātam ipsius trianguli aream, per primū modum offendimus. Si uelis autem ex perpendiculari deuenire in cognitionem laterum, duc ipsam perpendiculararem in 15, & productum diuide per 13: nam quo-
tiens ex diuisione numerus longitudinem singulorum laterum ostendet. Ut in exē-
plum, si nuper inuenta perpendicularis 5 cubitorum & $\frac{1}{3}$ ducatur in 15 sicut 78

*Ex pp̄dicula-
ri latera æqui-
anguli concla-
d.r.e.
Exemplum.*

(nam quindecies 5 faciunt 75, & quindecies $\frac{1}{3}$ efficiunt $\frac{15}{3}$, quæ tria ualent inter-
gra: ergo simul iuncta faciunt 78) quæ si diuidantur per 13, dabunt pro quoquente
numero 6, quemadmodum ex area nuper deduximus. Habes igitur ex lateribus
aream, & ex area latera, item ex ipsis lateribus perpendiculararem: ex ipsa uero per-
pendiculari, & aream & latera.

6. **S**O E S T O C O N S E Q V E N T E R D A T V M O X Y G O nium isosceles: cuius aream metiri desyderes. facito igitur in hunc modum. Multi-
plica dimidium basis in sepe, & productum serua, ducito rursum alterum æqualiū
laterum in seipsum, & à productō subtrahe reseruatum numerū ex ductu mediae
basis in sepe generatum, residui tādem numeri inuenito latus quadrati, siue quadra-
tam radicē: & habebis perpendiculararem. Hanc autem perpendicularē si duxeris in
dimidium basis, aream produces ipsius isoscelis & oxygonij trianguli.

*De triangulo
oxygonio iso-
cele.*


Exempli gratia, sit datum oxygonium isosceles DEF, cuius bina latera DE atq; DF inuicem æqualia 10 existant cubitorum: basis uero, siue reliquum latus cubito

rum sit 12. Duc igitur basis dimidium, utpote 6, in
sepe, sicut 36. multiplicato rursum 10 per seipso, re-
sultabunt 100: à quibus aufer 36, relinquentur 64.
Radix autem quadrata eorundem 64, est 8. toride
ergo cubitorum est perpendicularis, ex angulo qui
ad D, in basim EF decidens. Duc itaq; tandem 8 per-
pendicularis, in basis dimidium, utpote 6, producen-
tur 48. tot igitur cubitorum est area dati oxygonij
isoscelis DEF. Posset & hoc modo, dati oxygonij
& æquilateri trianguli, & perpendicularis, & area
respondenter inueniri.

Notandum.

7. **S**I T R V R S V M oblatum triangulum isosceles GH1, cuius basis cubi-
torum 10, & quodlibet æqualium laterū 13 existat
cubitorum. Si uelis eius aream inuenire, ducito in
primis basis dimidium, uidelicet 5, in sepe, sicut 25.
deinde multiplicato 13, hoc est, alterū æqualiū laterū
per sepe, cōsurget 169. à quibus tolle 25, relinquentur
144. horū latus tetragonū, siueradix quadrata est
12. ergo decidēs perpendicularis ex angulo q; ad G, in
latus siue basim HI, 12 erit cubitorum. Quod si uelis per
ipsam perpendicularē areā eiusdē inuenire trianguli,
ducito basis dimidium dimidium, hoc est 5, in 12 in-
uentae perpendicularis, sicut 60. Concludendum
igitur aream oblati isoscelis & oxygonij GH1 fore
cubitorum 60. Porro si dimidium ipsorum 60, scilicet 30, sumperferis, alterutrius
duorum

*Ald̄ exemplū
isoscelis oxy-
gonij.*



ORONTII FINEI DELPH.

duorum triangulorum rectangularium praesatum Isoscelem GHI componentium areæ capacitatem habebis.

De oxygonio
scalenō.

SERI QVVM EST, TRIANGULVM OXYGOS
niū scelenum examinare. Ad cuius inuestigādā aream, necessum est in primis
elīcere perpendicularēm: hoc quidem ingenio. Multiplica singula latera in se, &
productos seorsum obserua numeros. Cōpone deinde productos ex ductu basis si-
mul & dextri lateris in se ēū numeros: & ab aggregato numero, tolle productum
ex ductu sinistri lateris in seipsum, cūs autem quod relinquetur accipe dimidium:
quod si tandem per basim ipsam duxeris, habebis sectionē dextram eiusdem ba-
sis, in quam debet incidere perpendicularis. Hane ergo sectionē due in se, & pro-
ductum aufer à numero per multiplicationē dextri lateris in se ēū generato, resi-
dui tandem quadratam accipito radicem: ea nanque perpendicularē ostendet.


Alia perpendicularis inuictio
cūlariſ inuictio
Vel aliter, compone numeros ex ductu basis atq; sinistri lateris in se resultan-
tes: & à consurgente numero subtrahe productum ex multiplicationē dextri late-
ris in seipsum. Eius autem quod relinquetur accipito dimidium: idq; diuidito
per eandem basim, & quotiens ex diuisione procreatus numerus laeuam basis se-
ctionē ostent, ad rectum cum optata perpendiculari conuenientē angulum. Hāc
porrò sectionē si per se ēū multiplicaueris, & productum Dempseris à sinistro la-
tere in seipsum ducto: numerus relinquetur, cūs radix quadrata præsatam indica-
bit perpendicularē. Habita perpendiculari, altero duorū modorū nuper declara-
torum, si eam duxeris in basis dimidium: ipsius oblati trianguli oxygonij scaleni
defyderatam aream, solito more produces.

DE T V R. in exemplum oxygonium scelenum L M N, cuius sinistrum latus 9
L M, 6 existat cubitorum $\frac{1}{2}$, dextrum L N cubitorum $\frac{7}{2}$ & $\frac{1}{2}$, basis uero M N 7
præise cubitorum. Duc itaq; primum 6 & $\frac{1}{2}$ sinistri lateris in se, fient 42. item
7 eum $\frac{1}{2}$ dextri lateris in seipso, eosurgent 56. 7 uero basis per se ēū multiplicata,
faciunt 49. Compone igitur 56 & 49, resultabunt 105: à quibus aufer 42, relin-
quentur 63, horum dimidium est $3\frac{1}{2}$: quæ par-
tire per 7 ipsius basis, prouenient $4\frac{1}{2}$. totidem
cubitorum erit dextra basis intersectio N O. Duc
itaque rursum $4\frac{1}{2}$ in se, fient 20: quæ si dem
pleris à 56, relinquentur 36, quorum radix quadra-
ta erunt 6. tot ergo cubitorum est optata perpendicularis L O. Aliter eandem habebis perpendicularia
rem. Compone 42 & 59, resultabunt 91: à quibus
demito 56, relinquentur 35, quorum dimidium sunt
 $17\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{2}$: quæ diuisa per 7 eiusdem basis, dant pro
quotiente $2\frac{1}{2}$. quot uidelicet cubitorum est sectio laeuam M O. Hane itaq; sec-
tionē si per se ēū multiplicaueris, fient 6: quæ subducta à quadragintaduobus, relin-
quit 36. horum si quadratam acceperis radicem, habebis rursum 6: quot uidelicet
cubitorum est ipsa L O propendicularis. Due igitur tandem inuentam perpendicularē,
utpote 6, in $3\frac{1}{2}$ ipsius basis dimidium, consurgent 21, totidem cubitorum
est area dati oxygenij isoscelis L M N.

Aliud perpen-
dicularis exem-
plum.

Corollarium
notandum.

Ex prædictis etiam sequitur, quām facile sit utriusq; trianguli L M O, & L O N seor-
sum habere quantitatem, nam si duxeris dimidium perpendicularis L O, in segmen-
tum O M, hoe est, 3 in $2\frac{1}{2}$: fiet area trianguli L M O, cubitorum $7\frac{1}{2}$. Hæc si
abstuleris ab area totius trianguli L M N, utpote, à 21: relinquetur area trianguli L
O N cubitorum $13\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{2}$ cubiti. Vel ducito eadem 3 dimidiū ipsius perpendicularis,
in $4\frac{1}{2}$



in 4 & $\frac{1}{2}$ sectionis O N, fient 13 & $\frac{1}{2}$: quanta est area eiusdem trianguli L O N.

Quæ rursus dempta à 21, relinquent 7 & $\frac{1}{2}$: aream uidelicet ipsius trianguli L M O. De similibus idem iudicato, & facito.

De areae triangulorum amblygoniorum, id est, obtusum angulum recipientium inuestigatione.

Capit. XX.

I M B LY G O N I A T R I A N G U L A I N D V P L I
ci tantum modo reperiuntur differentia: quædam enim sunt isoscelia,
quædam uero scalena. Amblygonium porrò isoscelis, sub mensu-
to nō alio uidetur incidere modo, q̄d ex oxygonio isoscelis, numero sex
capitis immediate p̄cedentis tradidimus. Oportet itaq̄ primū inuenire per-
pendicularē, à commodiori angulo, in oppositum latus sive basim incidentem, de
inde eandem perpendicularē per dimidium ipsius basis multiplicare: fiet enim area
dati amblygonij & isoscelis trianguli. Subiungam unicū exemplum, in maiorem
singulorum elucidationem. Offeratur ergo triangulum amblygonium isoscelis

De amblygo-
nij isoscelis
area.

Exemplum.


A B C, cuius A B & A C latera inuicem aequalia sint
10 cubitorum, basis autem B C similiū cubitorū
esto 16. Multiplica 10 in se, fient 100. duc
similiter basis dimidium, hoc est 8, in se, cōsurgat
64: quæ si auferantur à 100, relinquent 36. quorū
radix quadrata est 6. totidem cubitorū est ipsa per-
pendicularis, ex angulo qui ad A, in B C basim inci-
dens. Hanc itaque perpendicularē duc in ipsa 8,
quæ dimidium sunt ipsius basis, producentur 4 8.

totidem cubitorum est area ipsius dati amblygonij isoscelis A B C. Quod si dimidiū
corundem 48 seorsum acceperis, alterutrius duorum particularium triangulorum
ab eadem perpendiculari distinxitorum, habebis areæ quantitatem.

2 S H A V D D I S S I M I L I V I A, Q V A M O C T A V O
eiusdem capitū immediatē p̄cedentis edocuimus numero, aream ipsius ambly-
gonij scaleni supputabis: nā ibidem uniuersalē triangulorum scalenorū dimensio-
nem expressimus. Sed ne habeant rudiores quo submurmurate possint, unicum dil-
curremus exemplum: quo singula reddantur clariora. Esto igitur amblygonium
scalenum D E F, cuius latus sinistrum D E sit 10 perticarum, dextrum uero D F per-
ticarum 17, basis autem E F perticas habeat 21. Duc itaq̄ 10 in se, fient 100: &
17 pariter in se, confusur 289: itaq̄ 21 ipsius basis
per se multiplica, resulabunt 441. Adde simul 441
& 289, fient 730: à quibus aufer 100, relinquerat 630,
quorum dimidium est 315. diuide postmodum 315
per 21 ipsius basis, prouenient 15. totidem perticarum
erit sectio dextra G F. Hanc ducito in seipsum, fient
225: quæ subtracta à 289 relinquent 64, quorum ra-
dix quadrata est 8. concludas ergo, perpendicularē D G fore 8 perticarum.

De amblygo-
nij scaleno.

Exemplum.



3 Hanc rursus perpendicularē, tali poteris obtainere uia. Compone 100 & 441, Alinde exmplū
hoc est, quadratum lateris D E cum quadrato ipsius basis E F, confusur 541: à qui
bus subducito 289 quadratum lateris D F, relinquerat 252, quorum dimidiū 126.
hæc diuisa per 21 ipsius basis, dant pro quotiente 6. totidem perticarū est laua se-
ctio EG. Hanc ducito in se, fient 36: quæ si tollantur à 100, relinquerat 64. Accipi o
radicem

inueni de per-
pendicularis.

ORONTII FINEI DELPH.

radicem quadratam ipsorum 64, & offendes rursum 8: quod uidelicet perticarum est ipsa perpendicularis DG. Multiplica tandem inueniam perpendicularem in basis dimidium, hoc est, 8 in 10 & $\frac{1}{2}$, sicut 84. tot igitur perticarum quadratarum erit area dati amblygonij & scaleni trianguli DEF.

Corollariū no
tandum.

SEQUITUR itaque rursum, quod si duxeris laevam sectionem EG, in 4 dimidium perpendicularis, hoc est 6 in 4: procreabitur area trianguli DEF perticarum 24. Item si per eadem 4 multiplicaveris 15, sectionem uidelicet GP: consurgent 60. totidem perticarum est area reliqui trianguli DGF. Cuius rei si uelis facere periculum, adde simul 24 & 60, resultabunt 84: quantam inuenimus aream totalis trianguli DEF. De ceteris quibusunque scalenis triangulis idem iudices, & facia: oportet: siue sint rectangula, uel oxygonia, aut obtusum angulum recipientia.

De uniuersali triangulorum dimensione.

Capit.XXI




I B E T T A N D E M (V T T R I A N G V L I S F I

Regula gene
ralis ad omne
triangulum.

nem imponamus) uniuersalem addere regulam, qua non amblygoniorum tantummodo, sed omnium quoruncunque triangulorum areae, absque subiectione linea perpendicularis, haud minus facile poterunt inueniri. Est autem regula eiusmodi. Compone simul latera oblati cuiusvis trianguli, cuius areae desideras inuenire capacitatem, & consurgentis inde numeri dimidium accipito: à quo singula separatisma uerto latera, & singulas scorsum obseruato differentias, siue residuos numeros, quibus unumquodque latus distat ab ipsius compositi numeri dimidio. Deinde multiplicata idem compositi numeri dimidium, per quam uolueris differentiam (sed congruentius per maiorem) & productum in alterutram reliquarum differentiarum ducito, rursumque generatum inde numerum per ultimam multiplicato differentiam, consurgentis tandem numeri quadratam accipito radicem: nam ea quæstam aream ipsius oblati trianguli significabit. Nec refert in eiusmodi multiplicationibus, quam trium differentiarum primam, aut secundam, tertiamue feceris: idem enim semper redibit numerus.

complum.

Si PROPONATVR exempli gratia triangulum ABC, cuius sinistrum latus AB sit cubitorum 6, dextrum AC cubitorum 8, basis autem 10 esto cubitorum similiū. Compone igitur 10, & 8, & 6, consurgent 24: quorum dimidium 12. à quibus subtrahito 6, relinquuntur 6: & 8, relinquuntur 4: & 10, relinquuntur 2. Duc igitur 12 in 6, sicut 72, & 72 in 4, prouenient 288. hæc rursum multiplica per 2, resultabunt 576: quorum radix siue latus quadrati 24, totidem cubitorum est area ipsius oblati trianguli ABC: siue idem triangulum fuerit oxygonium, aut rectangulum, uel amblygonium uocatur. Eundem etiam numerum 576, responderet generabis, si duxeris ipsa 12 in 4, & productum in 6, & iterum productum in 2. aut multiplicaveris eadem 12 per 2, & consurgentem numerum per 4, rursumque productum duxeris in 6, uel ducito (si uolueris) eadem 12 in 2, & productum in 6, & generatum tandem numerum in 4, sicut enim semper 576: quemadmodum succedentes uidentur indicare formulæ.



Prima

Prima formula.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Formula invenzionis quadratæ radicis.
1 2	1 2	1 2	1 2	
6	4	2	2	x x
7 2	4 8	2 4	2 4	8 7 6
4	6	4	6	2 4
2 8 8	2 8 8	9 6	1 4 4	4
2	2	6	4	2 4
5 7 6	5 7 6	5 7 6	5 7 6	4

2 ALITER eundem numerum 576 inuenire poteris, si multiplicatur 6 in 4, et productum in 2, rursumque productum in 12. V. el 6 in 2, & productum in 4, iterumque productum in ipsa 12. Aut 4 in 2, & productum in 6, atque demum resultatem numerum in eadem 12. Idem namque semper redibit numerus. Ex tribus etenim primis nuper expresso modo factis multiplicationibus, sunt utrobique 48: quæ tandem multiplicata per 12, producunt 576. V. eluti subscriptæ, & in maiorem singulorum elucidationem adiunctæ formula manifestant.


Alia via qua
omnis partes
trianguli area
uestigatur.

Prima formula.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Summa regulæ est hæc, summaria hu is regulæ de claratio.
6	6	4	48	
4	2	2	12	
2 4	1 2	8	9 6	
2	4	6	48	
4 8	4 8	4 8	5 7 6	

mido: differentias, quibus singula latera distant ab ipsius cōpositi dimidio (ueluti nuper monuimus) accipias. deinde multiplices unam differētiārū in aliam, & productum in reliquam tertiam, rursumque productum numerum in ipsum dimidiū numeri ex compositione la erum adgregati, & consurgētis demum numeri quadratam sumito radicem: ipsa enim proprieati trianguli aream indicabit.

3 Placet rursum unicum exemplum discurrere, quo singula clarius eludemus. Exemplum. Esto igitur triangulum D E F, cuius latus sinistrum D E sit 9 cubitorum, basis E F

cubitorum 10, & dextrum latus sive subtensa D F cubitorum 17. Compone ictus simul 9, & 10, atque 17: resultabunt 36, quorum dimidium 18. à quibus 9 distant per 9, 10 vero per 8, & 17 per unitatem. sunt ergo differentiae 9, 8, 1. Itaque si multiplicaueris 9 per 8, fient 72: que rursum ducta in 1, restituunt eundem numerum 72 (non auget enim unitatis multiplicatio) Duciō tādem 72 in 18, dimidium ipsis 36, fient 12 96: quorum latus sive radix quadrata inuenitur 36. T. oridē cubitorum est area ipsius oblati trianguli D E F. Idem responderter facito, de quoque triangulo æquilatero, isoscelē, vel scaleno.



Quoniam modo quadrilateræ metuntur figure, que parallelogramma vocantur.

Capit. XXII.

1 N T E R Q V A D R I L A T E R A S FIG V R A S, Q V A E P A R A L -
leogramma nuncupamus, primum sese offert quadratum, sub qua-
tuor lineis rectis inuicem æqualibus, & ad rectos conuenientibus an-
gulos comprehendens: quod sub mensuram in hunc uidetur incidere
modum. Sit quadratum A B C D, cuius quodlibet æqualium laterū
sit 5 perticarum: huius si uelis aream inuenire, ducito unum æqualium laterum in
sese, utpote 5 in 5 (ita enim describitur quadratum) & productum, scilicet 25,
L quæstam

De quadrati
area.

ORONTII FINEI DELPH.

quæ sitam indicabit arcā. Continebit ergo præfatū quadratum A B C D 25 perticas quadratas, uniuersum quadratum componētes. De cæteris quibus cunctis quadratis, idem & iudices, & facias oportet.

Inventio diagonali quadrato rum.

Quod si libeat inuenire diagonalem A C, hoc est rectam ex dato quoīs angulo in oppositum eductam, & ipsum quadratum in duo isoscelia triangula inuicem æqualia dirimenterem: ita facito. Duc A B in se, & B C quoīs in seipsum multiplicata: cōsurgent utrobius 25. hæc simul iūge, resultabunt 50: quorum radix quadrata est 7 & $\frac{1}{14}$. totidem pericarum est A C diagonius.

De mensione quadranguli altera parte longioris.

H A V D D I S S I M I L I T E R obtinebis quadranguli rectanguli, quod altera parte longius dicitur, quantitatem. Si duxeris enim longitudinem in latitudinem, hoc est, alterutrum longiorum laterum in alterum breuiorū: consurget area ipsius datæ altera parte longioris. Sit altera parte longius E F G H, cuius utruncū longiorum laterum sit 8 perticarum, reliquorum vero, utpote, breuiorum quolibet 6 contineat perticas. Ducigitur S in 6, sicut 48: totidem perticarum est area datæ altera pte longioris E F G H. Si duxeris autem S in se, sicut 64: & 6 pariter in se multipliqueris, producentur 36, hæc simul iūcta efficiunt 100: quorum latus, siue radix quadrati est 10, totidem perticarum est diagonalis E G, per

Vt diagonalis altera partem longioris inueniatur,




47 primi elementorū Euclidis: quemadmodū antecedēti. 18. capite declarauimus.

SECUNDUM AVTEM PARALLELLOGRAMMVM MINIME RE=3 etagulū, & equilaterū tamē, & sub imparibus angulis compræhensum, quod Rhombus vocatur, metendum proponetur: in hunc facito modum. Cognitis ipsis rhombi lateribus, utraque diagonorum sub eorumdem laterum mensuram reducatur. Deinde multiplicata unam diagonorum in dimidiū alterius: & habebis aream ipsius rhombi. Sit in exemplū rhombus A B C D, cuius singula latera 10 perticarum, diagonius A C perticarum 12, & reliqua B D perticarū 16.

Exemplum.


Duc igitur 16 in 6, uel 12 in 8: sicut 96, totidem perticarum quadratarum est area ipsius rhombi A B C D. Quod si alterā diagonorū, uel ignoraueris, aut metū in non possis, operæ preciū est, inuenire perpendicularē, ex altero subtendentiu angulorum in cognitam diagonium incidētem, per doctrinam sexti numeri decimoniōni capitū

huius secundi libri, & eandem perpendicularē in cognitam diagonium, uel ecōtra multiplicare: fiet enim area ipsius datæ rhombi. Ut in assumpto nuper exemplo, cognita diagonali B D, opus esset inuenire perpendicularē A E, uel E C: aut habita diagonio A C, perpendicularis B E, uel E D ueniret inuestiganda, & reliqua ue-
luti prius absoluenda. In huiusmodi nāque parallelogramis, siue rhombis, utraque diagonalis ipsum rhombum bisariam dīspecit: longior quidem (ut B D) in duo triangula isoscelia amblygonia, breuior autem (uelut A C) in duo itidem isoscelia, sed oxygonia



sed oxygonia triangula inuicem & qualia dirimunt, per 34 primi elementorum Euclidis, & propter & qualitatem laterum. Adde quod ipsae diagonales sese inuicem per aequalia, & ad rectos dividunt angulos.

4 DEMVM, SIR HOMBIDES fuerit oblatu ipsum parallelogramum, hoc est, nec rectagulum, nec aequalium (demptis oppositis) laterum: hac procedas uia. Metire primu latera, dein alterutram diagonorum. Hac enim diagonus, per superius allegata 34 primi elementorum Euclidis, ipsum parallelogramum Rhomboidis appellatum bisariam dirimit, sicut anguli oppositi equales, atque latera ex opposito constituta, per eandem 34 primi. Erunt itaque in huiusmodi parallelogramis duo oxygona uel amblygonia & scalena triangula inuicem & qualia. Quare si alterutrius perpendicularis in ipsam diagonum incidente, per octauum numerum decimionum capitum inuestigaueris, & per ea multiplicaturis occurrentem diagonum: consurget area eiusdem Rhomboidis. Idem etiam habebis, si per 21 capitum alterutrius trianguli supputaueris aream, & ea duplaueris. Offeratur exemplum.



pli causa parallelogramum rhomboides FGH₁, cuius quodlibet logiorum laterum perticarū sit 17, sin gula uero breuiora latera 10 perticarū, altera autē diagonus, utpote, GH₁ perticarū sit 21. Inuenienda igit̄ est perpendicularis FK, aut HL, iuxta nup̄ alle gatū numerū: ea autē experietur esse 8 perticarū.

Duc igit̄ 21 per 8, cōsurgent 168: totidē perticarū est area ipsius oblati rhomboidis FGH₁. Aut si uelis, per doctrinā 21 capitū, area trianguli FGH, uel GHI offendetur esse perticarū 84: hæc autē bis sumpta, facit rursum 168. Hic porrò modus mihi uidetur breuissimus, multoq̄ facilior eo, qui iubet uti perpendiculari, tā rhombo, quam rhomboidi, imo & ad omne quadrāgulum metiendum (ut infra uidere licebit) indifferenter accommodus.

De reliquis quadrangulis, irregularium laterum & angulorū, que trapezia nominantur.

Caput. XXIII.



R A P E Z I A V O C I T A M V S Q V A D R A N G V L A, Q V A E N E C parallelogramma, nec aequalitera, uel aquiangula sunt: ueluti numero tertio sexti capitū libri primi annotauimus. Porro trapeziorū uaria cōstat esse genera, tam ob laterū, quam ob angulorū diuersitate inter se se discep̄tia. Quædā enim imperfecto isosceli uidetur similia, duo habentia inuicem aequalia latera, cī duabus parallelis in aequalibus ad duos obtusos & totidem acutos angulos cōuenientia: unde isoscelia haud inepite possunt appellari. Nonnulla uero etiā duo inuicem aequalia aut parallela habeant latera, duos tamen rectos admittūt angulos: quæ ob id rectagula trapezia nō iniuria uocitantur. Relata quæ autē trapezia, & quæ nullis neq̄ parallelis, nec lateribus uel angulis inuicem aequalibus cōstituta, utpote, quorum latera partim ad acutos, partim uero ad obtusos & inæquales inter se concurrunt angulos: amblygonia dicit̄ possunt. Primum ergo de trapezio isosceli, postea de reliquis.

Trapeziorum diuersitas.

2 C V M T R A P E Z I V M I S O S C E L E S M E T I R I V O L V E R I S, IN V E stiganda est in primis linea perpendicularis, ē uertice in basi incidentis, in hūc modum. Duc unum aequalium laterum in se, productumq̄ serua numerū, subtrahē deinde uerticē à basi, & dimidium residui per se multiplica, productū autē numerum subtraheab eo numero, quē nuper referuari iussimus, & relicti demum

De trapezio isosceli.

L n numeri


ORONTII FINEI DELPH.

numeri accipito latus quadrati: nam ipsum erit optata perpendicularis.

Cum igitur uolueris aream inuenire, adde uerticem basi, & adgregati dimidiū multiplicā in ipsam perpendicularē, uel ecōtra: nā quod inde producetur area dabit ipsius trapezij.

Exemplum.

Sit trapezij isosceles A B C D, cuius duo latera A B & C D inuicē æqualia 10 existant cubitorum, uertex B C cubitorum 4, & basis A D cubitorum 16. Duc igitur 10 in se, fient 100, aufer deinde 4 à 16, relinquentur 12, quorū dimidiū 6. hęc in se multiplica, efficien̄ 36: quæ auferas à 100, relinquentur 64. horum radix sive latus quadrati est 8: totidem cubitorum est perpendicularis à uertice B C ad basim A D incidens. compone igitur 4 & 16. Cōsurgent 20: quorū dimidiū 10. hęc ducta in S perpendicularis, efficiunt 80, totidem cubitorum est area propositi trapezij isoscelis A B C D.




Verēctangulū metatur trapezium. AT S I V V E T A R E A M R E C T A N G V L I inuenire trapezij, ita facito. 3


Compone duo latera inuicem parallela cum tertio ad rectos angulos conuenientia, & dimidiū resultatis inde numeri multiplicā in ipsum latus tertium (in quod uideat parallela ad recto conuenient angulos) & productum aream dabit ipsius trapezij. Aperiāmus id calculo. Sit igitur trapezium rectangulum E F G H, cuius uertex F G sit cubitorum 6, basis E H eidem uertici parallela cubitorū 18, perpendicularis E F ad rectos cum parallelis conuenient 5 sit cubitorum, quartum uero latus G H sit quantum acciderit. Compone igitur 6 uerticis cum 18 basis, fient 24: quorū dimidiū 12. hęc ducta in 5 perpendicularis, efficiunt 60, totidem cubitorum prouinciāda est area ipsius trapezij rectanguli E F G H.

De amblygoniū trapeziorum area. CVM P O R R O A M B L Y G O N I V N occurrit trapezium, cuius area defigatur in hunc facito modum. Resolute trapezium in bina triangula, per breuisimam diagoniū. Inuenito postmodum aream utriusq; trianguli, per doctrinā uiseges mīprī i caj itis immediate p̄cedētis. Nam binæ triangulorum areæ simul iunctæ, conficiunt aream ipsius oblati trapezij amblygonij.

Exemplum. 1. Sit exempli gratia trapezium amblygonium K L M N, sub duabus parallelis & totidem inæqualiter distantibus compræhensum: cuius uertex K L sit 10 cubitorū, totidem cubitorum sit latus sinistrum 1 K, basis uero I M eidem uertici parallela cubitorum 20, & reliquum latus L M cubitorum 16. Protrahē sicut & metite diagoniū I L, sitq; exēst pli causa cubitorum 12, cūtq; igitur trapezij I K L M in bina diuīlum triangula: nempe in oxygonium isosceles I K L & amblygoniū scalenū I L M. Ipsius porrò isoscelis I K L area inuenitur cubitorum 48, et scaleni I L M area cubitorum 96: si antecedentia de triangulorum dimensione obseruaeris capita. Compone itaque 48, & 96, resūlta bunt 144, totidem cubitorum est area oblati trapezij amblygonij I K L M.


Exemplum. 2. ESTO rursum trapezium amblygonium N O P Q, habens duo latera N O & P Q, inuicem æqualia, & eorum quodlibet cubitorum 17, alterū uero ex reliquis duobus, utpote, O P cubitorum 9, & quartum N Q cubitorum 21. Si uelis eiusdē trapezij





trapezij aream inuenire, trahenda, atq; metienda est primum diagonalis N P: quæ sit in exemplum 10 cubitorum. Erunt itaq; bina triangula N O P, & N P Q amblygonia scalena, ipsum trapezium N O P Q integratia: quorū area, ex præallegato uigesimali primo capite colligitur, ipsius quidem N O P cubitorū 36, & ipsius N F Q cubitorum §4. Si composueris itaq; 36 & 84, consurget area dati trapezij N O P Q cubitorum 120.

- 6 OFFERAT VR tandem trapezium similiiter amblygonium omnifariā irre= Exemplum 3.
gulare R S T V, cuius sinistrum latus R S 10 existat cubitorum, supremū seu uer= tex s T cubitorum 8, dextrum uero T V cubitorum 15, & basis R V cubitorum 21. Ad inueniendam itaq; aream ipsius trapezij R S T V, ducenda est in primitis diag= nius 8 V: quæ sit exēpli gratia cubitorum 17. Dividetur itaque trapezium R S T V,



in duo triangula scalena: in amblygonium quidem R S V, & rectangulum s T V. Ipsius porro trianguli R S V arca, ex eodem uigesimali primo capite, col ligitur 84 cubitorū: & reliquæ s T V cubitorū 60. Atque 84 & 60 conficiunt 144: quot scilicet cubitorum est area ipsius dati trapezij amblygonij & irregularis R S T V. His tribus exēplis contentus eris: nullū enim quātumcunq; diuersum trapezium

- 7 metiēdum occurret, cuius area eorumdē exempliorū ductu non facile suppurretur.

NEC IGNORAMVS, trapezium isosceles A B C D in duo triangula rectan= gula inuicem æqualia, & parallelogrammum rectangulum altera parte lōgius diui= di posse: atq; trapezium rectangulum E F G H in parallelogrammum itidem re= stangulum: item areas singulorum triangulorum amblygonia trapezia cōponen= tium aliter, quam per uigesimali primi caput, utpote, per propria & antecedē= tia capita inueniri posse. Sed hic modus, quicm nuper tradidimus, uniuersalior, bre= uior, & omnium facilissimus esse uidetur.

Vt polygonæ, multilateræ & que figuræ sub mensuram cadant,

Caput. XXIII.

I OLYGONAE, HOC EST, MVL T ANGVL AE, AT Q VE MVL
tilateræ dicuntur figuræ, quæ pluribus quatuor angulis, totidēq; la= teribus continentur; quemadmodum numero quarto sexti capitii li= bri primi declarauimus. Multilaterarum porro figurarum, aliae re= gulares, aliae uero irregulares. Regulares dicuntur, quæ æqualium & laterum & angulorum, atque circulo inscribi uel circumscribi possunt, cum ipso inscripto uel circumscripto circulo idem commune centrum habentes. Irregulares autem sunt quæ latera inæqualia, & angulos consequenter habent inæquales.

Notandum.

Regulares.
Multilateræ
figuræ
Irregulares.

CVMDATÆ CVIVSLIBET polygonæ atque multilateræ & regulæ figuræ aream uolueris inuenire, hanc generalem obseruato regulam, Inuenito figurae centro, producatur linea perpendicularis ex eodem centro in medium cuiusvis æqualium laterum incidens. Ducito postmodum dimidium ambitus, in eandem perpendicularem; nam productum aream dabit ipsius polygonæ.

Regula gene= ralis metiēda= riū polygo= nū regularium.

Inuenitur autem centrum polygonæ in hunc modum. Consydera, an data figura sit pari, uel impari numero laterum circumscepta. Si primum, trahenda est linea recta

Invenio centri
earidem poly= gonorum.

L iij à dato

ORONTII FINEI DELPH.

à dato quovis angulo, in oppositum angulum, & eadem bisariam diuidenda (quod per alteram rectam, ex quopiam reliquorum angularium in oppositum educiam absoluatur) ipsum enim divisionis punctum, quæ situm ceterum indicabit: à quo dividium eiusdem laterum ipsa ducatur perpendicularis. Si uero latera polygonæ fuerint impari numero distributa, educantur binæ rectæ, à medio puncto duorum quorumvis æqualium laterum in angulos eisdem lateribus oppositos, vel à duobus quibusvis angulis in opposita latera perpendicularares: quoniam ipsis lineæ se tersecabunt in centro (ut passim in quarto demonstratur Euclidis) critiq; recta linea punctum inter sectionis & medium punctum alterutrius duorum laterum intercepta, que in ipsum dimidium ambitus uenit multiplicanda, ut ipsius datæ polygonæ defyderata mensureretur capacitas.

Hæc est regula generalis, omnium quippe facilissima, & præcisam obtinens ueritatem: ualeatq; ad omnem rectilinæam figuram regularem, cuiusmodi sunt triangulum æquilaterum, & quadratum. Quiemadmodum de prædictis (si uolueris) periculum sacre haud difficultè potes.

Exemplum de pentagono.



OFFERATVR in exempli gratiam pætagonum ABC, cuius singula latera 12 existant cubitorum. Inuento itaque centro A, educatur recta, ex eodem centro in medium lateris BC perpendicularis: sitq; 8 cubitorum. Et quoniam quinque 12, efficiunt 60: dimidium igitur ambitus erit cubitorum 30. Itaque si multiplicaueris 30 per 8, fient 240. Concluens igitur aream ipsius oblatipentagoni ABC fore 240 cubitorum. Idem facias operet, quantacunq; fuerint ipsius dati pentagoni latera, quantauc acciderit ea que ex eiusdem pentagoni centro perpendicularis.

Exemplum de hexagono.

ESTORVRSVM, ad maiorem singulorum elucidationem, oblatum hexagonum DEF, cuius quolibet latus 6 offendatur perticarum recta autem, quæ ex inuenio centro D, in medium lateris EF perpendiculariter educitur, sit 5 perticarum & $\frac{1}{5}$. Vniuersus igitur ambitus erit perticarum 36, quarum dimidium 18. Ducantur itaque 18, in 5 & $\frac{1}{5}$, fient 93 & $\frac{1}{5}$: totidē perticarum est area ipsius dati hexagoni DEF. Idem iudicabis de heptagono, octogono, & reliquis succedentibus polygonis, pari uel impari laterum numero comprehensis.

Geometrica predicatorum demonstratio.

HVIS autem regulæ ueritas, ita demostriatur. Repetatur hexagonum DEF (nam idem erit iudicium de ceteris polygonis) Manifestum est, ipsum hexagonum in 6 isoscelia adiuicē æquallia separari, quorum bases sunt eiusdem hexagoni latera. In medium autem lateris EF incidet ex D centro linea recta, perpendicularis est: circumscripsi nanc; circuli eadem EF chordam representat, quam per cam que ex centro non posse bisariam discindi, quin simul ad rectos diuidatur angulos, tertia tertij demostret Euclidis. In hanc porro perpendicularem basis EF multiplicata, rectangulum efficit duplum ipsius trianguli DEF, per 41 primi eiusdem Euclidis: que si ducatur in dimidium eiusdem basis (uti metienda iussimus triangula) producetur area eidem.




area eidem triangulo prorsus æqualis. Cum autem hexagoni latera sint adiuicæ æqualia, & quæ ex centro in dimidiū cuiuslibet lateris itidæ æquales inter se (quæ admodum ex 4, atq; 26 primi ipsius Euclidis deducere nō est difficile) fit, ut præfata perpendicularis in mediū cuiusvis educta lateris punituſum laterū ambitū multiplicata, rectāgulū efficiat duplū ipsius hexagoni; quæ si per dimidiū eiusdem ambitus, vel ecōtra multiplicetur, consurget arca eidem hexagono æqualis. De cæteris quibuscunq; polygonis, idem responderet iudicetur.

SOPOROSI POLYGO NA, ET METENDA FIGVRA IRREGV
laris extiterit, hoc est, inæqualiū & laterum & angulorum: ea primitū in triangula uenit resoluenda (in quām facilitiora, et pauciora uelim intelligas, et quæ expeditioris uidebuntur esse mensuræ triangula) deinde singulorum triangulorum area iuxta doctrinā uigilim primi capitū, aut præcedentium capitū huius secundi libri uenit accipienda. Quoniam particulares triangulorum areæ in unum collectæ, component aream ipsius multilateræ figure.

Qualiter poly
gonū regu
larū areæ col
ligantur.

Quod etsi ex prædictis deducere haud difficile possit, unicū tamē adjectemus Exemplum, exemplum, quo singula fiant lucidiora. Sit itaq; pentagonū irregulare G H I K L,



cuius latus GH sit 9 cubitorū, H I 10, K I 7, K L 8, & G L cubitorum 12. Si à puncto itaq; I ad puncta G & L rectas duxeris lineas, quæ sint (uerbi gratia) inuicem æquales, & earum quælibet cubitorū 17: erit datum pentagonū in triâ non ineptè separamatum triangula, uopote, scalenū amblygonium G H I, isosceles G I L, & rectangulū scalenum L I K. Ipsius ergo triāguli GH I area offendetur cubitorum 36, G I L uero triāguli cubitorū 78, & ipsius L I K 60 cubitorum; quicmadmodum antecedentia te docebūt capita. Compone igitur 36, & 78, una cum 60, consurgent 174. Totidem cubitorum est area ipsius dati pentagoni irregularis G H I K L. Non alienum habet oīudicium de cæteris.

Hinc sequitur, inter irregulares figuræ pentagonum in triâ, hexagonum in 4, heptagonum in 5, octogonum in 6, & ita deinceps, fore diuidendum triangula, pro commoditate laterum & angulorum distributa.

De circuli area, eiusq; partibus,

Caput. XXV.

AUD DISSIMILI VIA CIRCULI METITVR AREA, QVAE de polygonis proximo capite tradita est. Nam quæadmodum ex multiplicatione rectæ quæ ducitur ex centro in medium cuiusvis laterum per dimidium ambitū ipsius polygoni, consurgit area eidem polygono æqualis; eodem modo, ex ductu semidiametri in dimidium circumferētiae rectāgulum efficitur, dato circulo æquale. Cum enim regula sit in uniuersum de omnibus demonstrata polygonis, de maximo atq; minimo uerificabitur: quapropter & de circulo, in quo infinitorum & laterum & angulorum concursus esse uidetur. Hinc Archimedes mathematicus insignis, atque philosophus, demonstravit aream circuli æqualem esse triāgulo rectangulo, cuius unum latus ex his quæ rectum cōprehendunt angulum ipsius circuli semidiametro, reliquum uero circumferentia fuit æquale. Cir enim semidiameter in totâ circumferētiâ multiplicatur, fit rectāgulum duplum circuli: cuius rectāguli dimidium, est idem triāgulum, L iij dato circulo

Vt circuli me
tatur area.

Archimedes.

ORONTII FINEI DELPH.

dato circulo æquale. Ex qua quidē subtilissima ipsius Archimedis demonstratio manifestatur, quod semidiameter in dimidiū circumferētix (uel ecōtra) multiplicatus, rectangulā producīt areā dato circulo (ut in nunc diximus) æqualem.


Ratiocircunfe
renia ad dia
metrū circuli,
secundum Ar
chimedem.

S O L A I T A Q V E difficultas esse uidetur, in uestigāda recta, quæ circumferētia sit æqualis circuli. hæc porro nobis idē Archimedes diuina potius, quam humana demonstratione, reddidit manifestā. Reperit enim geometrico discursu, circumferētiam ad diametrū circuli rationē obtinere minorē tripla sesquiseprima, maiorē uero tripla superdecupartiente septuagesimas primas, hoc est, maiorē tripla sesqui-octaua: Ut eadē circumferētia ad ipsum diametrū se habeat serē, ueluti 22 ad 7.

Quæquidē ratio hactenus obseruata fuit ab oībus, nempe qua præciosiorem nemo reperiisse uidetur (et si multi hoc tractauerent negotiū) & quæ huic proposito, absq; error sensibili existimat facere satis. Sit datus itaq; circulus A B, cuius centrū

Exemplum.

De quadrato
circulo æquali.



C, sitq; eius diameter 14 cubitorū. Igitur per inuen-
fū Archimedis, & regulā 4 proportionaliū, circumferētia erit similiū cubitorū 44, quorū dimidiū 22.
Duc itaq; 22 in semidiametrū, hoc est, 7, fiet area re-

ctangula C D 154. totidē cubitorū est area ipsius A B

circuli. Q. si qdratā de 154 extraxeris radi-

ce, ea erit cubitorū 12, & $\frac{1}{2}$ unius cubiti, tātū erit igitur latus qua-

dri at idē circulo æqua-

Corolariū no-
tandum.

5 LIBET TANDEM in maiorem reliquarum multangularum columnarū dimensionis elucidationem, hexagonam KLM examinare; cuius altitudo 10 pedum, utriusq; autem hexagoni latera pedum 6. Erit ergo circumferentia 36, area vero $93\frac{1}{4}$; per doctrinam uigesimi quarti capitatis antecedentis. Duc igitur primum 36 in 10, sicut 360; quibus adde bis $93\frac{1}{4}$, hoc est $187\frac{1}{4}$, resultabunt $547\frac{1}{4}$, uniuersa superficie continentia. Multiplica rursus $93\frac{1}{4}$ per ipsa 10 altitudinis, convergent 936; totidem pedum solidorum est crassitudo. Idem respondenter facito de ceteris quibusq; similibus. Nec mireris operter, si plerumq; numerus per dum superficialium, excedit numerū pedum ipsius crassitudinis; in quolibet enim pede cubico sunt 6 pedes quadrati.

De colūna hexagona exemplum quartū.

Norandum.

6 EX HIS PRIMVM colligitur, diuersorum solidorum mensura, quæ supradictarum & similiū columnarum partes esse uidentur: cuiusmodi est subscripta figura molaris N, Cuncus O, Rhombus P, atq; trapezium solidum Q; & similia solidā uniformem undiquaque fortissima altitudinem. Inuentis enim arcis basium, per antecedentia capita secundæ partis, si per datam multiplicetur altitudinem, prodibit eorundem solidorum magnitudo. Nec opus est pro quolibet huiuscmodi solo peculiare tradere documentum: cum in infinitam diuersitatis perducantur multitudinem, & præmissa regula generalis uideatur omnibus facere satis.


1. corollarium de fragmentis columnarū dimicendis,



7 FIT ETIAM MANIFESTVM, qualiter excavatae columnæ sub mensurâ cadant. Inuēta nanque totius corporis (ac si solidum foret) crassitudine, deinde intrinseca concavitatis capacitate: si hæc tollatur ab illa, relinquetur optata corporis excavati magnitudo. Sit in exemplum Cylindrus excavatus RST, cuius altitudo pedum 10, exterioris circuli diameter 9 pedum, interioris autem pedum 6. Circumferentia itaque maioris circuli erit $28\frac{2}{7}$, area vero $63\frac{9}{14}$; minoris autem circuli area $28\frac{2}{7}$, circumferentia vero $18\frac{6}{7}$. Due igitur primū $53\frac{9}{14}$ in 10, sicut uniuersa crassitudo, pedum quidem $636\frac{1}{7}$. Duc consequenter $28\frac{2}{7}$ in ipsa 10, convergent $282\frac{2}{7}$; hæc tolle à $636\frac{1}{7}$, relinquentur $353\frac{4}{7}$. Totidem pedum est orbicularis eiusdem excavati cylindri crassitudo. Vel (si uolueris) aufer $28\frac{2}{7}$ à $63\frac{9}{14}$; & residuum (quod est basis orbicularis) multiplicata in 10, nam idem redibit numerus $353\frac{4}{7}$.

2. corollarium de columnis excavatis.

Exemplum.



8 TANDEM elicere potes, quanta sit regularium quoru[m] cunque usorum capacitas. Area nanque fundi sive basis intrinseca, in altitudinem seu profunditatem multiplicata; contenti liquoris quantitatem ostendet.

3. corollarium de regulariis usorum capacitatibus.

Oportet

ORONTII FINEI DELPH.

Oportet igitur primum agnoscere, quantum liquoris uni pedi cubo respodat.


Exemplum.

Supponamus in exemplum pedem cubicum continere liquoris 4 quartas, ad dati loci mensuram: sitque uas laterum hexagonus figurae V X, cuius & fundi & orificij singula latera sint 4 pedum, profunditatis autem longitudine, i.e. altitudo laterum, pedum 5.

Erit igitur area fundi 42, per doctrinam XXIIII capit. Due itaque primum 42 in 5, habet 210: totidem pedum cubicorum est dati uasis capacitas. Atque pedem cubum, 4 liquoris capere quartas supposuimus: duc ergo rursum 210 in 4, consurgent 540, concludendum igitur, datum uas contineat quartas liquoris praesumptas 540. Ita censeto, ac facito de ceteris.

Notandum.

In huiusmodi igitur, atque simili uasorum capacitatibus dimensionem, fabricabitib[us] uas parallelogrammum rectangulum ex quinq[ue] quadratis & pedestalibus planis adiuicem coniunctis, congruentis ad hoc materix resultans: in quod infundes quantum liquoris capere poterit, ad tuu loci mensuram, obseruatis eiusdem affumptu[m] mensuræ alijs quotis partibus, etiam quantumcumq[ue] minutis. Cuius examinationem capacitem, in fempiternum usum obserualis.



Qualiter pyramidis sub mensuram cadant,

Capit XXX.

Regula generalis, ad altitudinem regularis pyramidis inveniendam.



IN GVLAE PYRAMIDES, QVAE REGULARIVM VIDEATUR.

Si nanc[er] duxeris aream basis datae cuiuscunq[ue] regularis pyramidis, in tertiam altitudinis partem: conflabitur ipsius datae pyramidis etasitudo. Vel duc aream ipsam basis, in totam pyramidis altitudinem, & producere cape tertiam partem, omnis enim pyramidis laterata est fuit colonna siue prismatis candem basim & altitudinem aquam habentis pars tertia, per corolarium 7 duodecimi: necnon rotunda pyramidis (quae conus propriè vocatur) cylindri pars istud tertia, candem basim & aquale fastigium cum ipso cono possidentis, per 10 eiusdem duodecimi elementorum Euclidis.

Pyramidis altitudo qualiter inueniatur.

Rereliquum est igitur, ostendere qualiter ipsius pyramidis regularis inueniatur altitudo: hoc est, recta à cono seu uertice pyramidis in basim perpendiculariter descendens. hoc autem ita facies: duc pendulum ipsius pyramidis latus in se, & producere serua numerum, deinde multiplicata secundum circulum basi circumscripti idem per se, & productum aufer à prius obseruato numero, residuumq[ue] tandem numeri quadratam extraheradicem: iam ea erit optata pyramidis altitudo.

Exemplum de retorta pyramidis invenientur.

SIT PRIMVM conus A B C, à cuius uertice A in circumferentiam basis comprehendens, longitudo A B, sit 13 pedum: secundum autem B C, ipsius videlicet basis sit pedum 5. Oportet igitur primum inuenire rectam A C. Duc itaque 13 in se, fient 169: deinde 5 per se multiplica, fient 25. Aufer 25 à 169, relinquitur 144: quorū radix 12, totidē pedū est perpendicularis A C, quoniā per 47 primi elementorum Euclidis, quadratum quod ex A B, aquum est duobus quadratis, quae ex A C atq[ue] C B. Arca porro circuli B C, hoc est basis, est $78 \frac{4}{7}$, eiusq[ue] circuferentia $31 \frac{1}{7}$: per uigesimumquintum caput huius libri. Duc igitur tandem $78 \frac{4}{7}$ in 12,

ORONTII FINEI DELPH.


supra diximus, totalis pyramidis crassitudo, erit pedum solidorum $468\frac{1}{2}$: minoris autem pyramidis, hoc est, complementi HK i crassitudo, $58\frac{1}{2}$. Igitur si subduxeris $58\frac{1}{2}$ de $468\frac{1}{2}$, relinquitur $409\frac{1}{2}$: totidem pedum cubicorum est oblatæ pyramidis imperfectæ crassitudo.

Corolarii de pyramidis regulares et quae terræ ex ea dicuntur.

Ex his itaque reliquiæ cūdēs, quonā modo corpus regularē nō possit 7
appellatū mēsuretur; utpote, cū sit pyramidis æquilatera
qua tuor æquilangulis triangulis terminata, cuiusmoⁿ N
di est obiecta figura solida NOP, Cuius quidem py-
ramidis NOP, si singula latera fuerint in exēplum 12
pedum, & semidiameter circuli cuius triangulorum
cireūscripti pedum 7: erit perpendicularis à quolibet
angulo in oppositum latus incidens $9\frac{1}{2}$, area uero
cūllibet triangulū æquilateri $62\frac{1}{2}$. Vnde crassitu-
do pyramidis ex prædictis colligetur pedum cu-
bicorum $203\frac{1}{2}$, quæ serè ualent unū pedis sextū.
Satis ergo de pyramidibus,

Ut sphaera eiusque partes mēsūrentur.

Caput XXXI.



Dati sphaerae invenire super diem.

Exemplum.

Sphaerae crassitudinē mēsūrare.


Exemplū prædictorum.



PHÆRA QVINQUE REGULARIVM CORPORVM COM-
mune uidetur esse receptaculum: utpote, intra quā ipsa quinque regularia
describantur corpora. Cadit autē sphaera sub mēsūrā duplicitē: aut
enim ipsa tantūmodo superficies inuestigatur, uel uniuersa crassitudo
disquiritur. Prīmū itaq; sic absoluito. Dic sphaerae diametru, in cir-
cūferentiā maximi circuli eiusdē sphaerae: quod enim producetur superficialē datæ
sphaerae magnitudinē ostēdet. Sphaerica nāq; superficies est aequalis circulo, cuius
diameter plus est diametri maximi circuli in eadē sphaera descripti. Vel ducito
areā ipsius maximi circuli per 4: & idē obtinebis. Quonā ipsa sphaerae superficies
quadruplica est areæ maximi eiusdē sphaerae circuli. Sit exempli gratia, succedens
sphaerica representatio ABC, cuius axis BC, hoc est, diametris maximi circuli in ea-
dem sphaera descripti sit 14 pedū. Ergo per antecedēs 25 caput, circūferentia ma-
ximi in eadem sphaera circuli erit pedum 44, area uero 154. Dic itaque 44, in 14:
producetur 616, uel multiplicata 154, per 4: & idē numerus 616 resultabit, totidē
ergo pedum quadratorum, est ipsius dati sphaerae A B C terminatiua superficies.

CV M AVTE M uolueris eiusdem sphaerae metiri crassitudinē: id quadruplici
poteris absoluere modo. Primo, due superficialē
sphaerae continentia, in sextam partem diametri. Vel
tertiam partē superficie in semidiametrum. Mul-
tiplicauē areā maximi circuli, in totū sphaerae diametrum: & producti accipe duo tertia. Nam secundum
Archimedem, cylindrus cuius basis maximus circu-
lus, altitudo uero diameter sphaerae, ad ipsam spha-
ram sequaliter uideatur obseruare rationem.

Quarto, idem habebis si mensus fueris conū, cuius
basis maximus sphaerae circulus, altitudo uero eius-
dē sphaerae semidiameter, & productū quadruplicaueris: Est enim sphaera huius-
modi coni quadruplica. Ut in præsumpto nuper exēplo. Dic 616 in $2\frac{1}{3}$ (sunt
enim sexta pars ipsorum 14 dati nunc diametri) producentur $1437\frac{1}{3}$. Vel duc-



$215\frac{1}{3}$

$205\frac{1}{7}$ (quæ sunt tertia pars ipsorum 616 inuenientæ superficii) in 7 semidiametri: cōsurgent rursum $1437\frac{1}{7}$. Quod si multiplicaueris 154 in 14 , resultabit 2156 : quorum duo tertia faciunt eadem $1437\frac{1}{7}$. Aut deniq; si duxeris 154 in $2\frac{1}{7}$ (hoc est, tertia semidiametri partem) sicut coni magnitudo $359\frac{1}{7}$: quæ quadruplicata cōficiunt rursum $1437\frac{1}{7}$. Igitur datae sphæræ crassitudo, ubiq; reperitur $1437\frac{1}{7}$.

3 H I N C F A C I L E colligitur, ipsius dimidiæ sphæræ tam superficialis, etiam crassa magnitudo: nam si utriusq; dimidium acceperis, propositum obtinebis.

Hoc etiam ita poteris inuenire. Duc circumferentiam maximi circuli, in datae sphæræ semidiametrum. Aut multiplicata aream eiusdem maximi circuli per $2\frac{1}{7}$: & hemisphaerica nascentur superficies. Vt sint omnia, ut in accepto nuper exemplo. Exemplum.

Duc igitur 44 in 7 , aut multiplicata 154 per 2 : sicut enim utrobicq; 308 , quæ sunt dimidium ipsorum 616 , quibus si addideris 154 , consurgurget uniuersa dimidiæ sphæræ superficies, pedum 462 .

4 V T H A B E A S autem hemisphaerij crassitudinem: duc hemisphaericā superficiem in unum sextum semidiametri. Vt tertiam partē eiusdem hemisphaericā superficie, in semidiametrum. Aut duc aream maximi circuli in eundem semidiametrum: & productū sume duo tertia. Vel deniq; multiplicata aream eiusdem maximi circuli in unum semidiametri tertium: & productū duplica, semper enim redibit media sphæræ crassitudo. Repetantur in exemplum singula uti primū disposita. Duc igitur 308 in $2\frac{1}{7}$, sicut $718\frac{1}{7}$. Vt multiplicata $102\frac{1}{7}$ (quæ sunt unum tertium hemisphaericā superficie) in 7 semidiametri, colligentur rursum $718\frac{1}{7}$. Aut ducito 154 in eadem 7 , sicut 1078 : quorum duo tertia conficiunt itidē $718\frac{1}{7}$. Quod si duxeris 154 in $2\frac{1}{7}$, sicut conus continēs $359\frac{1}{7}$: quæ duplata restirunt iterum $718\frac{1}{7}$. Tanta igitur est hemisphaerica crassitudo: sunt enim $718\frac{1}{7}$ dimidium ipsorum $1437\frac{1}{7}$.

5 P O R R O cum sectorem, uel utrancq; sphæræ sectionem, minorem scilicet aut maiorē hemisphaerica, metiri uolueris: ita facito. Sit maximus in data sphera circulus $B C D E$, cuius centrum A , dimetens $B D$: sitq; recta $C E$, dispecens ad rectos angulos dimicentem $B D$ in puncto F , diameter circuli minoris, cuius planum secet spharam in binas & inaequales sectiones, maiorem quidē hemisphaerica $C B E$, & $E D C$ minorem. Connectantur quoq; semidiametri $A C$ & $A E$. Ad habēdam in primis gibberosam utriusq; sectionis superficiē, uide quam rationē habeat $A F$ recta, inter sphæræ centrum & sectionem eiusdem circuli minoris cum dimetiēte

B D comprehensa, ad $A B$ uel $A D$ semidiametrum.


& in eadem ratione tolle partem proportionalē hemisphaericā superficie: relinquetur enim superficies segmenti minoris, cuius arcus $C D E$, uertex autem D .

Quod si eandem partem proportionalem eidem hemisphaericā superficie adiunxeris: resultabit superficies ipsius maioris segmenti, cuius arcus $C B E$, uertex

autem B . Supponatur in exemplū dimetens sphæræ, hoc est, $B D$, pedum 14 , $A F$ 3 , & $F D$ 4 : & reliqua uti supra. Quoniam igitur 3 sunt tres semidiametri

De sectionibus argenteis sphæræ.

Vtriusq; sectionis superficies qualiter habeatur.



septimæ: aufer igitur $\frac{1}{7}$ à 308 , utpote 132 , relinquenter 176 . totidem pedum est ipsius minoris sectionis $C D E$ arcuata superficies. Adde rursum 132 , hoc est, $\frac{1}{7}$ ipsorum 308 , eisdem 308 : cōsurgent 440 , quod uidelicet pedum est ipsius maioris

N sectionis

Exemplum.

ORONTII FINEI DELPH.

Data sectione alterius altitudine coelum, re sectionis C B E gibberosa superficies. Quod si habueris altitudinem B F, ignoraueris autem F D:duc C F uel F E in sece (sunt enim aequales, per 3 tertij elementorum Euclidis) & productum deuide per eandem B F, & habebis F D. Et uerfa uice, si idem productum diuiseris per D F: generabitur F B. Exempli gratia, ex 47 primi corundem elementorum, C F, uel F E erit pedum $6 \frac{1}{3}$: hae in sece faciunt 40, diuide igitur 40 per 4, fient 10: quot pedum est B F. Vel partire eadem 4 per 10, prouenient 4: quotam supposuimus F D. Data igitur alterutrius sectionis altitudine, per eandem alterius habetur altitudo.

Vt in sece sectionis crassitudo quoniammodo supponenda.

Exemplum:

CRASSITLES autem prædictarum sectionum ita colligitur. Duc inuenit tam utriusque sectionis superficiem in sextam ipsius diametri partem: uel tertiam partem utriusque superficie in semidiametrum, sicut enim alterius duorum modorum, sectore sphæræ: maior quidem A C B E, minor uero A C D. Vnde si iuxteris conū A C E, habens pro basi præfatum minorem cū eulom, cuius diameter C E, altitudinem uero A F, ipsi sectori A C B E: resultabit sectio maior C B E, aut si eūdem conū A C E dempseris à sectore A C D E, minoris sectionis C D E crassitudo relinquetur. Mettere itaque primum conum A C E, quemadmodum xxx docuimus capite: si autem erit pedum 126, & præterea $\frac{4}{6}$, quæ ualent ferè $\frac{1}{10}$. Duc postmodum 176 in $2 \frac{1}{3}$, uel 58 $\frac{1}{3}$ (quæ sunt tertia pars de 176) in 7: colligentur utrobiusq; 410 $\frac{2}{3}$, totidem pedum est sectore A C D E. Rursum multiplicata 440 in $2 \frac{1}{3}$, uel 146 $\frac{2}{3}$ (quæ sunt $\frac{1}{3}$ corundem 440) in eadem 7: fient ex utraque multiplicatione 1026 $\frac{2}{3}$, totidem pedum est sectore A C B E. Cui si iuxteris 126 $\frac{4}{6}$, si abstraheris à 410 $\frac{2}{3}$: relinquatur sectio minor C D E, pedum quidem 284 & $\frac{18}{6}$. In quorū omnium fidem, si composueris utrūque sectorem, hoc est, 1026 $\frac{2}{3}$, & 410 $\frac{2}{3}$: uel utrāque sectio nem, utpote, 1152 $\frac{46}{6}$ & 284 $\frac{18}{6}$ simul collegeris: nuper inuenta sphæræ crassitudo 1437 $\frac{1}{3}$, utrobiusque resultabit.


De cæterorum regularium corporum dimensione.

Caput XXXII.


ATVIT EX PROXIME DESCRIPTIS CAPITIBVS, qualiter Tetrahedron ex 4 aequiangulis triangulis compositum corpus, & hexahedron sive cubum sex quadratis comprehensum, inter quinque regularia metiantur corpora. Reliquum est tandem ostendere, cæterorum trium, utpote, Octahedri, Icosahedri, & Dodecahedri quantitatem. Hæc enim quinque regularia nocitantur corpora: propterea quod & arcis & lateribus claudatur aequalibus, & intra eādem sphærām sola describantur. Octahedron enim, 8 triangulis aequaliteris & inuicem aequalibus clauditur, Icosahedri 20: sed dodecahedrum 12 pentagonis itidem aequalibus & aequaliteris terminatur.

Ostahedri mē fura. SIT IGIT VR PRIMVM oblatum octahedron A B C. Huius si uel ha-
bere crassitudinem, due unum laterum in sece, & productum multiplicata rursum per diametrum ipsius octahedri, consurgentis demum numeri acceperit tertiam partem: nam ea propositam crassitudinem ostendet. Fit enim hoc modo columna la-
terata, tripla ipsius octahedri corporis. Ut habeas autem diametrum, duc unū la-
tus in sece, & productum duplifica, adgregati demum quadratam extrahe radicem:
quoniam per 47 primi, ipsa radix erit diameter optatus.

Sint in




Sint in exemplum singula ipsius octahedri ABC latera pedum 6. Duc igitur 6 in se, sicut 36; haec dupla, consurgent 72, quorum radix $8\frac{1}{2}$. totidem pedum est diameter ipsius octahedri. Multiplica tandem 36 in $8\frac{1}{2}$, resulant 306: quorum tertia pars 102, totidem pedum solidorum est dati octahedri crassitudo. Quod si acceperis aream unius basis triangularis, & eam per 8 multiplicaveris: uniuersa eiusdem octahedri superficies colligetur.

Exemplum.

DODECAHEDRI autem magnitudo, in hunc modum inuestigatur. Metire unam 12 pyramidum, per triglimum caput, & ipsius pyramidis qualitatatem multiplicato per 12: habebis enim ipsius dodecahedri crassitudinem. Quoniam dodecahedron divisibile est in 12 pyramides adiuvicem aequales: quarum bases sunt ipsa 12 pentagona dodecahedron terminantia, uertices autem ad centrum eiusdem dodecahedri conueniunt.

De metredo do-
decahedri cras-
titudine.

Ad metiandam porro unam dictarum pyramidum, necessarius est eiusdem pyramidis axis: quem tali uenaberis arte. Duc subtendentem unum angulorum ipsius pentagoni in se, & productum multiplicato per 3, consurgentis inde numeri quadratam accipe radicem: erit enim diameter cubi, super quod dodecahedron fabricatur. Huius autem diametri, siue radicis dimidium duc in se, & a produceto tolle quadratum semidiametri circuli circa idem pentagonum descripti residui, tandem quadratam extrahe radicem: nam ea erit axis, siue altitudo cuiuslibet pentagonarum pyramidis. Semidiametrum porro circuli circa datum pentagonum descripti, respondentem obtinebis: si duxeris latus decagoni intra cundem circulum descripti in se, & productum abstuleris a quadrato lateris ipsius pentagoni, & residui quadratam acceperis radicem. Vel inuenito pentagoni centro, recta ab eodem centro in quemuis angulum pentagoni idem lucius ostendet.



Sit in exemplum dodecahedron cuius una basium DEF pentagonus, singula uero latera pedum $4\frac{2}{3}$, subtendens autem angulum DEF. utpote, recta DF pedum $7\frac{1}{3}$, semidiameter tandem circuli circa datum pentagonum descripti pedum 4. Due igitur primum $7\frac{1}{3}$ in se, sicut $57\frac{2}{3}$, haec triplata eoficiunt 172 $\frac{1}{3}$: quorum radix (qua est axis cubi, super quod datum fabricatum est dodecahedron) $13\frac{8}{65}$, & dimidium huiusc radicis $6\frac{71}{130}$.

Exemplum.

Duc rursus $6\frac{71}{130}$ in se, sicut $42\frac{48}{65}$: a quibus tolle quadratum semidiametri EG, utpote 16, relinquentur $26\frac{48}{65}$, horum radix $5\frac{111}{65}$: tan-

ta est altitudo, uel axis cuiuslibet pyramidis. Area uero pentagoni DEF, ex uis gesimoquarto capite colligitur pedum $37\frac{1}{3}$, haec ducta in $5\frac{111}{65}$ faciunt $193\frac{106}{65}$, quorum tertia pars 64 & $\frac{5}{13}$ feret (deest enim tantummodo $\frac{1}{975}$) totidem pedum solidorum est ipsius pyramidis pentagonae crassitudo. Ergo $64\frac{5}{13}$ tandem multiplicata per 12, collectim efficiet uniuersam dodecahedri magnitudinem, pedum quidem cubicorum $772\frac{8}{13}$.

N*ij* Si denique

ORONTII FINEI DELPH.

Icosahedri seu corpus 20 basi qualiter metatur. SI DENIQUE Icosahedrum metiri uolueris, inuenito primum rectam, ex 4 totius corporis centro in basium quamlibet perpendicularem, utpote, quae singulare pyramidum (ex quibus uniuersum corpus integratur) determinat altitudinem. Accipito postmodum unius pyramidis quantitatem, iuxta doctrinam XXX capititis, eamque per 20 multiplicato: consurget enim totius icosahedri corporis magnitudo. Nam icosahedrum componitur ex 20 pyramidibus trilateris & ad inuicem aequalibus, quarum uertex communis est ipsius icosahedri centrum.

Reperitur autem axis siue altitudo cuiuslibet dictarum pyramidum, in hunc modum. Notabis in primis singula basium latera pentagoni intra circulum descripti. Dato autem latere pentagoni, datur & decagoni latus intra eundem circulum descripti: utpote, recta subtendens dimidium arcum ipsius pentagoni.

Metire igitur latus unius triangularium basi datu icosahedri, & ipsum latus due in se, à producendoque tollit quadratum lateris decagoni: relinquetur enim quadratum semidiometri circuli idem pentagoni circumscripsi. Quod si lateri decagoni addideris mediā partē semidiometri circuli datū pentagoni circumscripsi (extracta radice nuper inuenti quadrati eiusdem semidiometri) cōsurget axis, siue altitudo cuiuslibet trigone pyramidis. Sit corpus 20 basium triangularium H I L, cuius singula latera pedum 6: qualium autem partiū latus pentagoni fuerit 6, decagoni latus sit $3\frac{1}{8}$. Duc igitur 6 in se, sicut 36: & $3\frac{1}{8}$ in se, producentur $9\frac{1}{4}$, hinc tolle à 36, relinquetur $26\frac{1}{4}$: quorum radix $5\frac{1}{8}$, tantus est semidiometer circuli idem pentagonum atque decagonum circumscripsi. Adde consequenter ipsi lateri decagoni, utpote $3\frac{1}{8}$, dimidium inuenti semidiometri, scilicet $2\frac{7}{16}$, cōsurgent $5\frac{11}{16}$, totidē pedū est altitudo, siue axis datu cuiuslibet trigone pyramidis ipsius icosahedri. Area porro trianguli cuiuslibet singula latera pedum 6, per antecedens XIX caput est $15\frac{1}{3}$, hinc in $5\frac{11}{16}$, faciunt $\frac{11}{16}$: quorū tertia pars $29\frac{11}{48}$, tanta est unius trigonae pyramidis crassitudo. Duc igitur tandem $29\frac{11}{48}$ in 20, consurget universa crassitudo corporis icosahedri, pedum quicquidem cubicorum $591\frac{1}{2}$.

De Rhombo. Rhomboide, & ceterisque solidis irregularibus, atque de uasis uinarii (quod dolium vocant) capacitate. Capitum XXXIII.

Rhomboi solidi
equitas qualiter
obtineatur.



VNT PRÆTEREA quædam solida, in Rhombi atque Rhomboi disfiguram redacta: quoru[m] dimensione ex predictis colligere, haud ob[st] cum est. Cum igitur Rhombi solidi uolueris agnoscere quantitatē, metire utriusque coni aut pyramidis quantitatem, & productam utriusque mensuram in unitate compone: resultabit enim datum rhombi magnitudo. Cōsideratur nāque rhombus solidus ex duobus conis, ex duabusque lateratis pyramidibus ad eandē basim conuenientibus: quoru[m] dimensione XXX capite tradita est.

Sit tamen in maiorem singulorum elucidationem Rhombus solidus A B C, ex duobus conis integratus, quorum altitudo pedum 12, basis autem circulus, cuius semidiometer

semidiameter AC pedum 10. Igitur ex praefato trigesimo capite utriusque coni magnitudo elicetur pedumi solidorum $314 \frac{2}{7}$: hæc igitur duplica, sicut $628 \frac{4}{7}$. tanta erit uniuersa rhombi crassitudo. Vt utriusque præterea coni superficies, ex eodem trigesimo capite colligitur pedum quadratorum $204 \frac{2}{7}$: hæc rursus bis sumpta conficiunt $408 \frac{4}{7}$, tanta est igitur uniuersa dati rhombi superficies. Nec aliter mensurabis rhombum solidum ex duobus conis inæqualibus, duabusque quibusque lateratis pyramidibus, aut æqualibus inter se, vel inæqualibus compositum: semper enim ex utriusque pyramidis simul adgregata mensura, ipsius rhombi magnitudo resultabit,

Exemplum de superficie rhombi.

E S T E T R H O M B I figura curuilinearæ, quam oualem possumus haud indecenter appellare: quæ sub dimensione Derhæbi oualæ curuilinearæ quantitate.

Sit datus rhombus oualis curuillinarus D E F G, cuius maior axis E G, minor autem F C priori orthogonalis. Planū igitur circuli, cuius diameter recta D F, dividet ipsum rhombum bisariam. conus autem, cuius basis circulus D F, uertex E, subdividens est (per Archimedem in libro de sphæroidalibus & conoidalibus) ipsius dimidijs rhombi curuillinaris D E F G: idemque sudicato de reliquo cono ex aduerso collocato. Totus ergo rhombus conoidalis totius oualis rhombi subdividens erit.

Metere itaque rhombum ex duobus conis resultantē ueluti nunc admouimus, & producēam mensuram duplique: colligetur enim uniuersa dati rhombi oualis crassitudo. Archimedes autem huiuscmodi rhombi sphæroidale corpus appellare consueuit.

Exemplum.

Sit igitur, breuiatis causa, rhombus conoidalis D E F G priori, hoc est, A B C similis & æqualis, cuiusque crassitudo pedum cubicoruū $628 \frac{4}{7}$, hæc itaque dupla, efficiunt $1257 \frac{1}{7}$, tantam ergo pronunciabis uniuersam oualis rhombi D E F G quantitatem.

Quod si eiusdem rhombi uolueris habere superficiem, ita facito. Multiplica arcum E D G, in dimidiū circūferentiam circuli, cuius diameter recta D F: uel ducito totam circūferentiam in dimidiū eiusdem arcus.



*De investigan-
di oualis rho-
mbi superficie.*

Idem etiam obtinbis, si multiplicaueris arē circuli, cuius diameter recta D F, per ipsum arcum E D G, uel G F E: & productum diuiseris per semidiametrum eiusdem circuli. Sit in exemplum recta D F pedum 10, arcus autem E D G $26 \frac{2}{3}$. Exemplum. Erit itaque circūferentia circuli, cuius diameter recta D F, pedum $31 \frac{1}{7}$, arca uero $78 \frac{4}{7}$. Duc itaque $26 \frac{2}{3}$ in dimidiū ipsorum $31 \frac{1}{7}$, hoc est, in $15 \frac{5}{7}$: sicut $419 \frac{1}{11}$. Aut multiplicata $31 \frac{1}{7}$ per $13 \frac{1}{7}$, hoc est, dimidiū ipsorum $26 \frac{2}{3}$: producuntur rursus $419 \frac{1}{11}$. Vel ducito $78 \frac{4}{7}$ in $26 \frac{2}{3}$, prouenient 2095 : quæ diuide per 5, ut pote, dimidiū ipsorum 10, generabuntur iterū $419 \frac{1}{11}$. Totidē ergo pedum quadratorū erit ipsius rhombi curuillinaris D E F G terminativa superficies.

*D. rhomboide
solido.*

R H O M B O I D E S autem solidum, non minus facile ad mensuram redigetur. Est enim rhomboides solidum, corpus sex rhombis planis adiuicem

N. iii parallelis



ORONTII FINEI DELPH.

parallelis terminatum; cuiusmodi est subiecta figura A C D F, cuius vertex A B C, basis autem D E F. Huius itaque si volucris habere crassitudinem, duc perpendicularares B G & E H, atque ipsis A B & B G, necnon F B & E H parallelas; Diuidetur ergo solidum rhomboides in cylindrum A B E F, & duo prismata adiuncta aquila A B D & E F C, quorum omnium mensuram, uigilimonono capite monstrauimus.

M etire itaque cylindrum, ac utruque prisma, & compone inuicem proditos mensuram numeros; colligetur enim dati rhomboidis magnitudo.

Exemplum.

Vt si exempli caula singula cylindri latera fuerint pedum 8, utriusque autem basis latera pedum 4, prisma quoque latera 4, triangulorum porrò basium unum latus pedum 3, succedens 4, & reliquum 5. Erit itaque per ante dicta, ipsis cylindri crassitudo pedum 128, utriusque uero prismatis pedum 24; bis ergo 24, faciunt 48: huc iuncta cum 128, conficiunt 176, totidē pedum solidorum erit eiusdem rhomboidis A C D F desiderata crassitudo.

Alius modus
facilior.


Vel & brevius. Due basim A B G in B C rectam, uel F E H basim in rectam E D, hoc est, 16 in 12; consurget enim cylindrus aequalis dabo rhomboidi. Undecies enim 16, efficiunt rursum 176. Nam etsi idem prisma ex una parte deficiat ad compleendum cylindrum, per alterius tamen partis relictum prisma compensatur. Estque hic modus facilior atque ad omnem rhomboidis accidentem dispositionem indifferenter accommodus.

Corollarium ge-
nerale de cri-
cis irregulari-
bus solidis.

SEX HIS, AT Q V E P R A E C E D E N T I B V S O M N I B V S, H A V D 4 difficile colligitur: quoniam ingenio cetera corpora, quae vocamus irregularia, sub mensuram ueniant redigenda. Quicmadmodum enim trapezia plana in triangula, atque parallelogramma subdividuntur, & particularis eorumdem mensura in unum colligitur; haud dissimiliter irregularia solida in rectangula corpora, prismata, pyramidis, &c. (prout commodius acciderit) resoluere est operaprecium, & singularium seorsum accipere mensuras, dein quotlibet in unum componere numerum, uel alias ab alijs (si opus sit) ausserre.

N. s. solidum.

Cum igitur solidum fuerit irregulare: aut deficit à regulari, uel abundat. Si deficiat, ipsum compleendum est, per laerum observatum concursum: & deficiente partes (ac si forent solidæ) mensurandæ, atque à totius corporis mensura tollendæ. Si autem abundauerint ipsa solida supra regularem figuram: metiatur regularis, dein superabundans crassitudo, atque singula simul tandem copulantur. Sunt enim figurarum solidarum infinita pene discrimina; nulla tamen occurret, quæ etiam si fuerit integra, abundans, aut ab ipsis integris diminuta (nisi prorsus omnimodam figuræ rationem admiserit) quæ nuper expressorum documentorum, seu regularum, non facile metiatur beneficio. Durum enim atque inutile foret, singularium irregularium corporum dimensiones proprio exprimere documento, & cartam ipsam absque ratione replere, uel potius onerare. Frustra enim ea per plura fieri dicuntur, quæ possunt absolvi per pauciora. In his tamen omnibus plurimum facilitatis discretum mensoris ingenium, & assidua ciuicomodi rerū frequentatio, præstare poterit; quemadmodum ex predictis



ex prædictis iudicare facile potes.

H I S I T A Q V E finem imponendo, iuuat addere quoniam modo uasa uinaria instar cylindrī circunlinæ effigiata (quæ vocant dolia) ad præcisam redigatur dimensionem: etiam aliter, quam vulgaris utatur obseruatio. Sit ergo dolium ABCD, duobus circulis, quorum dimetientes AB & CD rectæ adiuicem æquales, una cum cylindrica & curuillina superficie terminatum. Compleatur itaque sphæroidale corpus, sive rhombus curuillinaeus E L F M: idque uel in piano quopiam, sumpta diametrorum AE, & CD, atque LM quantitate, uel adPLICatis in longum conuexi flexilibus ad hoc præparatis regulis. Quibus ita ordinatis, subtendatur axis EF, per centrum H, dirimens bisferiam rectam quidem AB in puncto G, & oppositam CD in puncto I. Metire deinde conum, cuius basis circulus AB, uertex autem recta GE: per doctrinam trigesimali capitisi. Acciperur sum uniuersam rhombi curuillinaei ELFM crassitudinem, ueluti secundo huicce capitis numero prædiximus: à qua subtrahito portiones eiusdem rhombi curuillinaei exira uas ul tro citrōque compræhensas, utpote, AB & CD F, relinquetur enim oblati dolij seu uasis uinariaj magnitudo.

Quantitatatem porro sectionis principale documentum AB E, ita curabis inueniam. Viz de quam rationem habet recta ex GF & FH cōposita ad ipsam FG: nam eam feruat sectio ABE ad conum eadem basim atq; altitudinem cum ipsa sectione posse fidentem, hoc est, cuius basis AB circulus, altitudo uero recta GE.


Tribus autem notis, cognoscetur & quartum: per uulgam

quamatuor proportionalium regulam. Idem uelim intelligas de sectione CDF: habet enim eandem rationem ad suum conum, quam recta ex IE & EH composta, ad ipsam EL, sive AB ipsi CD fuerit æqualis, sive alteram reliqua contigerit esse longiorem. Quæquidem omnia, ex ipsius Archimedis demonstrationibus, sunt aperie deducta: quibus, uelut elementarijs Euclidis utimur demonstrationibus: eas enim Archimedes atque similes sigillatim exprimere demonstrationes, nouum & amplissimum uolumen exposceret.

Esto gratia maioris elucidationis utraque ABCD pedum 7, medij autem circuli qui per centrum H dimctiens, hoc est recta LM 10 pedum, axis EF 20, utraque GH & HI pedum 6, & reliqua GE & IF pedum 4. Erit itaque primum (si prædicta diligenter annotaueris) totalis rhombi curuillinaei ELFM crassitudo pedum solidorum $10 \frac{7}{21}$. Nam conus, cuius basis circulus habens pro diametro LM 10 pedum, altitudo uero HE uel HF pedum itidem 10, per trigesimali caput, inuenitur pedum solidorum $261 \frac{7}{9}$: quæ duplata, faciunt dimidiatum rhombi curuillinaei EL M, aut FLM, similium pedum $523 \frac{1}{3}$. Haec rursum duplata, conficiunt $1047 \frac{11}{21}$, totum uidelicet rhombum curuillinaeum ELFM.

Conus præterea ABE, à circunducto triangulo AEG, uel GBE descriptus, per idem caput XXX, erit pedum cubicorum $51 \frac{1}{3}$. composita autem ex

Discursus ex plaris prædictorum.




GF & FH

O R O N T I I F I N E I D E L P H.

GF & FH est pedum 26, GF uero 16: per hypothesis. Pone itaque 16 numerum primum, 26 secundum, & tertium $51\frac{1}{2}$. deinde multiplicat tertium per secundum, hoc est, $51\frac{1}{2}$ per 26: sicut $1334\frac{1}{2}$. haec diuide per 16, primū in ordine numerum: sicut pro quotiente $83\frac{5}{12}$. totidem pedum solidorum est sectio ABE, uel CDF. Ausc ergo tamdem bis $83\frac{5}{12}$, hoc est 166 $\frac{5}{6}$, à prefato numero $1047\frac{11}{12}$: relinquuntur $880\frac{11}{12}$. rotidem pedum cubicorum concludes uasis ABCD capacitatē. Reliquum est igitur agnoscerē, atque deinceps obseruare, quantū liquoris pes cubicus admittat, ad datū locū mensuram: & per ipsius capacitatēs numerum tandem multiplicare $880\frac{11}{12}$. Supponamus verbi gratia, pedē cubicum 4 uini quartas contineat, ad tuū locū mensuram. Duc igitur $880\frac{11}{12}$ in 4, confurgent 3523 $\frac{1}{7}$: tot igitur uini quartas uas ipsum

A B C D
com-
prehendet.







SOLIBRI SECUNDI ET VLTIS.
 MI, TOTIVSQUE GEO.
 METRIAE PRA.
 CTICAE, ORON.
 TIO FINEO
 DELPHI.
 NATE
 AVTHORE, FINIS.

Virescit uulnere uirtus.











ORONTII FINEI DEL.

PHINATIS, DE CO-

S M O G R A P H I A,

S I V E M V N D I

S P H A E R A

L I B R I

V,

•

Proprijs eiusdem Orontij
commentarijs clue-
citatî.

L I B E R P R I M V S , D E V N I V E R S
fa ipsius Mundî compagine,sive structura.

Liber secundus,de principalioribus circulis,in mun-
dana sphæra prudenter imaginatis.

Liber tertius,de signorum & arcuum ascensionibus,
& descensionibus:atq; syderum ortu,& eorūdem
occasu.

Liber quartus,de dierum , & horarū tam æqualium,
quam inæqualium,& umbrarum ratione:deq; sin-
gulorum accidentibus,iuxta uarium sphæræ situm
obseruatis.

Liber quintus,de geographicis,chorographicis,&
hydrographicis institutis.

L V T E T I A E P A R I S I O R V M .

M . D . X X X .

Virescit vulnere uirtus.

The image is a detailed black and white engraving of a celestial sphere, likely from a 16th-century astronomical treatise. The sphere is divided into several concentric circles representing different layers of the universe. The outermost layer is labeled 'CIRCUUS ANNUALIS' and contains the names of the months: 'JANUARII', 'FEBRARI', 'MARTII', 'APRILIS', 'MAYI', 'JUNI', 'JULI', 'AUGUSTI', 'SEPTEMBRI', 'OCTOBRI', 'NOVEMBRI', and 'DECEMBRI'. Inside this is another circle labeled 'CIRCUUS DIURNUS'. The innermost visible layer is labeled 'CIRCUUS NOCTURNUS'. The sphere is populated with numerous stars, some marked with asterisks (*). Several planets are also depicted, each with a small circle and a label: 'Saturnus', 'Jupiter', 'Mars', 'Venus', 'Mercurius', and 'Luna'. A prominent horizontal line through the center of the sphere is labeled 'HORIZON'. Above the sphere, the text 'CURAS; ET STUDE-' is written above 'UNIVERSIO'. Below the sphere, the text 'EXCVTE SOLLICITO FRAGILESB' is written above 'URANIA ET ORONTIVS'. In the foreground, two figures are shown: a woman on the left holding a book and a compass, and a man on the right holding a telescope. The background features a landscape with trees, a river, and a bridge.

TetraStichon Authoris.

Florida diuinæ quisquis secreta mathesis

Scire cupis, facili mente fruare decet;

Nam licet assiduo possis superare labore

Mens generosa tamen plurima sola capit.

FINIS.



ORONTII FINEI
DELPHINATIS, DE COS-
MOGRAPHIA, SIVE
MVNDI SPHAE-
RA, LIBRI V.

SOLIBER PRIMVS, DE GENERALI
ipius Mundi compagine, sive structura.

De praecipuis Mundi partibus. Caput primum.



NIVERSA MVNDI^A FABRICA, DVOBVS
principaliter integratur: elemētari^b generationibus
& corruptionibus semper occupata regione, & cir-
cūambiente cœlesti^c machina omni prorsus altera-
tione priuata.

DIVINAM COELESTIS RATIONIS DO-
ctrinam Astronomia, post Arithmeticas atq; Geome-
trias premissis rudimentis, consequenter adgressuri, illud pri-
mum de ipsius Astronomia dignitate recensendum arbitra-
mur: quod Astronomia ea quæ clara, ordinata, & semper eo
dem modo se habent, ut sola confyderat, ceterasq; fere di-
sciplinas cum subiecti dignitate, tum demōnstratiōnis certitudine uiñci, atque excellit. quæ
duo, teste Philosopho, eiusdem Astronomiae dignitatem, & examinatam amplitudinem aper-
te declarant. Nam subiectum Astronomia est ipsum celeste corpus, inter omnia corpo-
ra præstantissimum, omni prorsus alteratione priuatum, supremo & nobilitati loco, motu
que circulari omnium motuum priori ac perfectioni decoratum. ¶ Demonstratur insuper
Astronomia per rationes firmissimas, utpote, arithmeticas atque geometricas, primum certi-
tudinis gradum(uti supra diximus)obtinentes. ¶ Quantum iero commodatis & ornamenti
cū tis mortalibus adserat Astronomia(cū ea, tū mechanicas, tū liberales artes sūmopere uidean-
tur indigere) satis elucescit. Theologis in primis plurimū opitulari uidetur; cū immobile, in-
separabilemq; substantiam ab eorum cōmercio, quæ sensibilibus, mouētibus, & motis, æternis itē,
ac impassibilibus substantijs accidere solent, sola possit Astronomia recte diognoscere. Maiorē
præterea ad naturalē perscrutatiōnē obtainere partē, nemo sanæ mētis ignorat; a cœlestiū etenī
localis motus proprietate, uerisimilis materialis substantia propriae discernitur. Quā necel-
faria postmodum Apolinea sū arti, is iudicare poterit, quem præfigia Hipocratis legere non
pigebit; in quibus cœlesti quoddam asserit esse, in quo & ipsum medicum præuidere oportet.
Quod Galenus ille medicæ artis restaurator in testimonium adducens, omnem substantiam cor-
poream animatam cœlestibus signis & planetis alligari demonstrat. Adeo quod uiris ecclesiasticis non modo perutilis, uerum etiam necessaria uidetur Astronomia, idq; tanto magis, quā
grauiori dignitate fruſtitur ad mobilis festa, ceteraque decus & statum ecclesie respiciuntia
penitentiarius discutienda. Ob cuius Astronomiae neglectum, ne dicam prælatorum incuria,

Dignitas astro nomia.

Subiectū astro nomia.

Astronomia certiudo.

Theologis uti lis astronomia.

Philosophis co gnata Astro.

Medicie necel- faria Astro.

auera faci i Pascharis obſeruatione, & euangelico ritu (horreſco referens) tantum pterumq; di-
ſtamur: ut pudeat hoc commune Christianorum scandalum ulterius aperire.

O ij ¶ Vides

Prælati indi- gent Astrono.

Notandum.

ORONTII FINEI DELPH.


In astronomie
detractores. Vides igitur, humanissime lector, quā iniuste, & quā imprudenter qđ sc̄ ioli, doc̄t̄q; nō nulli, sed parum prudentes, non solum Astronomiā, uerūctiam omnem mathematicam philosophiā, odio quodam in it, et illico prophanent; & (quod mirari satis nequeo) non modo uoce declama toria, sed etiam scriptis, sua maxima infamia, suoque dedecor e incellere non uerentur.

**Astronomie
dæcilio.** ET PORRO (ut nostrum prosequamur institutum) uniuersam Astronomiam, ueluti quālibet aliam disciplinam, litariam discendi, apud omnes, etiam uulgariter eruditos, in confessio est. Aut enim ipsum sc̄ ire, magisque necessaria cōsyderare Astronomia, ut pote, cœlestes globos, sydera, eorum motus, & passiones, ac eiusemodi; & theorica, uere que mathematica dicitur. Vel circa contingentia ueruntur, qualia sunt accidentia aetiorum & passiuorū sphæræ, ex eisdem cœlestium corporum latione prouenientia; & tunc practica, & a necessariis remotori, siue cōiecturalis appellatur. Harum ergo prior, ut pote, quadrivalis Astronomia, pura, certa, iniuitabilis, ac stabilis semper essentia, merito rācupata, alteri incōmixta, atque sicuti commoditatis fructum (testante Ptolemaeo, primo quadripartiti) peculiariter fortita est.

Secunda autem, id est, practica, priorēm sive theoricam, ad sui cognitionem in necessario p̄ presupponere uideatur: multo quidem incertior ea: nisi forsitan in quibusdā uniuersalibus pendebitis ex naturali philosophia; unde iudicaria, immo uerius coniecturalis nominatur. Theoretæ rursum Astronomiae duplex habent confyderatio. Aut enim prima tantum & uniuersalis est motus; aut partis cœli, et orbium, peculiaris & indefessa latione ductorum. At si primi tantummodo, & uniuersalioris motus fiat obseruatio; haec uniuersalior erit, multiplicem, cum numerum, tum cœlestiū corporum agitationem, signorum ascensus & descensiones, dierum & umbrarū incrementa & diminutiones, geographica omnia, & reliqua eiusemodi ex eadē prima & regulata totius Vniuersi cīr cōduktione, inferioribus accidentia concernens. Quām præsenti cosmographico, siue de sphera Mundi opusculo, proprijs commentarijs & decentibus figuris ornato, cunctis bonarum disciplinarum studiis aperire nitetur: Reliquam theoricae confyderationis speculacionem, septem uidelice errantium syderum, claris postmodum elucidationibus tradituri, modo Deus optimus id concedat, & hunc laborem nostrum studiis perplacuisse cognoverimus.

Mundus quid, **a** MUNDVM I GIT VR A PELL AMVS, PER-
fec̄ta & absoluta omniū rerū congeriem, uel ornamentum: unde a grecis uero dicuntur. Diuinū certe, & admirādum naturae uerantur opus: finitū tamen, licet infinito simile uideatur. Cuius partes p̄ principiorū est dura, & sensu, & ratione coniunctū: cœlestis, & elementaris.

**Elementaris
regio.** **b** Per regionem sive partem elementarem intelligimus ea, quæ intra totius cœli concavum reposita sunt: cuiusmodi sunt elem̄ta, generationibus & corruptionibus continuo uacant: ex quorum uaria commixtione, materiā aut virtutib⁹ concursu, dura, et sensu, cum vegetativa sensiliaque, tum sensu & rationis parti, ipsa, et mixta generantur, corrūpunturq;. Cœlestē porro machinā, nihil aliud, quam ipsum ingens cœlum uocare solemus, omni prorsus alteratione priuatum, lucentibus, cum fixis, tum erratibus astris, suisque partibus, id est, peculiaribus orbibus, a summo rerum conditore prudenter ornatum, suo item circūflexu cunctā celas, unde cœlū dici meruit: Extra quod cū nihil else naturalis demōstrat philosophia, relinquuntur, ipsum Mundū p̄fatis elementari & cœlesti regionibus principaliter (uti supra diximus) integrari.

Regio cœle-
stis. **c**  Quibus conficit elementaris regio, ac de elementorum ordine. Capit. II.

**Prima ratio
cor & tantū ele-
menta.** **E**lementaris regio quatuor ^a simplicibus elem̄tis, Igne, Aere, Aqua, Terra, & diversa ^b ex eorūdēm commixtione generatorū specie resultat. Inter ^c h̄ec autem quatuor elementa, Ignis omnium supremum, Aer ^d trisfarīa diuisum circulariter ambit, Aer Aquam, Aqua uero Terram; partibus ^e ad iujentium salutem discoopteris manentibus, exceptis.

Quā Vaternarius elementorū numerus, præter sensibilem quam habemus experientiā, potest dupli ratione coincidere. Primo, ratione motuum simplicium; tot enim sunt corpora simplicia, quæ motus simplices (primo cœli). Omnis namque simplex motus competit aliqui corpori

a

b

c

a

corpori simplici: & omne simplex corpus motu simplici, uerba uice, natum est moueri. Atqui præter motu circularē, qui Cœlo cōpetere infra demonstrabitur, quatuor tantūmodo sunt motus recti simplices: sursum, id est, a medio, & deorsum, hoc est, ad medium. Vniuersit, quoru[m] uterque aut simpliciter, aut respectiue sumendum est. Motus simpliciter sursum levius simpliciter est: quæadmodum est ignis. Is porro motus qui respectiue fit a medio, competit Aer: Aer nāque levius est Aquæ & Terræ comparatus, nō tamen ita levius ut Ignis. Rursum, motus simpliciter deorsum summe grauius, Terræ sane proprius est, qui autem fit ad medium in respectu, ipsi Aquæ naturaliter deputatur; quia in ordine ad Ignem & Aerem gratis est, sed non adeo gratis ut Terra. Secundo, quoniam per Philosoplum (secundo generatione) tot sunt elemen-

ta, quot primarum qualitatum combinatio[n]es possibiles, sed quatuor tantūmodo reperiuntur iutp[ot]o, caliditatis & siccitatis, quæ Ignis propria est: caliditatis & humiditatis quæ naturalis Aeris; frigiditatis & humiditatis competens Aquæ: frigiditatis & siccitatis ipsi Terræ pecularis. Curlibet tamē clemente, licet dura uidetur inesse qualitates, unica duntaxat superemines siue dominatrix est: Ignis enī est summe calidus, Aer summe humidus, Aqua summe frigida, & Terra siccissima, uelut obiecta uidetur indicare figura.

b Præterea, quæadmodum calidū, humidū, frigidū, & siccū, aliarum qualitatū, in posite, dulcis, amari, tepidi, stiptici, acris, & cū se modi cauſæ exiſtūt: ita ex reciprocā quatuor elementorū (in quibus præfata quatuor prima qualitate s, omnis alterationis sunt principia) cōmixtione, alteracione, materiali actiū, virtutis cōcurſit, variazū p[er]fectæ, quā imperfectæ generatorū species sūt: quae mixta ea ratione dicuntur, quoniam elementorū mixtura cōposita sūt, & in ipso demū resoluuntur elemēta. Ipsa porro quatuor elemēta in partes diuersarū formarū diuidi nō possunt: ideo simplicia corpora, respectu mixtorū ex eisdē productore, appellantur, &

c ecōuerſo. ¶ Eisdē conſequenter, uel paulo diſſimilibus rationibus, quae de numero sunt adductæ, elementorū concludunt ordo. Nā Ignis, ob sui raritatem summe leuis, supremū locum adest; ad quem naturaliter mouetur, post Ignem Aer cæteris leuior, grauior tamen Ignis, secundum obtinuit, ad quam moueri, & in ea conſervari naturaliter inclinatur. Aqua porro deorsum respectiue tēdens, inter Aerem & Terram coadunatur, uelut Igne & Acre grauior: at leuior ipsa Terra. Cum uero Terra sit omnium grauiſſima, & deorsum simpliciter tendat, omnū locorum inſiūmū (nempe medium Vniuersit) sortita est. Præterea, quanto aliqua magis conuenienter in proprietatibus, tanto propius ſeſe naturaliter compatiuntur. Vnde cum Ignis & Aer participant de caliditate, Aer & Aqua in humiditate conuenienter, Aqua deum in frigiditate cū

Terra: fit ut Ignis contiguus sit Aeris, Aer Aquæ, Aqua uero ipſi Terræ. Nec potuit Ignis cū

Quatuor elemēta cur
mixtū radicē.

d elemēta cur
simplicia dicta.

Prima ratio de
elementorū or-
dine.

Sexta ratio
de ſitu elemē-
torum.

Aqua, uel Aer cū Terra, p[er]ime uel imme-
diatæ locari, propter ea quoniam iten ſeſe pror-
fus aduersantur: idcirco media interposita ſunt
elemēta, in qualitatibus cū utroq[ue] participa-
tia. ¶ Q[uod] autē Aerē trisariam diuinci-
mus, partim ratione, partim experimēmo-
ti fuimus. Quandoquidem ſuprema regio
Aeris, tum propter eius motum (quem per
Cometam illi generatum percipimus) tum
propter Ignis uicinitatem, & ſolarū radio-
rum per eundem continentiam emiſſiōnē; cali-
da, & a media regione ſeparata uidet. Haud
diſſimili cauſa, inſima nobis tricinior Aeris
regio, a ſolarium radiorum multipli ci reſlec-
tione caleſcit, & ab eadē media regione di-
ſtinguitur, quæquidem media Aeris regio

O iij semper est

Aeris cur tres
regiones.



ORONTII FINEI DELPH.

semper est frigida: quemadmodum indicant impressiones meteorologicae ibidem generatae. Vide cum totus acerbus orbis uniformis existat, cvidens est, medianam ipsius Aceris regionem latitudinem circa Mundi polos, propter accidentem caloris debilitatem, & abundantiam frigoris: ipsarum porro extremarum & circuadiacentium partes, medias inter utrosque Mundi polos, ob contingencem caloris multitudinem dilataari, & conuerso. Hac autem omnia ex praemissa clarissima possunt elici descriptio.

Terra cur frustularum discoperita.
Genes.1.

C De ratione tandem partium ipsius Terræ discovertarum, nullum sufficiens argumentum, nec ex astrorum attractu uitute, nec ex Telluris siccitate quæ Aquam sorbeat, elici posse uidetur: sed solius diuinæ bonitatis prouidentia, quæ sic Aquas congregauit, & Aridam, hoc est, Terram aperuit, ut creatura rationalis ad suam similitudinem & imaginem facta, super eam uiue re posset, & cum tis Terræ Marisque frueretur nascientibus, Nam si constitutos egrederebatur Aquaterrimos, uniuersam Terræ molem stupre natura circulariter ambiret.

De celestium orbium numero, atque positione.

Capit.

III.

Celestis porrò machina^a quinta à philosophis essentia nūcupata, in octo^b principales orbes, utraque terminatiua superficie Mundo concentricos, & sibi inuicem contiguos disaggregatur: utpote, septem errātium syderum vel planetarum orbes, & Firmamentum omnium maximū. Inter^c quos celestes orbes, Aplanes seu Firmamentum, orbem Saturni planetarum^d maximum circula riter ambit, saturnius orbem Iouis, iouis in orbem Martis, martialis Solarē^e me dium inter errantes orbēs, solaris orbem Veneris, uenereus orbem Mercurij, mer curialis orbem Lunæ omnium insimum & minimum.

Celum quinque essentia nominatum.

Celum in octo principales orbes distributū.

Aristo, 2. cœli.

Idem, 5. meta. L. carli & mun.

Supra firmamentum nullū mobile celum Celum empyreum.

Antiqui philosophi & ratiocinantes orbes adnumerunt.

Insuper opino d: celestii orbium numeri o.

Ea X supradictis relictum est, cœlum ab elementis in hoc differre, quod omni corruptiū^a præstructur alteratione, id est, uno & semper eodem modo se habeat, lumen tantummodo perfectiū suscipiendo: unde quinta à philosophis essentia, hoc est, alterius & perfectioris a qua tuor elementis essentia meritum appellari. Veritatem, quemadmodum in elementis distinctio nem & pluralitatem ostendimus: sic & in celo orbium particularium discreta reperitur multitudine, de quorum numero variae & haec tenus incerte fuerint opiniones.

Celum Saniores tamen in hoc conuenienter, quod septem sunt orbes planetarum, id est, errantium syderum, utpote, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, & Lunæ: una cum orbe stelliarum fixarum, hoc est, fixam & inuariatam inter sece distantiā obseruantur, quod Firmamentum a fixione syderum appellare solemus. Perceptum est etenim, septem errantia sydera varijs & in æqualibus circunduci motibus, a peculiari stellarum fixarum latione distinctis. At cum stelle non moucantur nisi ad motu orbis (secundo Cœli) nec scilicet ipsum cœlum in tot orbes particularē separari, quot sunt diversi motus astrorum simplices. Si nāque cœlum esset continuū, unico simpli ī motu cīcū volueretur (quinto Metaphysicæ) quoniam impossibile est idem corpus simplex pluribus moueri simplicibus motibus (primo Cœli) Octo igitur præcipui sunt posendi celestes orbes, predictorū uidelicet septem planetarum, & Firmamentum omnium aliorum maximum, tot, tamque decoris syderibus ornatum. Supra quem fixarum stellarum orbe, nec syderum claritate, nec aliqua coniunctente ratione, cœlum aliquod mobile cogimur abs signare. Admitimus tamen (si uniuersa cœlorum non sufficiat machina) cœlum empyreum non minatum, felicem beatorum sedem, ne videamus a Theologorū opinione dissentire; id tam ab omnibus, etiam philosophis, quiete dicatur. Octonario igitur, cum ueteribus, & quidem probatissimis Caldeorum, Aegyptiorum, & Græcorum (qui circa motus astrorum philosopha tū sunt) erimus contumē mobiliū cœlorū numero. Nec plures diuinus ille Plato in de Repub. Epinomide, & Thimœo, Aristoteles secundo Cœli, & cius Commentator Averrois, & Prolemaeus primo & sequimo magnæ constructionis posuisse uidentur: imo nec uniuersa mathematicorum schola, p. uicis admodum exceptis, quorum aliqui nouem, plerique decem, contraria grauissimos autores imaginati sunt, & stabilitum celestium orbium numerū, nulla cogente ratione, uiolarunt. Cuius quidē opinionis extremae, utpote, quæ denariū admittit, imo uerius somnium orbium celestium numerum, sunt omnes feci iuniores: qui tantæ dementia Ptolemaeum,


Alphonsum

Alphonsum regem, & Ioāniem Regionemontanum authores esse mentiuntur. Quemadmodū in secūdo nostrae Mathesis uolumine, ubi particulares cœlestium orbium motus tractabimus, suo loco monstrare nitemur; ubi nō licere uidebis (nisi prorsus orbatis philosophia) noua entia fingere, & multiplici id instrumento saltare, quod unico naturaliter & euidenter permisum est.

C Horum autem cœlestium orbium coordinatio a Ptolemaeo, & qui ante uel post eum cœlorum distantiās geometricis instrumentis obseruerunt, hoc modo reperta est. Perceperunt nāque planetas tanto maiorem diuersitatem habere, quanto fuerunt ipsi Terræ propiores, atque tanto minorem, quanto remotores ab ea; intelligas uelim, planetis sub eodem loco, in eadem linea constitutis. Diversitatem aspectus nunc upamus, arcum círculi magni per loci uerticem educti, qui durabus lineis rectis intercipitur, quarum una ex Mundi centro, altera ab in spicentis oculo per centrum syderis, in præstatum extenditur círculum. Quod ut facilius capias,

Vnde repertus
celorū ordo.

Diversitas aspe
ctus quid.



motiore procedit. Quod præter ocularē inspectionem, ex 15 & 16 primi elemētorum Euclidis deducere hard difficile est. Cum igitur major aspectus diuersitas in Luna quam in Mercurio, & Mercurio quam Venere, & ita consequenter (seruato quē nunc diximus ordine) res perferatur; supraferripius planetarum ordo stabilitus est. Præter ea, quanto planeta sunt remotores a Terra, tanto tardius circueunt lentiisque mouentur proprio motu, quoniam maiorem describunt círculum, & primo regulatoque totius Vniuersi motu magis se conformant. At Saturnus tardius ipso Ioue, Iuppiter Marte, Mars ipso Sole, & ita de reliquis (uti suo loco diceatur) sum inveniuntur adimplere circuitionem. Vnde uidemus, ipsam Lunam celerius quovis

Secundaria ratio ad
concludendum
celorū ordinē.

alio planeta ad idem redire pœnitum, a quo moueri uel incipit uel designatur; utpote, quæ insimū & Terræ uiciniorum locum inter planetas occupat. Ad hoc etiam facit plurimum occurrēti quæ nūquam accidere posse uidetur, nisi per interpositionē inferiorum, quod de planetis maxime, tum inter se, tum respectu fixorū syderū obseruat. Firmamentū igitur orbē Saturni circulariter ambī, saturnitus orbē Iouis, Iouianus orbē Martis, &c. ut i textu.

Argumentū ab
eclipsibus.

Ex qbus
orbis Saturni (dēpō firmamento) alio rū maximus est, lunaris uero minimus; quoniam omne cōtinens corpus maius est cōtentō corpore, tæstis cōcauā cōtinētis superficies cōuexāe quæ intra continentur sit æqualis.

Cōclusio præ-
dictorū.

C Sol autem inter alios mira maz-


Sol Mundi cor-

gnitudinis planeta, ueluti cor Mundi (est enim Mundus animali similis)

||*|

medium locum non iniuria fortius est; ut sum uitutem & admirandum lumen possit omnibus aqua lâce dispensare, superioribus quidem astris, & his inferioribus ab eius latione penitentibus. Hec autem omnia obiecta Mundi uidetur elucidare descriptio; una cum successenti ad maiorem singulorum euidentia respônderet adiuncta formula, in qua primū ordo planetarū, deinde characteres, postea colores & eisdē signis attributæ naturæ, sigillatim annotatur.

O iiiij



ORONTII FINEI DELPH.

Ordo planetarum naturali- quid nos.	Nomina steres.	Cara- Colores.	Natura planetis atribuita.
1 7 Sunnes ☰ Plumbum			Frigidus & ticcus, malevolus.
2 6 Iuppiter ♚ Staneus			Calidus & humidus benevolus.
3 5 Mars ♂ Ciferus			Calidus & ticcus, malevolus.
4 4 Sol ☽ Aureus			Calidus & ticcus, benevolus.
5 3 Venus ♀ Cuprea			Frigida & humida, benevolia.
6 2 Mercuri. ⚡ Argenti			Eius cum quo graditur natura.
7 1 Luna ☽ Argentea			Frigida & humida, benevolia.

Quemam celestium orbium figura, atque motus qualitas.

Caput III.

Pris autē celestibus orbibus^a sphērica deputata est figura: fūntque singulorum orbium celestium uniuersi^b motus circulares, hīque^c duplices, termino rum positione, necnon axium & polorum ratione, atque uelocitate diſferentes.

Quod celum sit
sphēricū Prī-
ma ratio, à cō-
moditate.

Quae dicantur
isoperimetrae
figurae.

Secunda ratio à
necessitate.

De figura an-
gulari.




De irregulari
figura.

Tertiaria ab
exponentia.

Ca Oculū sphēricam obtinuisse figuram, duobus potissimum facili cogimur. Primo, ratio-^ane cōmodatis. Natura enim peccatū fugiēs, cōmoditate quā maxime gaudet. Celum igitur omnia conteatur, & inter corpora perfectissimā figura sphērica, utpote, cōmodissima atq; per se cōfīlma natura donauit. Hac enim inter isoperimetras figurās maximāe capacitatis existit, licet minus occupatiua. Adde q; motū ad quālibet positionis differentiā aptissima est ipsa figura sphērica, ob cōtinuā partū successiōnē, nulla extin-
secus impedita resistentia, quod ceteris alterius, quā sphēri-
cae figura corporibus, abnegatū esse uideat. Figuras isoperi-
metras proprie nū upamus, quae intra cūndē orbem cōscriptae
sumuel quā anguli eundē ambitū capiunt, quād modū si in-
tra datū circulū trigona, & quadrangula, ac penta gona regula-
ris deserberet figura, quād tetragona maior est triangulari, &
pentagona maior quadrata, & cōsequenter ita de reliquis. Quāto
enim inscrip̄ta figura plures habuerit angulos, tanto eius area ma-
ior, quād modū. Omnis factus super annotationib; trānsfūtatio-
nū geometricarū. Nicolai de Cūla aperte dēmōstrat; & ex obie-
cta figura deprehēdere haud difficultē est. Circulus igit̄ cū infini-

tos habeat angulos, maximā inter inscriptas rectilineas & regulā-
res figurās obtinebit areā. Secundū, quo celū sphēricū esse cō-
cludit, est ipsa necessitas. Cū enim celestes multi sint orbes (uti
supradiximus) sese intuicim cūcūlū ambiētes, atque diuersis
(quād modū) patiōnē post apparēbit) cōcūlētāē motibus, alia quā
sphērica pati figurā minime possent: ut lī particularem errantū
motū in proximū declarandū, cōtra rationē & experientiā nega-
re cogēremur, aut ipsa celestia corpora scīlōnē & offensionē
pati, dari quoq; uacuū, oportet et admittere: quareq; omnia a na-
turali philosophia sumi reprobata. Quād modū ex obiecta qua-
drilatera figura A B C D, abstrahere uideatū esse facillimū. Tradū-


Cū enī angulis A, B, C, D, ea quā prius occupabāt loca E, F, G, H, us-
qua relinquitur. Rursum partes circūlē posite, scilicet, E A F, F B G,
G C H, & H D A, uelis nōl ab inveniuntur, aut ipsi anguli A, B, C, D,
in nō locū subintrabāt. Idē cūm de figuris irregulārib; unica
tarūmodo superficie terminatis, mōtrare haud obscurū est. Sit
enī ovalis & superior orbis A B C, cuius axis A D C, poli A & C
puncta, interior uero iūdē ovalis orbis sit G I H K, eius axis G D H
l'ala est, cū peculiaris orbū errantū motus (uelut infra doce' i-
mū) fiat sup' alio axe, quā regularis totius celi motus, circumstās
corpus discēndit, atq; penetrari: utpote, cū pars E, circa C, traducēt in I, nō enim recipiebāt in L, mane-
bit; pars cadēt circa E, ut uita, inuita natura, Idē subsequēt incōueniēs de parte, quae ex E traduce-
tur in K. Celū igit̄ nō est angularis, neq; irregulāris figura. Præterea, quād modū dicit Alpha
granus, si celū esset angularis, uel irregulāris figura, cū Sol uniuersum celi ambitū semel in an-
no circūḡeret, aliquibus anni cōporibus solito major notabiliter apparet, alij uero minor: pro-
pter necessariā laterū incūntatē, & angulorū remotionē. Velut ex succedenti figura utcūque
potes



potes abstrahere; in qua Sol propior est in A, quam in B, & in C remotior quam in C. Nam quae nobis propiora sunt, sub maiori radioru uisuali præsentant angulo, & breuior ex oculo pyra

*Cur eadem res
quædæc; maior
quædæc; vero
minor indicet.*

midæ eausant; ideo cæstæ majora, cuius oppositū accidit ijs, que a rea moriori distâcia prospicuntur; tanto nanc; minora iudicant, quanto sunt ab oculo remotiora. Quæadmodum ex 21 primi elemotoru Euclidis, de




b ducere nō est difficile: & apposita figura utcumq; demonstrat. ¶ b SECUNDVM uero principi pale, utpote, quod cœlum moueat circulariter, ex ipsarū stellarū motu primitus concluditur.

*Quod cœlū cir
culariter mo
ueatur.*

Experimur enim stellas oriri & paulatim elevari sursum, donec mediū cœli fastigium possideat: deinde pedetentim descendere, mox dispare, postmodum aliquādiu sub Terra latitari, rursumq; pristinam circunductionem continuare. Quæ quidem stellæ, cū per se se iusta moueri non ualeant (ut in natura libus deducitur) concludendū rationabiliter, stellas tam fixas quā eratricas, ab ipsis orbibus ita cireducuntur: quare & ipsis orbeis celestes moueri circulariter. Hoc autē obiecta rudiobus si inuabili formula.

Præterea, idem non minus clare roboratur, de stellis fixis circa polū Mūdi septent'ionalē orbiculariter ductis, & nobis qui borealē Mūdi partem incolimus nusquam occidētibus. Ha-

*Argumentum
ab stellis temp
a. parētibus.*



nque stellæ inuariata semper intercapitane distantes: compleras circa eundem polū revolutiones adimplere uidetur. Quemadmo dum de stellarū ordinatione, q. Vrfa maior dicitur, alijsq; circū positis syderibus, coadiuante præsentifigura, sic habet facere periculum. Adde, quod nobiliori corpori perfectior debetur motus, qualis est circularis. Fit nāque circa mediu, cui sola orbium cœlestium sphærica figura conuenienter uideretur, foreq; aptissima. Motus enim qui a medio, uel ad mediu Vniuersi cōtingunt, ipsis quatuor elementis solūmodo cōpetere supra monstraturus. Motus igitur circularis ipsis cœli proprius esse uidetur; sunt enim tot simplicia

*Ratio natura
lis.*

c corpora, quod simpliciū motuū occurrit differētia, & ecōtra. ¶ c P E R EA autē quæ proxime dicta sunt, & quotidiano nobis experiente cōstat, motu quendam ab oriente ad occasum, cū stis cœlestibus orbibus cōmum, super duobus Mūdi polis regularissime fieri, scis superque factis innoteſci: quæ circularē esse nuper ostendimus. Ad cuius regulatā circunductionē, quæ cuncte extra Mūdi axem p̄fecta signauerimus, círculos eisdē mūdi polis ac inter seipsoꝝ æquidistantes deseribere cogitemus oportet; quorū is omniū maximus uenit imaginādus, qui a cōtexi eiudē orbis p̄fecto inter eosdē polos medio abstracte círculineatur, in quo motus ueloci tas in eodē orbe uenit attendēta. Alius est motus particulariū orbii, huius uniuersali motui per natus aduersus, ab occaſu uidelicet ad ortū, super alij quidē polis & axe; secundū quē motu ipse stellæ orbicularis imaginātur describere círculerētas, respectu polarū alterius, hoc est, primi & uniuersalioris motus oblique locatas. His porro motus, ab antiquis ita primū cognitus est. Viderū enim Solē, & alios errātes, locū ortus & occasus ul̄tro cīroque mutare, & meridianō aut femino cōturno tēpore candē cœli partē minime seruare; sed nūc ad locorū uertices accedeat, regnū ab eisdē lōgiis remoueri, obliquas dicunt obseruando gyrationes, quare prudēter cōcluſerūt, alios esse polos, circa quos is peculiaris & primo contrarius motus efficitur: quoniam utrūque super eisdē polis & axe, naturalē posset admittere. Amplius, idē motus ab occaſu ad ortū per stellarū fixarū obseruationē, nō minus facile discernitur. Primi nāc; talū terū admiratores, cū stellas fixas inuariata inter se distantiā obseruare cōprobarent, a notabili quapiam illarum septē errātes uerſus ortum successiue procedere cognoverūt, ab eadēq; stella successiū tēporis elongari, rursumque in diuersis temporū inter uallis ad ipsam redire stellam. Quod in Luna propter uelocē eiusdem motum, breui poteris experiri tēpore; obseruata cōjunctione uel intercapidine ad notabilem quapiam stellarum fixarum, totiesque examinata, quatenus ad ipsam stellam eadem Luna, peracto ad propriū motum círculo, reuertatur.

*Motus uniu
ersalis totius cœ
li.*


*Motus secundūs
orbibus peculia
ris, priori con
trarius.*

*Vnde peepus
id: m motus se
cundus.*

*Alia eiusdem
motus obserua
tio per stellas
fixas.*

De Luna.

In cuius



In cuius observationis exemplū, praecedentē rudioribus libuit depingere figurā. In exemplum autē horum motū, sit octauus orbis sive Firmamentū B C D E, solatis uero globus F G H I; poli autem primi motus sint puncta B & D, secundū di C in aduersum primi nitētis puncta F & G, centrum designique Mundi pūctum A. Imaginatur itaque uniuersa cōsiderum multitudine, hoc est, totum celeste corpus, circū axē B D, ex pūcto C in E, & rursum in C redeundo, cōtinue cīrsum uolū: solarē uero globū in uerū in contrarium super axe F G, ex pūcto quidem in I uersus Austrum, rursum ex eadē pūcto I in II ad Borcā redeundo. Erūt itaq; C E & II, duo circuli maiores, penes quos corundē motus attendetur uelocitas. Id ē iudica de reliquis uagatibus astris.

De generali eorumdem celestium motuum expressione

Caput V.

VNiuersa nanque^a Cœli machina, circa Terrā, ueluti propria & indecessa mundi latione, ab oriente per meridiē ad occasum, regulariter cīrēduciatur: completam revolutionem intra 24 horarum interuallū adimplendo. Singuli^b tamen orbes in diuersis temporū spatijs, motu proprio, ab occidente ad ortum contra nituntur: stellatus enim orbis in 36000 annis secundū Ptolemaeum, uel in 23760 iuxta mentē Albategni circulum cōplet, Saturnus uerò in 30 annis, Iuppiter in 12, Mars in duobus, Sol in 265 diebus & $\frac{1}{4}$ ferē (quæ annum faciūt) Venus atque Mercurius ueluti ferē Sol, Luna autem in 27 diebus & 8 circiter horis, integrā cīrēductionem absoluit.

Cœlorum motus in dupli reperi differētia, proxime descripsiimus: reliquū est, hic declarare, uendā proueniat regulatissimus ille ab ortu ad occidentē, & eidem aduersus ab occidente ad ortum syderū motus. Primum itaque motus (ut vē acū tagamus) totus Vnūteris proprius esse uidetur: nec quispiā orbū particulariū hoc motu proprio uel scipio circumferē, sed tamēmodo ueluti pars ipsius Vnūteris. Virtus itaque motuū huius primi atq; regulatissimi motus, per uniuersa diffundit corpora: quæ alio, quā hoc primo motu, propriā & intrinseca latione cīrēferrit (super alios tamē polis & axe) nullā sequitur incōueniēs, cū alius sit motus totius (sc̄ xto Physicū) aliis uero partis. Exemplū habemus de microclimo, id est, homine: eo nāq; deabulante, & uelut scipio cōstat agitato, nō repugnat manū, uel alii quodvis mēbrum particularē inter ea moueri. Cū igitur adgregati celestes orbes unū corpus luxa Philosophos constituant, & ueluti particulariū mēbra ipsum animal (est enim cœlū animalium) spirituali liga mento uideantur integrare: erit totius cœli motus unus, uelut animalis, utpote, is quē ab ortu ad occasum in 24 uulgariū horarum interuallū, sūrā cīrēductionē regulariter adimplere dictum experimur. Vnde cū uulgares metuāt dies, ac per eundē motū uulgas ipsum reguletur, motus hic diurnus & mundanus ab omnibus appellatur. Octauus tamē orbis, hoc est, Firmamentū, primū mobile (si uel) nominari poterit, nō quod suo motu careros rapias orbes: sed ueluti principale mēbrum, cā motricē uim primū accipiat, quā postmodū ad cœtera uidetur emittere celestia corpora. Quēadmodum coi humanū, a quo uirtus uitalis & reliquī mēbris dispeſit, sicut, quā primū accipit, una tamē uelut pars cū toto corpore fertur: quasi motuū uis sit in toto corpore, & a corda principaliter diffundatur. Præterea, clementū Ignis, una cā supremo Aeris interisti, hoc quē diximus ab oriente ad occidentem, motu, regulari cīrēductione rotatur, quod indicant cometes, in eadem suprema Aeris regione plerūq; generati. Ex quo rursum liquet, ipsum motū diurnū non modo cœlestibus orbis, uerū etiam elemētis est cōmūnem, id est uniuersa Mundi strūture peculiarem. Quidam absurdum igitur, & a recte philosophantibus alienū sit, contra naturā, acq; rerum ordinē, nulla cogēte ratione, uel expērimēto persuadēte, nouos supra Firmamentū cītingere cœlos, & superflua somniare mobilia, pluribus hic disserēministi me latius de his aliis (Deo duc) p̄tractatur sperarem. ¶ b s f g v n d v s uero motis (quē in cōtrariū diurni, super alio axe acq; polis fieri supra memorauimus) cuilibet orbi naturalis & proprius esse uidetur. Volo dicere, omnes ab occasu ad orientē, peculiariter & inātrīsca latione moueri. Quānuis autē nōdē s̄ principales orbes se seorbiculariter ambientes, huismodi


P. imus motus
quā diurnū ap-
pellamus, unde
proueniat.

Analogia de
homine.

Firmamentum
quomodo pri-
mū datur
mobile.
Analogia de
luminario cordi.
Argumentū q̄
primū motus
sit Vnūteris

In ponētes plu-
raq; oportet
mobilia.

D̄ proprio fin-
gulorū orbū
motu.



a

b

huiusmodi latione seratur; inæqualiter tamè suas adimplere revolutiones inueniuntur est. Qui enim a Terra remotores sunt orbis maiore circuitu faciunt, & primo in adiucsum magis se conformant, unde proprio motu tardiores esse uidentur. Saturnus enim fit 30 annis, Iuppiter in 12, Mars in duobus, Sol in 365 diebus, & horis 5, minutis 49, & 12 circiter secundis (definit enim i omniuta, & 48 secunda fere ad cōplendū dīci quadrante, quo singulis 4 annis dīci integratur bissextilis) Venētus & Mercurius fere ut Sol, Luna uero in 27 diebus, & 3 circiter horis, sūbā cōplet ab occidente ad ortum revolutionē. Quēadmodum in theoricis planetarū (superis sauentibus) signatim, latiusque deducenūs. De proprio autem motu octauī sicut stellati orbis, non adeo certam uel examinatam resolutionem habemus; ob illius motus tarditatem. Tamen eis tamen cum Albategni, Ptolemaeo, Alphonso rege, Ioanne Regiomontano, & ceterisque fidelioribus astrorum contemplatoribus, stellas fixas alio, quam diurno motu circūducī, & circa alterius axis polos; ut post Eclipticā seu Zodiaci circuitū, secundum signorum (de quibus infra) successionem, nempe ab occidente ad ortum. Porro uaria huiuscmodi stellarum motus a diversis assignatur quantitas; dūt tamen sāiorēs inter reliquias uidentur opiniones, Ptolemaei uidelicet, & ipsius Albategni. Ptolemaeus nanque sc̄ptimo magnae constructionis (quam uocant Almagestum) dicit stellas fixas in quibuslibet 100 annis uita fere circuitū parte moueri; quemadmodū Ioāns Regiomontanus 4 & 5 septimi Epitomatis aperte deducit. Albategni uero diligētissimus cum philosophus tum mathematicus stellas fixas unam circuitū partem in quibuslibet 60 annis peragrat, nobis pro certo dereliquit; & quotānis moueri 54 secundis, 32 ter, 43 quar, 38 quintis, & 20 sextis. Cuius opinionis meminī idem Ioāns Regiomontanus propositione 6, eiusdē septimi Epitomatis, & quaſi eidē assentit, atque eundē Albategni inter alios plurimi sacre uideantur.

Hanc quoque mentem Albategni Augustinus Ricius, utrū sane quam eruditus, adeo uiuacibus argumentis, gratiis authoritatibus, & fitissima obseruatione concordantia, rurperūs sustinere conatus est; utrū eandem opinionem ueritati propiorem, & inter reliquias magis apparentem iudicare cogarī. Iuniorum tamen quorūdam, imo sc̄re omnium, esse uidetur, ut stellatus orbis duplīci motu, prater diurnum (quem ficto tribunt mobilis) circūferatur. Primo, ab occidente ad ortum, in quibuslibet 200 annis uno fere gradu; quem motum a somniata nostra sphera pendre dījudicant. Secundo, proprio accessu & recessu artificioso motu, quem dīxere titubationis, complūtam reuolutionem in 7000 annis absolvēdo. Huius autem motus qualitatem, longū nimis ac tardiosum, & huic loco diffidūm esset, signatim exprimere; cōsule itaq; Purbachium, uel nostrū Alberum Pighium, Nolumus enim super hoc inopinabili motu (quē admodum cum ceteris aliquando secundū) ulterius titubare; utpote, qui opinionem hāc omnī debilissimam, ne dicam falſissimam, a pertinacissimis & indoctissimis illius sectoribus perpetuā etiam intellegam, atque non sine maxima iactura mortalium iudicariā euerterentem. Astronomiam, cogēte ratione fatemur, & recognoscimūs. Neminem enim sc̄io (ni prorsus orbā Phis̄ Iosiphia) qui nesciat motum illum tam irregularem cuiuslibet cœlestium repugnare corporum; ueluti p̄fatus Augustinus Ricius, proprio demonstrat opūculo. Quicquid ergo prudētiorū res Astronomi super octauū orbem sinixerunt, sūbā sola immobilitas circuitorum imaginatio; ut per ipsos, & Firmamēti, & reliquorum inscriitorum orbū motus regulare ualerēt. Idē quoque habendum est iudicium, de particulatibus errantium syderum orbibus, utpote epicyclis & eccentricis, atque tam diversis eorūdem motibus, & his similibus inuētis; quā solū ad satrandam euidentem singulorum motuum uarietatem, & redigendam ad calculum irregulārū eorūdem motuum quantitatē, ex ubertate Geometriā sunt admodum subtiliter excogitata,

De quiete, loco, & figura ipsius Terrae

Capit. VI.

Terra uero motum localem non habet, sed b medium Vniuersi possidet immobiliter. Estq; ipsius Telluris & Aquæ frustulatim circuitus pars ea unita continuae forinsecus superficies, quæ d rotundam ex omni parte uidetur habere figuram. In hunc quippe modum, ut c compositus ex Terra & eadem Aqua globus, respectu totius Vniuersi, insensibilis censetur esse quātitatis, & uelutif pūctū, centrū eiusdē Vniuersi repräsentare uideatur.

COROLARIVM.

Fit igitur, & ut totalis ipsius Mundi ex prædictis collecta machina, ab omnibus Sphæra non indecenter appelletur.

¶ a Si possibile

Peculiares orbium revolutiones.

De proprio motu octauū orbis.

Opinio Ptolemai de motu octauū orbis.

Opinio Albategni.

Augustinus Ricius.

Opinio Iuniorum de motu euidenti orbis octauū.

Reprobatio opinioiū Iuniorum, de motu octauū orbis.

Norandum.

ORONTII FINEI DELPH.

Quod terra nō in motu circu- ¶ a Si possibile fore Terram secundum se totam mouerit; aut circulariter, aut motu recto vel a
larer. leretur, quemadmodum eius partes. Non primū; quoniam uel suapte natura id faceret, aut ex-
trinseco uiolentante. Motum porro circularē propria & intrinsecā natura haberet non pos-
serit, nam is cœlestibus deputatus est corporibus. Præterea, ipsam Terram deorsum naturaliter,
atque propria inclinatione tendere, supra monstrauius. Vnius enim corporis simplicis, unius
est motus simplex (primo Cœli) & econuerso. Quod autem motus simpliciter deorsum
Terræ naturaliter competat, hoc indicant eius partes, quæ peræ rationes superius adductas
deorsum moueri semper inclinantur; idem est eum motus naturalis rotus, & partis. Rursum
neque uiolenta circuïctione potest agitari; hoc enim maxime faceret motus ille diutius, om-
nium uelocissimus, uniuerso Mondo deputatus. & tunc eadem Cœli facies nobis semper ap-
pareret, atque inuaria stellarum habitudo; contra sensualem, & quotidiam experientiam.
Vel ipsa Terra motu contrario ab ortu ad occasum traheretur ab aliquo; & cum oportaret eā
velocissime moueri propter sui gravitatem, quæcumque in Aere mouerentur, eius motus cō-
sequi minime ualearent, unde ad occasum uiderentur continue tendere. Adde q̄ si Terra circu-
lariter moueretur, singula rectissime sursum projecta (ut sagitta) ad eum locum, a quo moueri
cooperat, minime rediret; cuius experimur oppositum. Igitur Terranom mouetur circu-
lariter.

Terra nō mouetur motu recto, secundum se totam.


Quod terra est in mediotorius Vniuersi.

Rationes con-
tinentes, q̄ ter-
ra sit in medio
Mundi

Telluris &
aque superficies
unica.


Secundo, quod etiam Terra motu recto non pellatur secundum se totam, ita deduc-
citur. Non enim sursum; quoniam uel id naturaliter, aut uiolente proueniet. Primum ut im-
possibile utpote, quæ uelut omnium gravissima deorsum surspite natura tendat, & motus qui a me-
dio Igni simpliciter, & Aeris respectu sit pecularis. Neque id uiolente patetur; cum nō sit
dabile corpus grauius tota Terra, quod uel eandem pellere sufficeret. Quæc ergo Terræ
cundum se totam, & nullo pacto mouetur. ¶ b Dico præterea, quod Terra medium Vniuersi
si possidet. Nam per ea quæ dicta sunt, Terra uel omnium grauiissima, deorsum moueri sem-
per est inclinata; quousque sub ceteris elementis locum possideat infimum. sed omnium locorū
abieciūs est medium Vniuersi, hoc est, Mundi centrum; quicquid enim ab eo recedit, ne-
cessum est a scendere, quod ipsi Terræ negatum esse uideret. Rursum, omne motum indiget
aliquo quiescenti, secundum Philosophos, at quoniam Cœlum circa medium totius Vniuersi,
cum ratione, tum necessitate, uel experientia moueri conuenientur; quies ipsius Terræ in medio
Mundi, ad motum cœli uidetur esse necessaria. Item si Terra alibi, quam in medio Mundi lo-
caretur, utpote, extra centrum obiecta de descriptione: opor-
teret eandem esse, uel in axe Mundi B A C, & apolis eius-
dem B & C inæqualiter distare, ut in D, uel extra eundem
axem, sed æquilatera ab eisdem polis remotam; uel in E,
aut denique extra axem, & inæqualiter ab utroque polo
elongata; qualis est situs F. Quod si quispiam horum lo-
corum ipsi Terræ contingat: sequeretur, unicum tantum modo
circulorum inter maximos, qui per centrum Terræ
ducuntur, Mūndum in duo aqua si parare, utpote A D, uel
A E, aut A F: reliquos autem circulos omnes idem Vni-
uersum inæqualiter dirimere, quemadmodum uide licet
de circulis D E, E F, atque F D, quæ propter non contingent
omnes, Cœli medianam partem omni tempore conspicere.

Præterea si Terra medium non possidet Vniuersi, diuerum & noctium uniuersa nusquam
accideret & æqualitas; atque adeo regulata eorundem argumentatio, uniforme quoque decreme-
tum. Item umbrarum proectiones aliter, quæ experiamur, diuersificarentur. Neque Solis in
conuincione cum Luna, aut Luna cum Soli opponitur, conuinceret eclipsis. Velut ex teipso,
coiuiuete supra scripta figura, abstrahere uel ratiocinari quæ facillime potes. Hæc autem omnia
nō solum omnium Astronomorum sententia, sed experimento quotidiano sunt penitus aduersa.
Adde, quod graui super Terram existentia, ex omni parte descendunt, et centrum Mundi suapte
natura perititia; quod certe nusquam eveniret, si Terra alium locum, quam cœtrum sive medium
Vniuersi fortia fuisset. Nullus igitur, Terra alibi, quam in medio rotius Orbis locare pre-
fuerit: nisi fuerit extra propriamente collocatus. ¶ c Ex superioribus autem suis super-
que innotescit, Terram ab Aqua circulariter ambiri; partibus ad triuium salutem discoperte
tis manentibus, exceptis. Quæ quidem partes ita discoperte cum elevatores sint ijs, quæ cō-
cauæ Aqua superficie tangunt; manifestū est, calidem Terræ partes, una cū Aqua fructuatum
circumsparsis



circumsparsis tractibus, unicam & continuam forinsecus integrare superficiem.

D Hanc porro Telluris & Aquæ superficiæ rotundam ex omni parte habere figuram, hoc est, quoniam modo Terra vel Aqua extrinsecus consideratur, in rotunditate undiqueque conglobari, talibus argumentis, seu rationibus persuaderi compellimur. In primis, si libeat secundum longitudinem, hoc est, ab ortu ad occasum, uel contra faciem discursum, stellas non eodem tempore orientalibus & occidentalibus, sive Mare sive Terram incolentibus, oriantur & occidunt, nec ad eorum perducuntur uertices, sed illis celerius, istis uero tardius.



Quod lunari facile deprehenditur eclipsi; facta temporis unitate & eiusdem eclipsis comparatione, iuxta orientalium computum ad obseruationem occidentalium. Tempus enim orientalium maius comperiet occidentalium obseruato tempore; non quidem re ipsa, sed tammodo supputatione. Vno ctenini eodem tempore, uniuerso Luna deficit orbi. Sequitur ergo Sol orientalibus citius occidisse, quam occidentalibus. Velut ex obiecta figura deprehendere facile potes: in qua Luna citius orientalibus, quam occidentalibus, per diuina horarum interuallum figuratur eclipsari. Quod si plana foret Tellus (inquit Manilius) simul icta per omnes, deficeret pariter toto miserabilis orbe: que res experimento dissonat.

Globus ex Tel
lure & aqua re
sultans in
quaque rotundus.


Argumentum ab
eclipti lunari,

Mannilius.

Ratio perspe
ctiva.

Præterea, ex prefato Lunæ defectu talis eliciti ratiocinatio, Vmbra secundum perspectivios talis est figuræ, qualis & opacum a cuius interpositione causatur (obseruata distante iusta proportione) at in Lunæ defectibus umbram conglobati ex Tellure & Aqua corporis rotundæ experimur: quod non eveniret, si Telluris & Aquæ globus rotundæ ex omni parte non haberet figuram. Transuerit igitur porro a septentrione ad Austrum ipsius Telluris & Aquæ rotunditatem, sic arguimus. Quoniam stellæ circa polū Mundi septentrionale nobis elevatae, nusquam occidunt, sed nobis semper apparent; et si uersus Austrum protinus fuerimus, in occasum demergentur, ijs que sunt circa alterū Mundī polā ante nobis tantudem depresso, prorsus se manifestantibus. Cuius oppositum acciderit, si ab Austrō ad Boream proficiscemur, undeque nostro iter inchoauerimus. Pro quorum elucidatione obiecta contèpletur figura: in qua partē & septentrionale incolentes, stellas boreales ABC conspicere notum est, australibus DEF semper occultatis: cuius contrarium evenit ijs, qui partē & meridionalem habitar euidentur. Idecirco terris non omnibus omnia signa conspicimus: quod utriusque Telluris & Aquæ sufficiens rotunditas indicium esse relinquitur. Adderā tamen in Terra quam etiam in Aqua, hi qui sunt in sublimi, multa uidere solent, quae in depresso constitutis occultantur: qui si proprius accedant, uel sublimius eleuentur, montes, scopulos, arces, & huiuscmodi di apparet cōprobantur. Exemplum habes de loco A obiecta descriptionis, qui ab ijs qui sunt in C (rameti per æque rectum videantur conspicere radium) minime uideri potest: scilicet de ijs, qui sunt in B altius eleuati, ut ipsa figura demonstrat. Multa præterea ex naturalibus deducit facile possent, quae parum etiam philosophis sunt manifesta; sed hæc sat.

Quod idē glo
bus, a se pér
tio ne ad autrū
sit rotundus.



Argumēntum
radio vi uali
sumptum.




E De magnitudine autem ipsius globi Telluris & Aquæ, quod insensibilis uideatur esse quætitatis, id absolute non uelim intelligas, sed respectu, hoc est, facta ipsius globi, ad uniuersum cœlum comparatione. Habet enim respectu proximorum orbium (cuiusmodi est orbis Lunaris, satis apparentem magnitudinem: quemadmodum capite tertio, per aspectuum diversitatem argumentatum extitit). Eiusdem porro globi respectu totius Vniversi imperceptibilis quætitatis, his rationibus persuaderetur. Primo, quoniam ubiunque fuerimus, cœli medietatem uidemus, stellarum magnitudines inuariatas conspicimus, & dies noctibus aequaliter in anno bis experimur; quæ minime contingent, si Terra semidiometer sensibilem ad totum Vniversum quantitatē haberet. Quemadmodum ex sequenti formula uteūq; rimari licet. In qua circulus BAC ductus per a signatum Mundi centrum A, spharam bifariā fecerat; non autem circulus DEF, qui per

Quod globus
ex Tellure &
aqua resultans
respectu uni
uersi, imper
ceptibilis sit quæ
titatis.
Prima ratio.

Exemplum.

ORONTII FINEI DELPH.

qui per ipsius Terræ cōnexum describitur, propterea q̄ semidiameter a respectu orbis BGC il notabilem uidetur seruare quantitatem. Vnde no-
cturnus arcus EHD, foret notabiliter omni tempore ma-
ior ipso diurno DGE; quare dierum artificialium cum no-
ctibus numeri accideret æqualitas. Stella rursus in uel E
constituta, multo minor appareret, quam in C: quoniam linea
BG utraque FD & FE minor est, per 7 tertij elementorum
Euclidis. Nam quæ propria sunt (seclusa medijs distor-
mitate) solito maiora uidentur. Rei tamen veritas ita se ha-
bet, ut nesciam præcisam ecclie medietatem intueamur: sed et
id sensu non sit perceptibile, idcirco semidiametrum Terræ
universi orbis semidiametro comparatum, imperceptibilis



Secunda ratio
notanda. esse quantitatis fateri compellimur. Huc accedit Mathe-
maticorum instrumenta: quæ tales, & adeo uniformem solarium radiorum, & umbrarum ra-
tionem cernimus obtinere, ac si Mūdi centrum idem foret cum eoru[m] instrumentorum ce-
tro. Quod per vulgatum Planisphaerium, duabus stellis e diametro notatis, experientia proba-
re hanc difficile est, utpote si mediclinio instar diametri in transuersum constituto, oriente stel-
larum altera, utrunque per ambo foramina pinnacidiorum confixeris.

Tertia ratio.
Quarta ratio. Adde, quod parvo latitudinis interualllo, utpote, a septentrione in meridiem, uel econtra peragrato, valde sensibili-
liter polorum, syderum, dierum & noctium, variatur habitudo: quod non adeo subito contin-
gere possit, si Terra respectu totius universi notabilis esset magnitudinis. Item, stelle quo-
rum usu precipitantur, puncta iudicantur a sensu, tametsi secundum Astronomos, & omnium
philosophorum consentiunt, maiores sint ipsa Terra: a fortiori igitur Terra, praesatusque globus
ex Tellure & Aqua resultans, tante machinae comparatus, ueluti puctum existimandus est.

Terra mundi
centrum esse in-
determinatur.

Corolarij de-
claratio,

Comparatio mū-
di ad sphærā.

Singuli orbes
sphæræ dici
possunt.

LIBRI PRIMI COSMOGRAPHÆ.

PHILOMENAE, SIVE SPHÆRÆ

MUNDI FINIS.





LIBER SECUNDVS COSMOGRAPHIAE, SIVE

Mundi Sphæræ, De principalioribus
circulis in eadem Sphæra pru-
denter imaginatis.

De Aequatore circulo, & Mundi polis,

Caput I.



R A E S T A T C O N S E Q V E N T E R D E T E R M I N A R E de circulis ipsi mundanæ sphæræ coaptatis: quorum imaginatio, ad capescendas motuum cœlestium rationes, uidetur admodum necessaria: atque suis locis singulorum exprimere commoditates. Inter porrò sphærales circulos, primum locum sibi uenit dicat Aequator. Est igitur Aequator, circulus maior, Vniuersum bifariam discindens, inter Mundi polos aequidistantem imaginatus, penes quem, regulata primi motus attenditur circunductio. Per Mundum, b' polos intelligimus duo pucta ipsius Mundi axem terminantia, circa quem totus Orbis (excepta Terra) ab oriente ad occidetem regulariter circunducitur: quorum is qui ad Boream, septentrionalis uel arcticus, qui uero ad Austrum, meridionalis, antarcticus uel polus nominatur.


Quinam sint maiores, quinque minores in sphæra circuli, decimo capite libri Geometriae nostræ sufficierat annotauimus. Primus ergo circulorum spheralium, quibus cœlestium motuum rationes contemplamur, & materialē ipsius sphæræ mundane typum, uel in solido, uel in plano cōficere solamus, sc̄ se offert Aequator: aliorum quippe regula, quos tum aqua inuaria, taque a Mundi polo distanti, tum regulata motus uelocitate uidetur facile superare. Describitur autem Aequator circulus, a linea recta, ex Mundi centro, ad punctum conuexum ipsius firmam, inter utroque Mundi polos medium, completa eiusdem linea ab ortu per meridiā ad occasum circunductio: totum Vniuersum bifariam discindens, & circa Mundi axem orthogonaliter erectus. Quemadmodum representare uidetur de pictus hic circulus C E, in obiecta sphera B C D E, cuius centrum A, polo uero puncta B & C, a linea quidem A C super axem B D orthogonaliter erecta, completa circunductio descriptus: in hunc quippe modum, ut circūferentialis eiusdem Aequatoris terminatua linea, in eiusdem sphærae cōuexo circūscribat, plana uero superficies uniuersam sphæram bifariam dirimat, altera sphærae medietate ad Boream, reliqua uero ad Austrum separata. Hic autē circulus Aequator ideo nominatur, quoniam Sole ad eum perueniente, lucis noctisque spacia, æquali dimensione per uniuersum orbem compensantur. Quam quidem ipsius diei atque noctis uniuersam æquitatem, æquinoctium appellare solemus: unde par i ratione præfatus Aequator circulus Aequinoctialis idem dicitur, id est, æquas diem artificiale cum nocte, ex quibus dies integratur naturalis. Quid autem sit naturalis dies, & dies sine nocte artificialis, succediti libro quarto dicetur: ubi pariter declarabitur, ipsum Aequatorē circulum

Aequator pri-
mus spheralium
circulorum.

Imaginaria re-
latoris circu-
li descrip-
tio.

Exemplum.

Aequator cir-
culus, cur ita
nominatus.



ORONTII FINEI DELPH.

circulus primi motus (per quem tempus ipsum maturatur) esse regulā; unde primi, hoc est, univerſioris motus cingit, plerūque uocat. Fit enim eadē unitas salis totius orbis circumductio (uti supra diximus) circa Mūdi polos, iter quos mediatis idē Aequator uel æquinoctialis circulus,

Poli mundi.

^a b Poli autem Mundi sunt duo pūcta, axem ipsum Mundi terminantia, in conuexo firmamē: b tu stabilita, in ea quae unita sa Mūdi structura, ab oriente per meridiē ad occidentē quotidiana regularitate circumducitur; ueluti sunt pūcta B & D præmissæ descriptionis B C D E.

Polorū nomē-
clatura.

Quorū polorū alter, utpote, ^a septentrionalis, arcticus (ab arcō maiore ursa) siue borealis dicitur; is scilicet, qui nobis partem Mūdi septentrionalem habitamus, semper appetere eleuant, At reliquias, utpote, ^b australis, meridienus, antarcticus, id est, arctico polo semper aduersus nominatur. Hī autē poli, ad ipsam mundanam sphæram uelut obseruant habitudinem; ut quācum alter sursum extollitur, tantumdem reliquias ex aduerso deprimatur; quemadmodum infra tuo loco monstrabitur.

De Zodiaco uel Ecliptica, atque in eiusdem signis.

Capit. II.




Odiacus autē ^a, siue Ecliptica, est circulus itidem maior, inter Mūdi polos obliquè locatus, uiam indicans solarem: cuius altera medieratum ab Aequatore ad polū Mūdi arcticū, reliqua vero ad antarcticū declinat. Hic ^b porro Zodiacus in 12 signa, ueluti quilibet aliis in sphæra circulus, diuidit; sed à uernali eiusdem Zodiaci cū Aequatore sectio ne: in contraria primi motus successionē, tali & ordine & nomēclatura distributa, ut primū sit Arietis, secundū Tauri, tertium Geminorum, quartū Cancri, quintum Leonis, sextum Virginis, septimum Libræ, octauum Scorpionis, nonum Sagittarij, decimum Capricorni, undecimum Aquarij, duodecimum autem & ultimum à Piscibus denominatur: quorum sex prima sunt septentrionalia, reliqua vero sex meridionalia: patiturque signum quodlibet solitā 30 gradū, & gradus quilibet 60 minorum, & minutum obseruatā deinceps sexagenariā partium distributionem.

Mathematica
Zodiaci descri-
ptio.

^a I³ Maginatur & aliis in sphæra circulus maior, Zodiacus uel Ecliptica nominatus; qui cū scribi singitur a linea recta, ex Mūdi centro, per centrū solare, ad firmamentū usq; protensa, cōpleta: iphius cētri solaris ab occidente per meridiē ad ortū circumducione. Vnde ita Solis merito a plārisq; dicitur. Hic autē Zodiacus respectu axis & polorū Mūdi atq; Aequatoris circulus obliquè locatus est, altera medieratum ad septentrionē, altera uero ad meridiē, ab ipso Aequatore declinata: cuius itē plana superficies, uniuersum Mūdi atque eundē Aequatore, bisferiam dirimunt. Id enim expō fere uidetur ratio majoris in sphæra circuli. Hunc porro Zodiacum tibi repræsentant circulus F I G H, præcedenti figura cōsequenter adiunctus, cuius axis K L, & poli ipsa puncta K & L, diuidentes circumferentia Aequatoris C E in pūctis I & ^b n, altera medietatū, utpote, ^b F I ad Boream sit polum arcticū ^a, reliquo uero ^b G I, uersus polum antarcticū ^b, uel Australē inclinata. Quid autem præfatus circulus Zodiacus appellatur, hoc a ^b Zodi, quod est uita traxisse uidetur: quoniam Sol continuē sub ipsō motu, innouerit ad proprium motū ipsum describens Zodiacum, is quæ apud nos alterantur, corrūpuntur, generantur, tanquam principialis causa, uitam influere uidetur; quādmodum Philosophi testimonio, & experientia sensibili compertum habemus. Ob eum nanque finem naturanaturans, ipsum iter Solis oblique locauit: ut mutuo eiusdem Solis accessu atque recessu, multiformia producerententia, producta corrūperentur, & corrupta rursum (specie saltē) reuiuiscent. Dicitur & Zodiacus a ^b Zodi, quod interpretatur animal: propter ea, quoniam in 12 partes inueniē aquales distribuitur, quae signa uocantur, quorum quodlibet nomen aliquid animalis fortitū est. Nō quidem ob syderum octauum orbis, quae circa ipsum, uel in ipso uidetur esse Zodiaco dispositionem cur pferique male existimari, ita uel animalium effigiem representantur: cū imaginatio possit esse diuersa, & pro cuiuslibet arbitrio, ex unius imaginis cōstellatione, alterius imago cogitari.

Zodiacei circu-
lus cur ita no-
minatus.

Alia zodiaci
interpretatio.



Verum

Verum id a diuerso Solis influxu tractū est; qui dum tales Zodiaci partes perambulat, hæc infē riora ad similitudinem cū ipsorum animalium natura dispositionē sensibiliter mouet. Sol nāq; secundum uariam quā in hæc inferiora seruat habitudinē, atq; materię dispositionē, aliū & aliū producit effēctum. Nolo tamē denegare, sydera ultro citroq; Zodiaci existēta, Solis effectus permutare, au gere, uel minuerē; sed ab eisdem syderibus, præfata signorū non videtur pendere nomēclatura.

Idem præterea Zodiacus círculus Ecliptica nominatur: quoniā Solis aut Lunæ nusquam con tingit Eclipsis, nisi uterq; in eodem collocetur Zodiaco. Cū enim Sol nūquā a Zodiaco discedat (quoniā Zodiacus & uia Solis idem sunt) necessitatem est, Lunā ad eadem Zodiaci partē cum Sole coire prius, quā in tali cōuenientiōe Sol patiatur Eclipsim: uel ex diametro cū eodē Sole locari, hoc est, in parte Zodiaci Soli opposita, si Luna ipsa deliquiū sit ingressura. Cur autē Zodiacus a quibusdā latus imaginetur, hoc est, habens circūferentiam instar zonae circūscriptā: hoc fuit sola (quāvis minime necessaria) quoruādam astronomorū fantasia, qui duos círculos eidē Zodiaco uel Eclipticę parallelos, sex gradus ultro citroq; latitudinaliter includentes ideo sunt exco gitati: ut sub quo signo atq; signi parte planetæ moverentur, rudiores possent agnoscere, percepere, utrum enim planetas (dempti Sole) nūc ad austrum, nūc autem ad septentrionē ab eadem Ecli

b ptica deuiare; nusquam tamen sex gradū ultro citroue præterire latitudinem. ¶ b De signis auctem Zodiaci hoc in primis noctandum duximus, quod tametū quilibet in sphæra círculus (uti capite primo libri tertij nostræ docuimus Arithmetice) in 12 partes inuicē aequales a Mathematicis diuidatur, quarum qualibet signum dicitur, & oī círculi partes sive gradus comprehendens: ipsa tamen 12 Zodiaci partes per Antonomasiā, signa vocantur, tum quod a Sole peragrat, uaria nobis uideantur signare tempora; tum etiam, quoniā motus omnium planetarum in eisdem signentur Eclipticā partibus, sive ad ipsa referantur Eclipticā signa. Ipsa porto si gna ab alterutra sectione Zodiaci cum Aequatorū rationabiliore sumperunt ordinem, quā a quopiam alio eiusdem Zodiaci puncto: ea potissimum de causa, quoniā ex eadem sectiones ubique locorum uidentur esse communes, locum ortus uel occasus nusquam immutantes. Rebus tamen a uernali sectione, a qua Sol ex australi in borealem reuertitur Vniuersi medietatem; quam ab opposita, numerationis exordium acceperit. Quoniā Sole in eadem existente sectione, uniuersa dierum & noctium accidit aequalitas, postmodum lucis supra tenebras augmentatio, cunctorum quoq; terræ nascitū renouatio haud inuicida; nobis potissimum, qui septentrionali Mundi partem habitamus. Quid autem in australi primi, seu regulati totius Vniuersi motus fuerint distributa; sola causa fuit, particularis errantium motus: quos in longum Zodiaci ab occasu per meridiem ad ortum, continue experimur citrūduci. De signorum tandem in gradus sub divisione, & graduum in minūta, & deinceps minoritorum in succedētia partium distributis.

Zodiacus &
Ecliptica idem

De zodiaci latitudine,

Q. signa p̄prie
sunt zodiaci cir
culi.

De ordine ac
initio signorū.

De signorū par
tibus.

Quadruplex si
gnorū acceptio

Prima.

Secunda.

Tertia signorū
acceptio.

Quarta.

P. cōcurrētibus





ORONTII FINEI DELPH.

concurrentibus clausa; cuiusmodi est apposita figura L M N. Quo
deniq; modo, uniusfus Orbis in 12 signa distinguetur; unde nihil
Reprobatio p;
dierum acce-
ptionum.
erit in rerum natura, quod aliquo non cōprahēdatur signo. Sed
hęc tam varia signorum imaginatio non modo fantastica, sed pror
sus inutiles, & a mathematica contemplatione mihi uidetur aliena.
Solan enim syderum ad partes ipsius Eclipticæ respondentiam,
ut corundem syderum mutua cognoscatur habitudo, motusque

Quonā modo
sydera ad Ecli-
pticā referuntur.
dūversa supputetur quantitas, obseruare solemus. Referuntur nanque sydera ad Eclipticam
in hunc modum. Imaginetur recta quedam linea a Mundi centro, per centrum syderis, ad con-
vecum usq; Firmamentum protensa: per cuius extrellum, e polis ipsius Zodiaci, circulus maior
traduci cogitur, cādem Eclipticā sive Zodiacū intersecans. Terminus itaq; huiuscmodi li-
neg, uerū locū syderis in cōelo, & punctū intersectionis eiusdē circuli cum Zodiaco, respondē-
tem in Ecliptica locū indicabit; tantū enim distebit uerū locus syderis in cōelo a signū exor-
dio, quātū respondens locus eiusdem syderis in Eclipti-
ca. In exemplū habes obiecīā descriptionem; in qua sy-
deris uerū locus in Ecliptica R S T, per circulum magnū
o s p, e polis O & P eiusdem Eclipticæ, per uerū syderis
locum educētum designatur, in puncto uidelicit s. Plane-
rē autem quī in X, uerū locus in cōelo per Y punctū, in
Ecliptica autem per Z, responderet uenit imaginādus.
De ceteris idem uelim iudices. Ad maiorem tan-
dem singulorum elucidationem, placuit signorum ordi-
nem, nomina, sexum, & characteres, una cum corūdē si-
gnorū natura, quā Sol & alij planetæ, iuxta trairiam horum inferiorū dispositionē, in eisdē signis
dūversa habitudine locati, accidētāliter cōtrahere docet experītia, sequēti perstringere tabella.

Exemplum.



Signa Australia.

Ordo	Charac.	nominā	Naturæ signorum	sexus	Ordo	Charac.	Nominā	Naturæ signorum	sexus
1		Aries	Calidū & secum	maſcu.	12	X	Pisces	Frigidi & humidiſ ſemini	
2		Taurus	Frigidū & ſiccum	ſemini	11	ꝝ	Aquarius	Calidū & humidiſ ſemini	
3		Gemini	Calidū & humidiſ ſemini	maſcu.	10	ꝝ	Capricor.	Frigidū & ſiccum ſemini	
4		Cancer	Frigidiſ & humidiſ ſemini	maſcu.	9	ꝝ	Sagittarius	Calidū & ſiccum ſemini	
5		Leo	Calidū & ſiccum ſemini	maſcu.	8	m	Scorpius	Frigidiſ & humidiſ ſemini	
6		Virgo	Frigidū & ſiccum ſemini		7	ꝝ	Libra	Calidū & humidiſ ſemini	

Quidnam fit declinatio & latitudo syderum, atque de ratione declinationis Zodiaci ad Aequatore. Capit. III.

D Declinationes porrò syderum, ab Acquatore; latitudines autem, ab Eclipti-
ca ultro citroq; numerantur. ^a Declinatio est arcus circuli magni, per Mū
di polos, & datum astrum, uel cceli punctum educēt; inter Acquatorē, &
ipsum astrum, ſic punctum comprahēſus. ^b Latitudo uero, eft arcus magni itidē
circuli, ſed ex polis Eclipticæ, per datum sydus, aut ſignatum in ccelo punctū tranſ-
euntis; qui inter ipsum sydus, uel idem pūctum, & Eclipticam caputur. ^c Quālibet
igitur Eclipticæ pūcta, ab alterutris ſectionib; cū Acquatore æquā ſemota, æqua-
les habent declinationes: ^d atque tanto maiores, quanto ab eisdem ſectionib; fue-
rint remotiora. ^e Vnde fit, ut puncta maximarum declinationum Eclipticæ ab eo
dem Acquatore, inter utrasque ſectiones ſint media, capitibus Cancri & Capricor-
ni diſtincta; que ſolſtitia dicta ſunt. ^f Cōmunes autē ſectiones Eclipticæ cū Acqua-
tore, principijs Arictis & Libre designatae, tam latitudine, q̄ declinatione carēt; &
æquinoctiorū puncta dicta ſunt, id eft, in quibus uniuersa cōtingunt æquinoctia.

Declinatio.
Syderum.


C ommodissimum existimatim, post imaginari quorūlibet circulorum descriptio-
nem, ſingulos terminos astronomicos, quibus uniuersa & theoria & practica referta eft
Astronomia, ſuis locis responderet exprimere; atque ſingulorum uifum breuifime declar-
are. ^g A Primum ergo ſeſt ostert declinatio, que nihil aliud eft, diffinuit, quam dati syderis, uel
ſignati puncti, ab Acquatore deviatio; ſic ad Mundū polos maior aut minor appropinquatio.
Vnde per arcum magni circuli, ex Mūdi polis, per datum astrum ſic punctum in ccelo notatū
educti

A Rificialis a porto dies, est arcus diei naturalis, qui super Horizontem, ab ortu per Meridiem ad oceasum intercipitur: Nox uero, reliqua pars diei naturalis, ab oceaso per medium noctis ad ortum comprehensa. **b** In recta igitur sphæra, dies artificiales sunt adiuuicem, atq; noctibus semper aequalia. **c** In obliquo autem sphærae situ, bis tantum in anno dies artificialis nocti coequatur: quoties uidelicit Sol Arietis, aut Libra caput ingreditur. **d** Sole autem alibi constituto, contrarium accidere necessum est: tantoq; maior dierum atq; noctium artificiarum proueni in qualitas, quanto alter polorum ipsius Mundi sublimior extiterit super Horizontem, & Sol ab Aequatore remotior. **e** Sunt tamē ipsi dies artificiales suis noctibus ita proportionati: ut in punctis eiusdem medietatis Ecliptice aequaliter ab Aequatore remotis, dierum atq; noctium eadem accidat in eodem Horizonte discriminā. **f** In ijs autem Eclipticæ partibus, quæ ultro citroq; præfatum Aequatorem coassumptæ, aequali rursum ab eodem Aequatore distant intercallo: dies astri tanto sunt hibernis productiores, quanto noctes breuiores noctibus, hac quidē lege, ut quanta fuerit dies ex una parte, tanta sit & nox ex altera, & econtra. **g** Hinc sequitur, ab Aequatore uersus polum sursum Horizontem levatum, dies artificiales in obliquo sphærae situ esse maiores noctibus; ex ea autem parte, quæ reliquus polus deprimitur, noctes maiores esse diebus: atq; sub ipsius tropicis maximam dierum & noctium prouenire diueritatem. **h** Item sub eaponi sublimitate, quæ maximæ declinationis solaris complemento fit aequalis, cu Sol astriuum occupauerit tropicum, integrum accideret diem naturalem sine nocte: sub hyemali autem tropico constituto, noctem ad naturalis dici quantitatem sine luce prolongari.

prolongari. ⁱ In cæteris autem poli sublimitatibus præfatū exuperantibus complementum, sit continua dierum naturalium sive nocte, atque nocti brumalium respondens sive luce successio, pro datis Eclipticæ portionibus, ultro citroq; Solstia, tam super Horizontem, quām sub eodem Horizonte continuè permanentibus,

^k Vbi deniq; polus 90 partibus extollitur, & sub uertice locatur, Sole dimidiā Eclipticam ad eundem polum inclinatam perambulante, sit lux continua sive tenebris; quām diu uero Sol reliquam, hoc est, sub Horizonte depresso, discurrat Eclipticæ medietatem, nocturnales absq; luce uidentur accidere tenebrae.

^l Cū uolueris igitur ad quamcunque poli borealis elevationem complemantum maximæ declinationis Solis minorem, arcum diei artificialis agnoscerre, accipito differentiam ascensionalem loco Solis respondentem: nam ea est differentia arcus semidiurni æquinoctialis, & pro dato Solis loco contingentis. Hanc itaq; differentiam, adde quadranti circuli, si Sol borealis peragrauerit signa, uel aufer eandem ascensionalem differentiam ab eodem quadrante, si Sol in austriana fuerit Eclipticæ parte, contrarium autem facito, si polus austrianus eleuetur: conflabitur enim, aut relinquetur arcus semidiurni optatus, qui si duplatur, diurnū integrabit arcum: hunc porrò si à toto dempseris circulo, nocturnus arcus remanebit.

Idem etiam arcus diurnus relinquetur, si ab obliqua loci Solis ascensione, pūcti eidem loco Solis oppositi obliqua, pro dato loco, istud subducatur ascensio.

^m Vbi autē polaris altitudo maior extiterit complemento maximæ Solaris obliquationis, & continuatæ lucis arcum inuestigare uolueris: accipito complementum ipsius polaris altitudinis, & illius (ac si foret quædam declinatio) respondentem elicto arcum. nam complementum eiusdem arcus duplatum, propositum ostendet arcum. Quām diu ergo Sol in eodem fuerit arcu, tanto tempore lux Solaris sive aliqua noctis obscuritate continuabitur.

ⁿ Hinc fatis elucescit, quonam ingenio tabula dierum artificialium, ad libram quamvis obliquitatem sphæræ supputari possit: maximarum quoque diuin tabula, ab Aequatore uersus polum eleuatum gradatim, aut quoquis alio modo distributa.

^CVM Sol dimidiā circiter & quidem semper obiectam partem corporis ex Tellure & Aqua resultantis, continuè videatur illuminare: dum ipse Sol ab ortu per meridiem ad occasum circunducetur, ipsum patens super Horizontem clarescit hemisphaerium; quām diu autem sub Horizonte uersabitur, propter umbram eiusdem conglobatæ ex Tellure & Aqua corporis (quaæ in partem Solis aduersam continuè diriguntur) idem hemisphaerium accidentaliter efficietur obscurum, sive tenebrosum. Completam itaq; diei naturalis revolutionem, in diem propriæ sumptæ, & noctem separauerunt artificiale, hoc est, prouario & artificiose sphæræ lumen sensibiliter ab ipso lucis arcu, & econtra discrepantem.

^a ^T a Artificiale ergo diem uocauerunt, arcu diei naturalis, qui ab ortu Horizontis constat, per uerticalem Meridianum, ad occidentem, à Sole, propter motum Vniuersi, describitur: Reliqua porrò diei naturalis arcus, ab occasu per subterraneum Meridianum, ad ortum rursum comprehensus, nox uocatur artificialis. Vterq; igitur, dies scilicet atque nox artificialis, à Meridiano circulo bifariam discinduntur: dies quidem à uerticali, nox autem à subiecta eiusdem Meridiani parte, quemadmodum ex ipsius Meridiani ratione fit manifestum.

[¶] Quamuis autem ex solarium radiorum undiquaque diffusa reflexione, Sole nondum exorto, Aer incipiat splendescere, atque post Solis occasum itidem elucescat: ipsa tamen interualla temporis, ab initio apparitionis radiorum solarium ad completum usq; Solis exortum, & ab occasu eiusdem Solis ad perfectam tenebrarum obscurationem comprehensa, non diei artificiali, sed ipsi nocti ueniente annumeranda, & crepuscula dicta sunt, quorum matutinum, auroram, sive diluculum; reliquum autem, uespertinum appellare solemus.

Vnde orta diei
arci noctis arti-
ficialis distin-
ctio.

Dies
artificialis
Nox.

Decrepitulus

Aurora seu di-
luculum.

ORONTII FINEI DELPH.

Crepusculorū
terminatq; du
rationes.

Corollarii de
crepusculorum
variatate.

Cur in resta
sphera diss
similiter aqua
les noctibus.

Secunda ratiō.

Exemplum:

Corollarii 1.

Corollarii 2.

Quod in qua
nis obliquitate
spherae bis sit
in anno dies
similares no
ctibus.

De reliquis die
bus artificiali
bus in obliqui
spherae situū
noctibus sem
per inequali
bus.

Causa maioris
inqualitatis
dierum & no
ctium in obliqua
sphera.

Contingit autem initium matutini, finisq; uesterni crepusculi, secundum uulgores Astro
nomos, Sele 18 partibus Ecliptice sub Horizonte depresso. Per tantum itaq; temporis inter
vallum matutinum crepusculum precedit ortum Solis, quanta est obliqua 18 graduum locū So
lis immediatē precedentium ascensio, pro dato spherae situ contingens: uesternum autē post
ipsius Solis occidū tanto temporis produci uidetur intervallo, quanta est obliqua descensio 18


pariter graduum ab eodē loco Solis immediate succendentium. Cūm igitur Sol alium & alium
in Eclipticalē locū adipiscatur, & æquales arcus ipsius Ecliptice variās & inæquales pro dato
spherae situ possidere uideantur ascensiones: necessum est, eadem crepusculū interalla, con
tinuē ex utraq; causa diversificari, hoc est, nunc breuiora, nunc uero longiora, atq; instabilis esse
durationis. ¶ b

Quod autem recto spherae situ, dies artificiales sint adiuniciem, atq; nos
stib; semper æquales: duplīcē potissimum convincitur argumento. Primo, quoniam sex signa
à loco Solis succendentia diurno elevata tempore, atq; reliqua sex noctū consequenter ascendē
tia, à quocunq; inuenientur Eclipticē puncto, æquales semper habent ascensiones: nempe dimi
diū Aequatore, uel ipsa rectarum ascensionum indicat tabula. Præterea, singulare dierum
naturalium revolutiones, inter utrosq; tropicos à Sole descriptas, orthogonaliter ab Horizonte
seuant: quapropter & bisferam, per sextum numerum
decimi capitū libri primi nostrae Geometriæ. Tantig
tur sunt arcus diurni, quanti & nocturni. Quod ex obies
ta descriptione comprehendere haud difficile est: in qua
polus arcticus A, antarcticus C, Aequator B D, rectus Ho
rizon AC, Ecliptica E F, Cæcri tropicus EG, & Capricor
ni FH. Quorum quidem tropicorū tanti sunt arcus diurni
relictū super Horizontē A C, quām sunt & nocturni sub A
eodem Horizonte de presl. Idem iudicato de ceteris.

Ex quibus facile concordatur, in eodem recto spherae si
tu stellas omnes oriri atq; occidere: proprieatē q; Horizo
per Mundi polos transfere diffinitor, super quos ad motum
uniuersi cuncta Cœli uel puncta, uel sydera continuē cir
cunducuntur, proprias describendo revolutiones, ab eodem


Horizonte bisferam distributas. Ex quo rursum cuidetur, stellas orientes & oc
cidētes, diurnum (utpote supernum) & nocturnum (hoc est infernum) arcum describere: atq;
eodem arcus, in recto spherae situ, fore adiuniciem æquales. ¶ c In obliqua porrō sphera, c
his tantum in anno, cūm uidelicet Sol communes Eclipticē cum Aequatore sectiones, hoc est,
Arietis atq; Librae capita possederit, diem artificiale nocti coæquari, ex eo primum sit evidēs:
quoniam in obliqua sphera cum singulis Eclipticē mediatis ab eisdem sectionibus inchoa
tis, singulare secundum atq; descendunt Aequatoris medietates. Addo q; omnes Horizontes obli
qui, tam Eclipticam quam ipsum Aequatorem, diuidunt bisferam, in eisdem communibus Eclipti
cae & Aequatoris intersectionibus: unde cūm tunc ipsius dierū naturalis revolutionis in eodem
sit Aequatore, nullidubium esse uidetur, diem artificiale nocti per uniuersum Orbem fore
tunc æqualem. Ob hanc enim causam, præfatae communes Eclipticē cum Aequatore sectiones,
æquinoctiorum denominationem obtinuerit uidentur. ¶ d Cūm autem Sol extra præfatas
æquinoctiorum intersectiones constituit, contrarium accidere necessum est, hoc est, dies art
ificiales superare noctes, aut econtra: idq; duplice de causa. Quarum prima, est inæqualitas as
censionum singulorum arcuum Eclipticē à loco Solis uel eidem opposito succendentium, noctū
uel interdui sursum Horizonta leuatorum. Præterea, cūm Horizontē obliquis & impares an
gulos ipsum dirimant Aequatorem; ergo & singulos dierum naturalium parallelos ultra citro
eundem Aequatorem à Sole descriptos, ad obliquos itidem dispeccat angulos, ea propter &
inæqualiter, per eundem sextum numerū decimi capitū superius allegatę Geometrię nostrę.
Maior erit itaq; prædictorum parallelorū arcus diurnus super Horizontē, quām nocturnus
infra derelictus: aut econtra. Veluti succedēs uidetur ostendere figura: in qua sint omnia atq;
in prædicti descripti, iuncto tantum obliqua Horizontē K, & utriusq; recti scilicet & obli
qui Horizontis cum Tropicis, in punctis L, M, & N, O, factis intersectionibus. Quid autem
hæc dierum & noctium artificialium tanto maior accidat inæqualitas, quanto alter Mundi po
lorum sublimior exūterit, & Sol ab Aequatore remotior: cuilibet uel facile manifestatur. Cō
tingit enim ex utraq; causa maior ascensionum atq; descensionum diffinitas; sicut magis uaria
singulorum parallelorum dierum naturalium ab Horizonte distributio.

¶ In locis



e ¶ e In locis igitur eiusdem medietatis Eclipticæ æqualiter ab Aequatore distantibus Sole constituto (quod bis accidit in anno) similiis, quoad eundem Horizontem, prouenit ipsius diei atq; noctis artificialis inæqualitas. Nam sicut in eiusmodi locis Sol æquales sortitur declinat^{es} & diurna pariter signa, atq; nocturna æquales habent aseensiones, cadiq; tunc Sol sub eo^z dem naturalis diei parallelo, qui ab Horizonte circulo semper eodem modo dirimuntur. Tatus est itaq; dies artificialis, Sole in fine Tauri constituto, quantus accidit in principio Leonis: tantus item sub Libra termino, quantus rursus sub initio Pisces, haud alienum de noctibus habet iudicium: atq; de similibus Eclipticæ punctis in eadem parte æquidistantibus ab Aequatore concurrebunt. Quemadmodum ex ea quæ sequitur figura deprehendere, haud difficile est.

f ¶ f Veruntamen ipsi dies artificiales cum noctibus ita proportionantur: ut in quibuslibet punctis Eclipticæ ulro citroq; circuitu Aequatore coassumptis, & æquali ab eodem Aequatore distantibus interuallo, quātus fuerit dies æstivalis in uno, tantasit & nox brumalis in altero,



& econtra (Aestivales dies nuncupamus, quæ maiores suis Dies. noctibus: brumales, qui à propriis noctibus superantur) Quantum enim augatur sex signorum interdui eleutorū ascensio ex una Eclipticæ parte, tantum minuitur oppositorum signorum ascensio ex altera. Præterea, signa quæ ad boream diurno eleuantur tempore, noctu^r condescendunt Horizontem, Sole meridianam Eclipticæ partem perambulante, & econtra. Adde, q; revolutiones seu parallelī dierū naturalium sub eisdem punctis æquè distantibus accidentes, ad arcus alternatū positos æquales, ab Horizonte truncantur: ueluti p̄allegato numero sexto decimi capituli libri primi Geometriae nostrę demonstratur. Tantus est igitur areus diurnus, Sole in fine Tauri uel initio Leonis existente: quantus est nocturnus arcus, eodem Sole finem Scorpionis uel initium Aquarij possidente, & cōtra. Ut in figura supra scripta, de tro picis E G & F H licet uel facile uidere, tanta est enim portio diurna E L, quanta & nocturna F M: atq; nocturna G L, diurna H M itidē æqualis. de similibus similiterq; positis Eclipticæ pun gctis, idem responderem iudicato. ¶ g Vnde cū ab Aequatore tunc polum eleuatū diurnæ augeantur ascensiones, nocturnæ uero minuantur, maioresq; sint dierum naturalium seclusi super Horizontem apparentes reliquis sub eodem occultatis, contrarium autem accidat ex ea parte que reliquis polū deprimitur: consequitur præterea, dies artificiales ueris polum sursum Horizonta levatum maiores esse noctibus, ueris autem polum tantundē infra de presum noctes maiores esse diebus. Præterea, cū hæc ex utraq; causa collatæ diuersitas tanto maior existat, quanto ipsius Ecliptica puncta fuerint ab Aequatore remotiora, quorum tropica solstitialia omnium uidentur esse remotissima: subinfertur rursus, maximam dierum atq; noctium artificiarum sub ipsis tropicis eueneri diuersitatē, uelut ex ipso præcedenti descriptione, oculari licet exemplo confirmare. ¶ h Consequenter hand minus rationabiliter interfertur, sub ea eleuatione polari, quæ complementum efficit maximæ solaris obliquationis, cū Sol æstivum, hoc est, eleuatum occupauerit tropicum, diem naturalem integrum accidere sine aliquā noctis obscuritate: subhyemali autem, utpote depresso tropico, existente Sole, noctem uerantem ad diē naturalis quaratē sine luce prolongari.

Repetatur enim antecedēs figura, sed uelut litera sonata collocata: sitq; uerterix I, & ipsa Ecliptica ē ecū Horizonte coniuncta. Clarum est igitur, utrumq; tropicorū in praefato sphære situ contingere eiusmodi Horizontem: sed alterum uelut E G rotum appare supra, reliquum autē scilicet F H, sub eodem Horizonte semper occultari. Talium siq; locorum uerterix sub polari locabitur parallelo. Cū igitur Sol eleuatum occupans tropicum contingat Horizontem, polus Eclipticæ id fiet cum loci uertice, & Ecliptica cū ipso iungetur Horizonte. Surget itaq; subito sex nocturna signa: adeò quidē, ut cū diurnis signis aloco Solis supponatis, totus circumvoluat Aequator. Cū autē Sol reliquā, hoc est, depresso occupauerit tropicū, ipsum pariter

nus, Sole in fine Tauri uel initio Leonis existente: quantus est nocturnus arcus, eodem Sole finem Scorpionis uel initium Aquarij possidente, & cōtra. Ut in figura supra scripta, de tro picis E G & F H licet uel facile uidere, tanta est enim portio diurna E L, quanta & nocturna F M: atq; nocturna G L, diurna H M itidē æqualis. de similibus similiterq; positis Eclipticæ pun gctis, idem responderem iudicato. ¶ g Vnde cū ab Aequatore tunc polum eleuatū diurnæ augeantur ascensiones, nocturnæ uero minuantur, maioresq; sint dierum naturalium seclusi super Horizontem apparentes reliquis sub eodem occultatis, contrarium autem accidat ex ea parte que reliquis polū deprimitur: consequitur præterea, dies artificiales ueris polum sursum Horizonta levatum maiores esse noctibus, ueris autem polum tantundē infra de presum noctes maiores esse diebus. Præterea, cū hæc ex utraq; causa collatæ diuersitas tanto maior existat, quanto ipsius Ecliptica puncta fuerint ab Aequatore remotiora, quorum tropica solstitialia omnium uidentur esse remotissima: subinfertur rursus, maximam dierum atq; noctium artificiarum sub ipsis tropicis eueneri diuersitatē, uelut ex ipso præcedenti descriptione, oculari licet exemplo confirmare. ¶ h Consequenter hand minus rationabiliter interfertur, sub ea eleuatione polari, quæ complementum efficit maximæ solaris obliquationis, cū Sol æstivum, hoc est, eleuatum occupauerit tropicum, diem naturalem integrum accidere sine aliquā noctis obscuritate: subhyemali autem, utpote depresso tropico, existente Sole, noctem uerantem ad diē naturalis quaratē sine luce prolongari.

Repetatur enim antecedēs figura, sed uelut litera sonata collocata: sitq; uerterix I, & ipsa Ecliptica ē ecū Horizonte coniuncta. Clarum est igitur, utrumq; tropicorū in praefato sphære situ contingere eiusmodi Horizontem: sed alterum uelut E G rotum appare supra, reliquum autē scilicet F H, sub eodem Horizonte semper occultari. Talium siq; locorum uerterix sub polari locabitur parallelo. Cū igitur Sol eleuatum occupans tropicum contingat Horizontem, polus Eclipticæ id fiet cum loci uertice, & Ecliptica cū ipso iungetur Horizonte. Surget itaq; subito sex nocturna signa: adeò quidē, ut cū diurnis signis aloco Solis supponatis, totus circumvoluat Aequator. Cū autē Sol reliquā, hoc est, depresso occupauerit tropicū, ipsum pariter

Sub qua poli sublimitate, & naturalis conditio lucidus, uel rotus contingat obscurus.

ORONTII FINEI DELPH.

tangit Horizontem; sed diurna signa surgent in instanti, non nocturna uero cumtoto Aequatore circulo. Ex quo uerfa uice, nox continua per integrum diem naturalem sine luce contingit.

De diebus artificialibus diem ex perantibus naturalem.

¶ i Quod autem de his consequenter dicitur, qui polum habem eleutum supra ipsius maximam solaris declinationis complementum: ita redditur manifestum. Huiuscmodi namque polarem habentium elevationem uertex, inter circulum polarem & Mundi polum uersatur eleutum. Quantum igitur uertex ab ipso polari remouebitur circulo, tantum disabit uterque tropicus ab Horizonte. Vnde cum Ecliptica tropicos utringue contingat, necessarium est, ut tantus arcus Eclipticæ circa solsticia continuè super Horizonte atque sub eodem relinquitur: quatus est is, qui à diem naturalium parallelis præstatu Horizontem utringue tangentibus intercipientur. Quamdiu ergo Sol hunc superiorum & nusquam occidentem arcu Eclipticæ prægrauerit, sicut lux cotinua sine nocte: dum autem infimum & nusquam oriente occupauerit, contingit uerfa uice nox cotinua sine luce. Accidet autem hæc lucis & tenebrarum cotinuitatio tanto maior, quanto poli sublimitas maior, & uertex ipsi polo uicinior extiterit.

Exemplum.

Quæquidem omnia, præsens uidetur indicare figura: in qua rursum Meridianus ABCD, Aequator BD, Ecliptica EF, regulus Horizon AC, obliquus autem IK, polus Mundi eleutus A, depressus uero C, uertex tandem L. Quanta igitur sunt partes Eclipticæ circa solsticia E & F, à parallelo datum Horizontem in punctis I & K tangentibus intercepit: tanta uidetur esse lucis super Horizontem, atque tenebrarum sub eodem Horizonte continuata tempora: quæ pro tarditate aut uelocitate motus ipsius Solis possunt esse diversa. ¶ k Tandem fit evidens, sub ipso Mundi polo constituto uertice, hoc est, dum polus in maxima constituitur super Horizonte elevatione, tadiu Sole patens hemisphaerii illustrare, quædiu in ea fuerit Eclipticæ parte, quæ sursum elevata, ad ipsius poli inclinatur: Per reliquæ uero partem sub Horizonte depresso ambulante Sole, tenebras uerfa uice continuari, hoc est, diem per dimidium annum, & noctem per reliquæ anni partem sine intermissione durare. Aequator namque circulus, idem sit tunc cum Horizonte: capropter dimidia Ecliptica sursum, reliqua autem Eclipticæ medietas infra præstatum continuè manet Horizontem. Ex quo præmissa lucis & tenebrarum alternata per dimidium annum continuatio, concludi uel facile potest. Ad quorū lucidiorum intelligentiam, subiecta adiunxitur descriptione, precedentibus haud dissimilem, sed ex modo situata, ut uertex Horizontis sub Mundi polo constitutatur. Quamvis autem eadem Eclipticæ medietates sint adiunctim aequalis: nihilominus tamen lux borealis longiori tempore durabit, quam australis, contrariaq[ue] respondentibus uidebitur accidere tenebris: Sol namque mouetur irregulariter circa Mundum centrum, tardius quidem uerus boreale solsticium, uelocius autem per brumale: quicunque admodum ex ipsius Solis theoria decerpitur.



Notandum.

¶ i SED HORTAMVR IAM AD IPSORVM DIERVM CALCULVM NOSTRVM CONI uertere sermonem. Cum igitur ad liberam quamvis polarem elevationem, complemento maxime solaris obliquationis minorē diet artificialis arcū, pro dato loco Solis libuerit agnoscere: supponenda est in primis ascensionis differentia ipsius dati Eclipticæ puncti, cuius diurnum exoptimus arcum, per doctrinam quarti capituli libri tertii immediatè precedentis. Hac enim ascensionis differentia, est eadem cum differentia arcus semidiurni seminocturno semper aequalis, & in dato sphærae situ contingens: ob eam etenim causam dies ipsos atque noctes artificiales crescere uel decrescere supra mostrauimus, quoniam sex signa diurna uel nocturna secundentia, tempore maiore aut minorem nanciscantur ascensionem in obliqua, quam habeant in recta sphæra. Porro cū in recto sphærae situ arcus semidiurnus semper sit 90 graduum, in obliqua autē sphæra ex ea parte superet 90, qua polus extolitur, ex altera uero responderet minoretur: non potest ipsa diuum artificialium magnitudo cōmodius faciliter suppeditari, quam per additionē vel subtractionē præmemorata ascensionis differentia. Esto igitur in exempli gratiā proposatum indagare, quatus sit dies artificialis in sapientia assumpta poli borealis exaltatione 48 gra, &

Exemplum.

Qualiter supra tanda diem artificialium magnitudine, ad quavis poli sublimitate cōplemento maxima declinationis solis minimum.

¶ i SED HORTAMVR IAM AD IPSORVM DIERVM CALCULVM NOSTRVM CONI uertere sermonem. Cum igitur ad liberam quamvis polarem elevationem, complemento maxime solaris obliquationis minorē diet artificialis arcū, pro dato loco Solis libuerit agnoscere: supponenda est in primis ascensionis differentia ipsius dati Eclipticæ puncti, cuius diurnum exoptimus arcum, per doctrinam quarti capituli libri tertii immediatè precedentis. Hac enim ascensionis differentia, est eadem cum differentia arcus semidiurni seminocturno semper aequalis, & in dato sphærae situ contingens: ob eam etenim causam dies ipsos atque noctes artificiales crescere uel decrescere supra mostrauimus, quoniam sex signa diurna uel nocturna secundentia, tempore maiore aut minorem nanciscantur ascensionem in obliqua, quam habeant in recta sphæra. Porro cū in recto sphærae situ arcus semidiurnus semper sit 90 graduum, in obliqua autē sphæra ex ea parte superet 90, qua polus extolitur, ex altera uero responderet minoretur: non potest ipsa diuum artificialium magnitudo cōmodius faciliter suppeditari, quam per additionē vel subtractionē præmemorata ascensionis differentia. Esto igitur in exempli gratiā proposatum indagare, quatus sit dies artificialis in sapientia assumpta poli borealis exaltatione 48 gra, & 40 minutorum



40 minutorum, Sole decimumquintū gradū Tauri vel Leonis possidente. Ascensionalis itaq; differētia ipsius dati gradus, est 19 graduum & 31 minutorum; uti proprius, & npper allegatus uis detur ostendere calculus. Hanc igitur ascensionalem differentiam addit 90 gradibus, confurget 109 gradus & 31 minuta. tantus est arcus semiurnus: quem si diaplaueris de laterum arcum diurnum integrabis, graduum quidem 219, & 2 minutorum. Hunc porrō sūm uulgares tempora fractiones (de quibus proximè succedenti capite) conuerte libuerit: predibunt horae 14, minuta 36, & 8 secunda. Quod si eiusmodi arcum diurnum à 24 subduxeris horis nocturnis arcus relinquetur, horarum 9, minutorum 23, & 52 secundorum. Hinc quoque diurno.

num arcum haud minus leuite obtinebis, si obliquam eiusdem quindecimi gradus Tauri ascensionem, que est graduum 23, & 1 minuti, ab obliqua oppositi gradus (utpote 15 Scorpj) subducferis ascensione, à 242 scilicet gradibus & 5 minutis: relinquentur enim (uelut supra) 219 gradus, & 2 minutis. Ascensio nanc sex signorum à loco Solis succedentium diurnum: re-

liquorum uero sex, nocturnum diurnum arecum. Hinc sequitur, Sole 15 gradum Scorpj uel Aquarii possidente, in praefalsum poli arctici sublimitate, diem artificiale fore uerauice 9 horarum, minutorum 23, & 52 secundorum: noctem uero comprehendere, 14 horas, 36 minutis, & 8 secunda. Idem respondet iudicato de similibus uel Eclipticæ punctis, uel poli sublilitatibus maxime declinationis Solis non exuperantibus complementum. ¶ In hunc itaque modum, ad maiorem singulorum elucidationem, subseciam artificialem diuinum ordinatum ista bulam: ad elevationem poli arctici 48 graduum & 40 minutorum fideliter suppeditam. In quam solito more lateraliter intrabis, cum signis quidē sursum & gradibus leutorum acceperis, uel sumptis ad dexteram gradibus, si contingat signa ad calcem occurrere tabula: nam in coniunctiuitatis concursu, diei artificialis in horis, minutis, atq; secundis, fete offeret magnuudo. Reliqua peruita sunt.

De arcu no-
ciurno.
Arcum diurnū
alter tuppata-
re.

Talib; e sequē-
tis declaratio-

TA B U L A M A X I M A R V M D I E R V M A R T I F I C I A L I V M , A D
elevationem poli arctici 48 graduum, & 40 minutorum, & singulos Eclipticæ
gradus per auctorem fideliter suppeditata.

plac super.	II	III	X	Y	V	VI	II
G1	Ho. Mi. Sc.	Ho. Mi. Sc.	Ho. Mi. Sc.	Ho. Mi. Sc.	Ho. Mi. Sc.	Ho. Mi. Sc.	G
1	3 2 50	8 42 8	10 13 43	12 0 0	13 46 50	13 17 2	30
2	3 12	8 44 40	10 16 2	12 3 36	13 50 10	13 20 8	29
3	3 28	8 47 20	10 20 0	12 7 12	13 52 47	13 22 24	28
4	3 44	8 49 52	10 23 28	12 10 56	13 57 41	13 24 40	37
5	4 16	8 55 4	10 30 24	12 18 8	14 3 52	13 27 12	25
6	5 4	8 57 22	10 33 52	12 21 43	14 0 32	13 31 4	24
7	5 44	9 0 40	10 38 38	12 25 20	14 10 32	13 33 4	23
8	6 24	9 2 20	10 40 56	12 28 52	14 13 43	13 34 50	22
9	6 4	9 6 8	10 44 32	12 32 32	14 17 4	13 36 50	21
10	7 46	9 8 50	10 48 0	12 36 8	14 20 24	13 38 25	20
11	8 48	9 11 52	10 51 36	12 39 40	14 23 36	13 40 24	19
12	8 10 0	9 14 56	10 55 12	12 43 20	14 26 46	13 42 0	18
13	8 11 4	9 17 52	10 58 40	12 46 56	14 30 52	13 43 28	17
14	8 12 16	9 20 50	11 2 16	12 50 32	14 32 58	13 45 4	16
15	8 13 20	9 23 52	11 5 52	12 54 8	14 36 8	13 46 40	15
16	8 14 50	9 27 4	11 9 28	12 57 44	14 40 4	13 47 44	14
17	8 16 32	9 30 8	11 13 4	13 1 20	14 42 8	13 48 56	13
18	8 18 0	9 33 20	11 16 40	13 4 48	14 43 4	13 50 0	12
19	8 19 36	9 36 24	11 20 16	13 8 24	14 45 8	13 51 12	11
20	8 21 12	9 37 46	11 23 52	13 12 0	14 51 4	13 52 14	10
21	8 23 4	9 42 56	11 27 28	13 15 28	14 53 32	13 52 50	9
22	8 25 4	9 46 16	11 31 4	13 20 4	14 56 40	13 53 36	8
23	8 26 56	9 49 28	11 34 40	13 22 32	14 59 20	13 54 16	7
24	8 27 56	9 52 48	11 38 16	13 26 8	15 2 8	13 54 56	6
25	8 30 48	9 56 8	11 41 52	13 30 36	15 4 56	13 55 44	5
26	8 33 4	9 59 28	11 45 20	13 33 4	15 7 28	13 56 0	4
27	8 35 20	10 2 56	11 49 4	13 36 32	15 10 8	13 56 16	3
28	8 37 36	10 6 16	11 52 48	13 40 0	15 12 40	13 56 32	2
29	8 39 52	10 9 44	11 56 24	13 43 28	15 15 20	13 56 48	1
30	8 42 51	10 13 4	12 1 0	13 46 50	15 17 52	13 57 4	0
	↔	ml	≈	mp	δ	p. h. inf.	

ORONTII FINEI DELPH.

Alia maxima-
rum uel min-
imorum dierum
supputandi ra-
tio.

Esit & alia non aspernanda supputandi ratio, maximis tantummodo, uel minoris diebus artifi-
cialibus indifferenter accommodata ex septima propositione secundi Epitomatis Ioannis Regio-
montani in magnam Ptolemei constructionem premita; quae in hunc uenit obseruanda mos-
sum. Duc sinum maximae declinationis Solis in sinum totum, & productum diuide per sinum
complementi eiusdem maxima declinationis: nam sinus inde generatus, idem in omni regione
permanebit, eam quoque rationem habebit ad sinum differentiae aequalis & maximae uel breuissi-
mi diei artificialis, quam habet sinus complementi datae polaris altitudinis ad sinum eiusdem ele-
vationis polaris. Hunc itaque sinum, generalē appellabis; quem fore partium 26, minutos
rum 5, & 20 ferē secundorum, ipse te docebit calculus ex supradictis obseruatis. Si du-
xeris igitur sinum datae polaris altitudinis in prefatum sinum generalē, & productum di-
uiseris per sinus complementi eiusdem elevationis polaris: prouenies sinus differentiae
arcus semidiurni seminocturno aequalis, & maximae uel minimae in ea regione contingentis,
cuius sumpta est polaris altitudo. Proponatur rursus in exemplum altitudo poli septen-
trionalis, 48 graduum, & 40 minutorum: cuius complementum, graduum 41, & minutos
rum 20. Sinus itaque rectus ipsius polaris elevationis, est partium 45, minutorum 3, & 10
secundorum: complementi uero sinus, partium 39, minutorum 37, & secundorum 34.
Duc igitur 45, 3, 10, in 26, 5 20, & productum diuide 39, 37, 34: generabuntur enim 29
partes, 32 minutae, & 42 ferē secunda, quorum arcus, graduum 29, & 38 minutorum, tanta est
igitur differentia arcus semidiurni seminocturno semper aequalis, & maximae aut breuissimi in
dato sphærae suu contingentis. Hanc itaque differentiam addo 90 gradibus, sicut 119 gradus &
38 minutae: quae dupla, efficiunt gradus 239, & 16 minutae, haec autem conversa in temporis
fragmenta, restuant horas 15, minutae 57, & 4 secunda. Tantam ergo pronuncias diē ma-
ximam in data poli borealis elevatione 48 graduum, & 40 minutorum; idemq; facies de cæ-
teris eiusdem poli sublimitatibus complemento maximae declinationis solaris minoribus.

De supputando
maximo lucis
arcu, seu con-
tinuitate lucis re-
pore, ad quatinus
poli sublimita-
tem complemen-
to maxima So-
lis declinatio-
nis maiorem.

Exemplarū dis-
currū.

M VBI AV TEM POLVS supra complementum maximae solaris obliquationis extol-
litur, & continuatæ lucis supra diem naturalem uolueris agnoscere quantitatem: id facies admi-
niculo tabula de declinatione ipsius Solis, quemadmodum ipsa textualis exprimit litera. Quam ut
clarius intelligas, sto propositum inuestigare arcum Eclipticæ continuu super Horizontem
lustum, quem dum Sol perambulat, sit dies continuus absq; nocte: idq; ad poli septentrionalis
elevationem 78 graduum. Complementum igitur datae polaris altitudinis est 12 graduum.
cum his itaq; 12 gradibus, intrabis aream præfatae declinationis tabulam, & respondentem
colliges arcum, iuxta doctrinam capitis quarti libri secundi huiusc Cosmographie nostræ. huc
porro arcum offendes terminari primo gradu & 27 mi. Tauri: hoc est, fore 31 gra. & 27 mi.
quorum complementum, utpote 58 gra. & 33 mi. duplum, efficit gradus 117, unā cum 6 mi-
nutis. Taurus est igitur arcus Eclipticæ, qui in data poli borealis exaltatione continuus super He-
rizontem relinquitur: à primo gradu & 27 minute Tauri, ad 28 gradum & 33 minutū Leo-
nis comprehensus. Eliciā ergo tandem ex tabulis utri meatus Solis, quanto tempore Sol eundem
perambulat arcum; nam tandem lux super datu Horizontem continuabitur, absq; noctis obscurita-
te. Id autem haec nostra tēpestate, hoc est, anno 1530, in 122 naturalibus diebus & 17 horis, unā cū
6 ferē minutis fieri, certio comprehendimus calculo. ¶ Quid si uelles respondentem tenebratū
circum alterum solstitionis inuestigare durationē: vide quantum tēperis Sol ponat à primo gra-
du & 27 minute Scorpij, usq; ad 28 gradum & 33 minutum Aquarij; nam tanta erit nox con-
tinua sine lucis interuallo, in præassumpta poli borealis per 78 gradus exaltatione. Est autem
eiusmodi quantitas, ad motum Solis, & nuper expressum tempus uerificata, 115 dierum natu-
ralium, & 2 horariorum, & 48 mi. Quamvis enim arcus Eclipticæ sub Horizonte semper oes-
cultatus ei sit aequalis, qui super eundem continuo remantur Horizontem: nec tamē aequalibus
temporum interallis à Sole perambulantur: quemadmodum ex ipsa Solis theoria facile collis-
gitur. ¶ Ex his omnibus, succedentem maximarum dierum artificialium collegimus ta-
bulam, ab Aequatore circulo gradatim supputatā: ut minus exercitatos à labore subleuemus,
& ijs etiam sat in hac parte faciamus, qui Geographica tractare solent obiectamenta. E dext-
era igitur cuiuslibet polaris elevationis regione, maximus lucis arcus, sive dies artificialis maxi-
mus obiectetur: in horis quidem & minutis, ab Aequatore ad 66 usq; gradum, in diebus autem
cum horis & minutis, per reliquum ipsius quadrantis complementum.

Sequitur ipsa maximarum dierum pro-
missa tabula.

Desuccedenti
maximarū die-
rum tabula.

Tabula

T A B V L A M A X I M A R V M D I E R V M , A R T I F I C I A L I V M , A B
Aequatore circulo, ad polum usq; arcticum, gradatim per auctorem supputata.

Luna tempo	Dies ma- xima.	Eleua- tio po	Dies ma- xima.	Eleua- tio po	Arcus tēp apparens,	Dierū huelucis continuatio.
Gra.	Ho. Mi. Se.	Gra.	Ho. Mi. Se.	Gra.	Gra. Mi.	Ho. Mi. Se.
1	12 3 28		34 14 16 24	67	22 52	24 1 40
2	12 6 56		35 14 21 52	68	40 0	42 1 16
3	12 10 24		36 14 27 20	69	52 0	54 16 25
4	12 14 0		37 14 33 4	70	61 26	64 13 46
5	12 17 25		38 14 37 36	71	70 26	74 0 0
6	12 20 56		39 14 44 56	72	78 22	82 6 39
7	12 24 48		40 14 51 12	73	84 56	89 4 58
8	12 28 0		41 14 57 44	74	92 12	96 17 0
9	12 31 36		42 15 4 24	75	96 20	104 1 4
10	12 35 12		43 15 11 20	76	105 16	110 7 27
11	12 38 48		44 15 18 40	77	111 20	116 14 22
12	12 42 24		45 15 26 8	78	117 6	122 17 6
13	12 46 8		46 15 34 8	79	122 46	127 9 55
14	12 49 44		47 15 42 24	80	128 22	134 4 58
15	12 53 28		48 15 51 4	81	133 50	139 31 36
16	12 57 20		49 16 0 8	82	139 6	145 6 43
17	13 1 4		50 16 9 44	83	144 22	151 2 6
18	13 4 36		51 16 19 52	84	149 36	156 3 3
19	13 6 56		52 16 30 32	85	154 42	161 5 23
20	13 12 48		53 16 41 52	86	159 50	166 11 23
21	13 16 48		54 16 54 6	87	164 52	171 21 47
22	13 21 4		55 17 7 4	88	169 58	176 5 29
23	13 25 4		56 17 21 4	89	174 58	181 21 58
24	13 29 20		57 17 36 16	90	180 0	187 6 39
25	13 33 35		58 17 52 48	0	0 0 0	0 0 0
26	13 38 0		59 18 10 48			
27	13 42 24		60 18 30 56			
28	13 46 16		61 18 53 20			
29	13 51 36		62 19 18 24			
30	13 56 16		63 19 48 40			
31	14 1 12		64 20 24 24			
32	14 6 8		65 21 10 32			
33	14 11 12		66 22 20 40			

De horis tam æquibus, quām etiam inæquibus.

Caput III.



COnsequens est, ut de partibus temporis differamus: quas horas uulgo nun-
cupare solemus. Horarū igitur, aliae æqua, aliae inæqua. ^a Aequa-
lem seu naturalem uocamus horam, uigintim quartam partem ipsius
dici naturalis: hoc est, tempus quo 15 Aequatoris gradus, ad naturalem & regula-
rum motū Vniuersi, super datum quemuis eleuantur Horizontem. & propterea
æquinoctialis hora plerūq; nominatur. ^b Inæqualis autem, seu temporalis ho-
ra diffinitur esse, duodecima pars dici, aut duodecima pars noctis artificialis: unde
& artificialis hora nōnunquam dicitur. ^c Constat itaque primum, inæqua
les seu temporales horas, pro Horizontium atque loci Solis in Ecliptica uarieta-
te, sicuti inter sc̄e diuersas, idq; tanto magis, quanto polus sublimior extiterit su-
per Horizontem, & Sol ab Aequatore remotor: his quoq; solū in anno, horas
inæquales diurnas, nocturnis coæquari. ^d Evidens præterea relinquitur, quē
admodum naturalis dies, 24 tum æquales tum inæquales comprehendit horas:
& diem quoq; uel noctem artificialē semper 12 horas inæquales continere, ex
æqualibus autem, pro ipsarum dierum atq; noctium artificialium magnitudine.

^e Harū porr̄ tam æqualiū quām inæqualium horarum quelibet, in 60 frangi-
tur minuta, minutum quodlibet in 60 secunda: & ita deinceps quantumlibet, fe-
xagenaria de more continuata distributione. ^f Si diuiseris itaq; semidiurnum,

S 4 aut

ORONTII FINEI DE LPN.

aut seminocturnum arcum per 6, vel arcum diurnum aut nocturnum per 12: probabit in æquales horæ, diurnæ quidem vel nocturnæ magnitudo. 8 Hinc facile patet, quām leui calculo æquales horæ ad inæquales, aut ē contra reducātur: qualiter ē subterraneo, aut verticali meridiani supputatæ, ad ortium, vel occiduum referendæ sint Horizontem.

Dici naturalis. ¶ a Suprascripta dæi naturalis revolutione, subpartitione usia est indigere: ad peculiaritatem dæi secerū la ipsius temporis intervallo. Dicis itaq; naturalis in 24 partes adiunxit æquales distibutæ; per horæos quidem circulos, quindicos Aequatoris gradus includentes, capite 9, libri secundi descriptos. Quæ quidem partes, horæ naturales vocantur; id est, à naturali & regulato roris Vniuersi motu pendentes, seu mensuræ. Quod autem æquales, cedit in horæ nocturnæ: hoc à vulgi traxere iudicio. Nā propter suprascripta dierum naturalium inæqualitatē, ipse quoq; naturales horæ de rigore sunt inæquales: at cum ipsorum dierni naturali, vix sensu percipiæ inæqualitas, lögè minus sensibilis est earundē horarū discrepantia. Qualibet igit; hora naturali, vel æquiali concidunt super datū quēuis Horizontem 15 gradus Aequatoris, ad regulatum illum & naturalem motum Vniuersi: si nanci diuersis 360, per 24, habebis pro quo numero 15. Hinc

Dicitque nos fuis artificialis in 12 horas inæquales & artificiales subdūtio. b Aliam b præcreta, cest eandē numero, longè tamen imparem quantitatē, dies naturalis fortis horarū distributionem; utraq; enim ipsius dæi naturalis pars notabilior, hoc est, tam lucis & tenebrarū intermissionem, sicut dies & nox artificialis, in 12 partes inæquales diuidit, quæ simul iunctæ faciūt rursum 24, & inæquales, vel artificiales, seu temporales horæ nominantur. Inæquales quidē: quoniam diurnæ nocturnis horis, aut ē cōparata, diversæ reperiunt esse magnitudinis. Artificiales autem idem vocantur: quoniam pro artificiosa Horizonti in linea, atq; uaria ipsorum dierni & nocturni artificialium quantitatē, dictum immaturat. Dicitur & exēdē hora cōporta, id est non sine legitima causa. Nam prius temporum obseruatores, ipsam temporaliū horarum constitutio nem ordinaverunt: siuxia quam uaria cōstiebant horologia, inæquales horas indicatiā, pluribus in loco adhuc obseruata. Diuina insuper scriptura, inæquali horarum mysterio passim referta est: adeo, ut earundē horarum cognitio, Theologis sit admodum necessaria. Adeo q; ipsi ueteres primi palium rerum institutores, eadē inæquales seu cōportales horas planetarū adscripsere do minio: & à Planeta prima cuiuslibet dæi artificialis hora regnante, dies ipsos naturales denominantur. Dominicū itaq; diem à Sole, feriā secundū à Luna, tertīā à Marte, quartā à Mercurio, qui tam à Ioue, sextam à Veneri, sabbatiā dierūq; à Saturno, denominationē sive nomēclaturam uoluerunt ac pere: propterea q; hora prima inæquali singulorū seprē dierum hebdomadæ, sive gulos quos nunc recitamus planetas, dominari iudecarū.

Planetam quæ libet horarē tem porali dier, vel noctis artificialis dominante inuenire. c Hec autē omnia, ex obiecta hæc cōprehēdere tabula; in qua planetā tum dæi tu noctis artificialis hora prima regnante annotamus. Quod si reliquæ & succeditū dæci, vel noctis horarū dominante agnoscerē libuerit: ac cipio ex ipsa tabella, planetā prima ipsius dæci, vel noctis hora regnante, quo in transuerso & infimo ipsius tabellæ ordine reperto, da sequenti uersus dextrā horā secundā, sive cedentia tertia, & ita cōsequenter, seruato & horarū & planetarū ordine, atq; iterato capite uersus laetā, quoniam finitum habeas datarū horarū numerū. Ille enim planeta, in quo datus horarū numerus terminabitur, is erit, qui propria dominata hora. Exēfli causa preponat hora, exadici Luna artificialis. Cū igitur hora prima ipsius dæci Lunæ, ipsa Luna dominet: inēdo ad calcē tabellæ ipsius. Characterē, da secundā horā 5, terciā 2, quarta 7, quintā 10, & ipsam horā sextā 2. Pronunciabis igitur Venerem sextam horā inæquam oblati dæci gubernare. Idem facio de cæteris, aut diurnis aut nocturnis horis. Quod si semel memorie cōmendaueris hunc uersum, utpote Sol Vc. Mer, Luna, Saturnus, Juppiter & Mars, & singula planetarum nomina singulis accommodaueris horis: poteris supradicta tabella sine iactura carere. & quæ per ipsam obtinatur, memorib; ab' uere.

Vnde maior aut minor inæquaum horarū diuersitas. ¶ c CVM AVTEM pro uaria & artificiosa poli super Horizontem elevatione, tū propter obliq; quitatem zodiaci, tum ob loci Solis in eodē zodiaco mutationē, diuersa signoū diurno acq; nocturno cōpore super Horizontē contingat aëlio, & propterea dierū acq; noctis artificialium magnitudo diuersatæ ex supradictis primū colliguntur, inæquales seu cōportales horas, ab ipsa dierū atq; noctium artificialiū uarietate pendentes, fieri inter sepe diuersas, hoc est, nū diurnas maiores esse nocturnis, nū uero contrarium eueneat. Hanc quoq; diuersitatē tanto maiore accidere subinfertur,

Planeta dominans hora	
	Noctis
Dæci	
○ Solis, id est, dominica.	12
¶ Lune, id est, secunda feria.	15
Δ Marti, id est, tertia feria.	18
♀ Mercurii, id est, quartæ ferie.	16
⊕ Iouis, id est, quinta ferie.	14
⊕ Veneris, id est, sexta feria.	13
☿ Saturni, id est, sabbati.	18
Succelsio planetarū, pro reliquis horis	
1 prime, tam dæci quoniam noctis artificialis	
○ 12 1. 2 1 C 15 1 2 10	

subinfertur, quanto polus sublimior extiterit, & Sol remotior ab Aequatore: utpote, quoniam super predicta tum ascensionum atque decessionum, tum diurnarum & nocturnarum inaequalitas aequaliter maior, veluti proximo demonstratum est capite. Hinc tandem sit manifestum, bis tantum in anno horas inaequales diurnas nocturnas coequari, & est contra: utpote, cum Sol utrumque possidet aequinoctium, Arctis uidelicet & ipsius Librae capitis, non tunc dicem artificialia, sed noctis per uniuersum Orbem adequari, supra modis trahimus: hinc sit, ut praedictarum artificialium seu temporalium

dhorarum respondens subfeatur aequalitas. ¶ ⁴ Præterea, cum dies naturalis, die & noctem comprehendat artificialia, euidentis relinquuntur, ipsum diem naturalem, & tum aequaliter tum inaequales seu temporales horas eostinere. Diem porrò vel noctem artificialia, comprehendere semper per 12 inaequales horas, sit quoque manifestum: quoniam pro dierum atque nocturnarum artificialium crescimento vel decremente, inaequales horæ diurnæ vel nocturnæ sola magnitudine crescent aut decrescent responderenter, seruato semper duodenario numero. Secus est tamē de horis aequalibus. Nam cum aequaliter horæ invariata obseruerint inter se quantitatem, sit, ut dies vel nox artificialis, plures horas aequaliter aliquando eōprehendat, aliquando uero pauciores, pro ipsorum dierum atque nocturnarum artificialium diuersa magnitudine. Bis enim solum in anno dies & nox artificialis continent 12 horas aequaliter: utpote, cum Sol Arctis aut Librae gradutus capitatus, enim aequaliter inaequalibus horis adequatur: alibi autem Sole cōstituto, quantum augentur dies supra noctem aequaliter, aut est contra, tanū respondenter augmentatur hora inaequalis diurna supra nocturnā, aut eduerit. Unde sit, ut hora diurna sine qualis unā cum nocturna simul functa, duas cōficiant & qualiter horas: quemadmodum, ex ipsa dierum atque noctiū artificiali proxime capite descriptaratione, deducere haud difficile est. ¶ ⁵ DIVIDITVR autem que libet tum aequalis, tum inaequalis hora in 60 minuta, & minutū in 60 secunda, secundū quodlibet in 60 tertia, & ita deinceps sexagesimaria quācumlibet obseruata distributione: quæ quidē horarum fractiones, temporanea haud iniuria vocantur. Sortiuntur itaque cuiuscemodī fractiones, haud dissimilē Additionis, Subtractionis, Multiplicationis, Divisionis quoque, alteriusque supputationis modum, ab eo, quē de signorum & graduū fragmentis, libro tertio nostrā præmisimus Arithmeticæ; hac sola & anīmaduersione digna, obseruata cātiueula, ut uidelicet quemadmodum dies ex suis horis cōponuntur, ita mēses ex suis integrantur diebus, & quæ uulgārē eiuscēdē rerū respicere uidetur observationē, à sua cōstitutione nō discedat. ¶ Ex quibus omnibus vel facile colligitur, cuiuslibet gra-
dui Aequatoris, 4 ipsius temporis seu naturalis hora minuta respondere, & cuiuslibet minuto gra-
dus 4 secunda, cuiuslibet itē secundo 4 tertia; & ita deinceps proportionaliter. Et versa vice, quē admodū cuiuslibet horæ naturali uel equali, respondēt 15 gradus Aequatoris circuiti; haud dissimiliter cuiuslibet equaliū horarū minuto respondēt 15 minuta gradus, et cuiuslibet secundo 15 secunda, & ita cōsequēter. Quæ quidē lex, siue respondētia, nō potest inter inaequales horas & ipsos gradus Aequatoris obseruari: propter earundē inaequaliter horarū instabilē durationis magnitudinem, siue dif-
f proportionata inter uallorū quantitatē. ¶ ⁶ Hinc nō minus facile liquet, qualiter habēda sit ipsius inaequalis hora magnitudo, siue qualitas. Cū enim inaequalis hora sit duodecima pars diei vel noctis artificialis, si diuiseris arcū diurnū vel nocturnū per 12: aut semidiurnū atque seminocturnū per 6: prodibit ipsius diurna aut nocturna & inaequalis horæ magnitudo. Exempli causa esto proposito inuenire, quā sit hora diei artificialis maximū, sub eluctione polari 48 gradus, & 40 minutorū: Sole uidelicet initū Cancri possidit. Colliges itaque primū ex proximo capite, diem ipsum artificialē maximum; quē ostendes 15 horarū, minutū 57, & 2 secundorū. hæc uer-
tes in gradus & minuta Aequatoris, per ea quæ nūc expressissimū documenta: sit 239 gradus, unā cum 16 minutis. Diuide igitur 239 per 12: proueniēt 19, reliq̄is 11 gradibus, qui una cum 16 mi-
nutis, efficiunt 676 minuta, hoc rursus diuide per 12: & ostendes quosū numerū 56, superabū-
ditibus 4 minutis. Multiplica tandem 4 minuta per 60, & productū (scilicet 240 secunda) diuide
rursum per 12: proueniēt tandem 20. Cōclades igitur, proposita inaequalē horā cōtinere 19 gra-
dus, 56 minuta, & 20 secunda. Eandē etiā hora quantitatē haberessi diuideres arcū semidiurnū,
utpote, 338 gradus & 3 minuta, p. 6. Neq; alienū uelim habeas iudicium, de hora inaequali noctur-
na. Hæc tamē nocturna & inaequalē horā, habita diurna, celeritus obtinebis: si ipsius horæ diurnæ
quantitatē ē 30 subduxeris gradibus. & est contra, nocturna supputata, diurna respondēter habebis.
Quoniam diurna & nocturna simul iuncta, binis aequalibus horis adequatū: & quantū dies arti-
ficialis suā noctē superat, sic & hora temporis diurna nocturna, proportionaliter uincere perhibe-
tur. Tolle igitur 19 gradus, 56 minuta, & 20 secunda à 30 gradibus: reliquias 10 gradus, 3 mi-
nuta, & 40 secunda, rāta ergo pronūciabis horā nocturnā inaequalē noctis minimē, ad præmissum.

g prā poli sublimitatē: idēq; de ceteris diurnis aut nocturnis horis iudicabis. ¶ ⁷ T A N D E M sit manifestū, qualiter inaequales horæ ad aequaliter aut est contra reducātur: q̄ facile q̄q; sit easdem aequales horas à meridie, aut media nocte, hoc est, à ſūticali aut subterraneo Meridiano supputatas, in horas ab ortu vel occasu, ad ipsum uidelicet Horizontē, reducere; & in 24 italico more plōgare.

S 5 Cum

Quando horæ
diurnæ tempore
nocturnis
æquatur, & e-
contra.

Diem naturalē
24 inaequales
uelut & aqua-
les horas con-
tinere.
Quot aequaliter
atque inaequa-
les horas cōtineat
dies atque nox
artificialis.

De horarū tam
aequalium qua-
ntitatiū tub-
ulatione.

Corollarū no-
randū de partū
temporis cum
partibus Aeq-
uatoris respo-
dentia.

Diurnæ vel no-
cturnæ & inae-
qualis horæ
quantitatē
inuenire.
Exemplum.

Notandum.
De mutua ho-
raru conuer-
sione.

ORONTII FINEI DELPH.

Iniquales horas, ad aequales reducere.

Cum volueris igitur datum horarum inaequalium numerum, ad aequales horas reducere; inuenito primum, ueluti nunc expressimus, unius inaequalis horae magnitudinem per quam multiplicata oblatum horarum inaequalium integratur numerum, & producto adde partem horae incompleta, si forsitan adfuerit) habebis enim arcum ipsis inaequalibus horis, diurnis quidem ab ortu, nocturnis autem ab occasu respondetem, quem si diuiseris per 15, & residuis gradibus & minutis suis temporis partes assignaueris: eundem arcum in horarum aequalium reduces numerum.

Exemplum.

Supponamus in exempli diem artificiali fore 14 horarum, & 24 minutorum: sicut in aequales horas ab ortu Solis elapse 5 & dimidia. Erit itaque inaequalis horae magnitudo graduū 18. Duc igitur 18 in 5, sicut 90: quibus adde 9 gradus ipsi dimidiæ horæ respondentes, consurgent gradus 99, hos diuide per 15, habebis 6 pro quocto numero; reliquis 9 gradibus, quibus de tempore respondent minutæ 36. Ergo praeflumpiat inaequales horæ, ueruntur in 6 horas inaequales, & 36 minutæ. Quod si uersa uice aequales horas, ad inaequales convertere libuerit:

Aequalium horarum ad inaequales conuertio.

reducit primum easdem aequales horas in gradus Aequatoris, & consurgentem inde graduum numerum diuidito per unius inaequalis horæ (eiusdem intellige dicit, uelut noctis) quantitatem. Offrantur in gratiam exempli, 6 aequales horæ cum 36 minutis ab ortu: sicut (ueluti prius) hora inaequalis graduum 18. Duc igitur 6 in 18, sicut gradus 90; & pro quibuslibet 4 minutis accipe unum gradum, erunt 9, quos adde 90 gradibus, consurgent gradus 99. Hos partire tandem per 15, prouenient 5 horæ inaequales: reliquis 9 gradibus dimidiæ horam inaequaliter integrabitur. Sed de his esto sat: utpote, quæ sunt omnibus manifesta.

Horas aequales à meridie aut media nocte, ad orarias transmutare.

Exemplum.

b ¶ b Hac est artis summa, qua prisci usi sunt Geographi: potissimum C. Ptolemæus, Geographorum facile princeps, qui reperit cuilibet coelestis gradu, respōdere supra Terrā stadii 500, hoc est, 61500 passus duplices, quemadmodū ex de cimo capite primi libri sua Geographiae colliguntur. Quæ quidē obseruatio, probabilior mihi uidetur ea, quæ adscribitur Eratostheni: utpote, quod unū gradus respondeat 700 stadiis, seu 87500 passus. Nā si quispiam duorum locorum cognitæ latitudinis, atq; sub eodem Meridianō cōstitutorum, directam elongationē considerauerit: Ptolemaio uero propius ueritatē attigisse meū fatebitur. Quemadmodū de Lutetia Parisiorū, atq; Tholosā Aquitaniae metropoli, quæ sub eodem serè Meridianō locantur, periculum facere potest. Ergo iuxta præfata Ptolemaei obseruationem, & ea quæ undecimo capite libri primi Geometræ nostræ de Geographicis mensuris tradita sunt: cuilibet gradu maximū coelestis circuli, subrespondent in Terra leucæ Italicae (quæ uerē millaria nūcupantur) 62, utnā cum milliaris dimidio. Proprie uero leucas 41, Gallicas 31, cōmunes autem 20, maiores deniq; 15, & ex ijs quæ maximā uocantur 12. Hinc facilē colligimus, uniuersum ambitu ipsius cōglobati ex Telle & Aqua corporis, seu quicūs maximū in Terra circulum, cōtinere 22500000 passus duplices, sive stadia 180000, aut 22500 miliaria: leucas uero propriū nūcupatas circiter 14760, Gallias 1160, cōmunes 7200, maiores autem 5400, maximas deniq; leucas 4320. Quomodoq; autem res se habeat, si unū tantū gradu, uel dato cuicunq; segmento, respondentē in Terra sive mel examinaueris itineris intercapedinem: facillimū erit, per ea quæ superioris tradita sunt, in fini golorū degenerare rationē. ¶ c Quod autē directā duorū quorūcūq; locorum distantia, seu breuitatim profectiones itineris, fieri debent supra segmentum magni circuli, qui per utrumq; locorum transire diffinitur: ita demonstratur. Sint A & B duo quatuor terrestria loca, super eodē minori circulo A B C, atq; maxime A D B cōstituta: sūc per i tereti elementorū Euclidis, E centrum ipsius minoris circuli A B C. Et productis E A F, & E B G rectis, semidia metro eiusdem maximū circuli A D B æqualibus, circa idē centrū E, ad interuallū autē ipsius E F, aut E G, descriptis circulis F G H, per tertium postulatum: & per secundū postulatum, cōcūstantur AB, & FG rectæ linea. Erit igitur circulus F G H, ipsi A D B circulo æqualis, per primā diffinitionē tertij eorundē elementorū: atq; segmentū F K G, segmento A L B simile, per decimā ipsius tertij diffinitionē: capiunt enim eūdem angulū qui ad E. Et quoniam æqualis est E A ipsi E B, & E F ipsi E G: erit A F reliqua, reliqua BG cōsequenter

Quācum itineris capiat unus gradus terrestris Meridiani per similiū segmentorum obseruaram respōdentia elicere.

Ex 4 proportionalem regula.



C. tolemaeus
Eratosthenes.

Quātūm gradus respondeat in Terra, secundum Ptole.

Quātūm uniuersus terrestris ambitus per eū dem Ptole.

Quod directa locorū itineris fieri debet sup magni circuli segmentum demonstratio.

V æqualis



ORONTII FINEI DELPH.

æqualis, per tertiam communem sententiam. Itaque latera $E F$ & $E G$, trianguli $E F G$, à recta quidem $A B$ proportionaliter diuiduntur. Est igitur $A B$ recta, ipsi $F G$ parallela, per secundam partem sententiae sexti ciudicis Euclidis: & propter ea $A B$ & $E F G$ triangula inuicem æquivalia, atque angulus $E A B$ angulo qui ad F æqualis, per 29 primi elementorum ipsius Euclidis. Similiter porrò segmentorum eadem uidetur esse ratio, quia & circulerū. Et sicut igitur $F G H$ circulus, ad circulum $A B C$: ita segmentum $F K G$, ad segmentum $A L B$. Sicut autem circulus $F G H$, ad circulum $A B C$: ita semidiameter $E F$, ad $E A$ semidiametrum. Ergo sicut $F K G$ segmentum, ad segmentum $A L B$: sic $E F$, ad $E A$ semidiametrum, que enim eidem sunt exædentes rationes, & ad inuicem sunt eadem: per 11 propositionem quinti eorundem elementorum. Sicut porrò semidiameter $E F$, ad $E A$ semidiametrum; sic basis $F G$ ad basim $A B$, per 4 sexti elementorum ciudicis Euclidis. Ergo per eandem 11 quinti, sicut $F K G$ segmentum, ad segmentum $A L B$: sic recta $F G$, ad rectam $A B$. Præterea, quoniam in circulis $A D B$ & $F G H$ inuicem æqualibus, diuersa capiuntur segmenta $F K G$ & $A D B$; erit ratio ipsius $F K G$ segmenti, ad idem segmentum $A D B$ maior quam subtencit $F G$ ad subtencitam $A B$; per 7 propositionem primi libri Epitomatis Jo. Regiomontani, in magnam Ptolemaei compositionem. At sicut recta $F G$, ad rectam $A B$; ita segmentum $F K G$, ad segmentum $A L B$ se habere monstrauimus. Manifestum est igitur, segmentum $F K G$, ad segmentum $A D B$, maiorem obseruare rationem: quam ad ipsum $A L B$. Ad quam autem magnitudinem, eadem magnitudo maiorem rationem obseruat, & illam in orbe est, per secundam partem 10 quinti supradictorum elementorum: igitur segmentum $A D B$ maximi circuli, minus est segmento $A L B$ ipsius circuli minoris $A B G$. Concludendum ergo, directam itineris proportionem loci A , ad locum B , fieri debere super $A D B$ segmento dati maximi circuli per ipsa loca descripsi. Haud alienum iudicium uelim habeas, de quibuscumque similibus,

*Quoniam pacto duorum quorūcunq; locorum longitudinibus atq; latitudinibus datis
eorundem locorum uiatoria metienda sit longatio.*

Caput V.

COGNITIS itaque duorū quorūcunq; locorum longitudinibus atq; latitudinibus, uiatoria corundē locorū elongari ionē, siue directū itineris interuersum, ita deprehendes. ^a In primis, si data loca ab Aequatore uestis eundem Mundi polū, & sub eodem fuerint collocata Meridiano, auferenda est minor latitudo à maiori corundē locorū latitudine: relinquetur enim arcus Meridiani uiatoriam prædictorū locorū indicans intercedēt. ^b Quod si data loca sub eodem extiterint Parallelo: inueniendū est segmentum magni circuli, inter ipsa loca comprehendens, in hūc qui sequitur modū. Subtrahe minorē longitudinē à maiori, & reliqua differentia chordā accipito, quam ducito in minutias Aequatoris unū gradui dati paralleli respondentibus: procreabis enim rectā, interceptū magni circuli segmentum subtendentē. ^c Cum porrò sub diuersis & parallelis & Meridianis ipsa loca cōstituentur: inuestigandū erit segmentum magni itidē circuli per utrumq; locū educēti, hac quidē arte. Accipito primum latitudinalē corundē locorum differentiam, & subtendentē ipsius differētia chordā, item segmentum utriusq; parallelī, inter datorum locorū Meridianos cōpr̄chensum: atq; rectas siue chordas, respondentia magni circuli segmenta subtendentes, quemadmodū nuper expressimus. Aufer de inde minorē harū rectarum, præfata segmenta subtendentia, ab ipsa maiori (erū enim semper inæquales) & dimidium relicta differentia demito ab ipsa maiori: residuumq; seruato seorsum. Duci postmodū reliquā ipsius differentia partem in se, & productū demito à quadrato ipsius differentiæ latitudinalis: atq; reliqui tandem partium numeri, quadratam accipito radicem. Hac demū radice, atq; seorsum obseruatā rectam, utrūq; per se multipliça: & productis in unum compotis, resultantis inde partium numeri quadratam rursum extrahito radicem. Nā ea erit recta, subtēdens segmentum magni circuli, p̄ utrūq; datorū locorū educēti. ^d Nec minori facilitate, præfatarum itineris intercedēt obtinebis: ubi alter locorū ad boreā, alter uero in australē Mundi partē constituetur. Nā si data loca sub eadē fuerint Meridiano: cōpositæ latitudines, uiatorium eorundem locorum segmentum

segmentū indicabūt. ^e Si autē loca sub diuersis parallelis, inaequaliter tamē ab Ae quatore distātibus, fuerint cōstituta, cōponēdā sunt eorū latitudines, atq; resultātis arcus accipīda chorda: reliqua autē omnia, ueluti nunc præcepimus, cō sequenter absoluenda. ^f At si cōtigerit ipsa loca æqualiter ab Aequatorc distare: paulo leuior redderur ipse calculus. Inuēta enim chorda segmenti magni cirkuli, per alterū locorū, & sectionē parallelī ciudē loci cum alterius loci Meridiano transeuntis, ca qua nūc præcepimus arte, necnō chorda segmenti alterutrius Meridiani inter locorū parallelōs cōprehensi: si utrancq; per se multipli uaueris, & productorum in unū cōpositorum quadratā accperis radicē: ea rectā ostēdet, itinerariū magni cirkuli segmentū per data loca subcndētem. ^g Inuēta autē recta, siue chorda magni cirkuli, à dato quoouis loco, in quēuis aliū producta locum: habetur & respondens ipsius magni cirkuli segmentū, desideratuū itineris ostendens interuallum. Quodqui dem segmentū, si per milliaria, siue leucas unū gradū eiusdem cirkuli magni respō dentes, multiplicaueris: eandē uiatoriā locorū elongationē, seu directū itineris interuallū, in nulliariorum, aut leucarum, tandem conuertes numerum.


DE MONSTR A VIMVS proximo capite quarto, directa itineris locorū profectionē, fieri dñe super segmento magni cirkuli, qui per data loca describitur. Hinc pspicū est, ab inuētione segmenti magni cirkuli, inter duo quēuis oblata loca comprehēsi, totū artis pendere negotiū. Ipse porrō loca, quorū directa uiatoriā, desideratur elōgatio, uel sunt ab Aequatore uersus eundē Mundi polū cōstituta: uel alter in Boreā, alter uero ad Austrū dñeatur. Si pri mū: tunc uel ipsa loca sub eodē cōsūntinunt Meridiano, eandē obtinētā longitudinē: uel sub eos dē parallelo cōstituta, æqualiter ab Aequatore distat: uel deniq; sub diuersis tam Meridianis, quam etiā parallelis (utpote, qua diuersam tālōgitudinē, quam latitudinē habet) sunt collocata.

- a. ¶ a Offerātur in primis duo loca E, F, uersus A polū acriū, & sub eodē Meridiano A E B constituta: quorū borealiors sit E, ipsi autē Aequatoriū B uiciniōr esto F. Manifestum est igitur, quod australioris loci latitudē B F, subducta ab ipsius borealis loci latitudine, relinquit interce ptum Meridiani segmentū E F, directā eorū locorū ostendens elongationē. Exemplifigatia, Lutetia Parisiorū & Narbona Prouincia sub eodē ferē locantur Meridiano. Est autē Parisiensis latitudo, gradū 48, & 30 circiter minorū: Narbonēsis uero, 42 graduum. Tolle igitur 42 gradus, ab ipsis 48 gradibus & 30 minutis: relinquentur 6 gradus, & 30 minuta. Tantum ergo distat ipsa Narbonēsis ciuitas, à Lutetia Parisiorum. ¶ b Sint rursus bina loca E, G, sub eodē consistentiā parallelo, sed uaria obtainētā longitudinē, quorū longitudinis differentia, siue arcus

Locorum positiōnes uarie.

De locis sub eodem Meridiano, & in eadem Mudi parte cōstitutis. Exemplum.

Locorū sub eodem parallelo cōsistentiū, qua lier uatoria metiēda sit elōgatio.



dati parallelī respondentes se habere, ex eodem capite primo euidentis quoq; relinquuntur. que autem eidem sunt eadē rationes, & adiuicem sunt eadē: per 11 quinti elementorum Euclidis. Et sicut igitur unus gradus Aequatoris, ad partes uni gradū datī parallelī responderet: sic rectam B D, ad rectā E G proportionaliter se habere, tandem concluditur. Atqui tria prima, ex supra dictis, fiunt manifesta: si duixeris ergo tertium in secundum, quartum innotebet, scilicet E recta, in partibus qualium dimetens Aequatoris est 120. Hic autem non iubemus productum diuidi per primum: nempe quod sit unitas, quæ neq; in divisione, neq; in multiplicatiōne, datum potest immutare numerum. Cognita autē E G recta, in partibus qualibet diameter

V z Aequatoris

ORONTII FINEI DELPH.

Aequatoris est 120. Hic autem non subemus, productū diuidi per primū : nempe quod sit unitas, quæ nec in divisione, nec in multiplicatione, datum potest immutare munerū. Cognita autem in recta, in partibus qualibet diameter Aequatoris est 120 ; dabitur & magni circuli segmentum in 12, directum corundem locorum ostendens itineris interuum. Accipimus lucidio-

Exemplaris di-
scursus prædi-
ctorum.

ris euidentia gratia, Lutetiam Parvopolis, & Remensem Campanię metropolim; his evēdū
nan & parallelo, & 48 gradibus, & 30 serē minutis ab Aequatore distante, collocantur. Est autem
Parisiensis longitudo, 23 gradū, Remensem uero, gradū 25; quarum differentia est 2 graduum.
Per corollarium itaq; 13 capitū primi libri Geometriae nostrae, accipio chordam binos itidem gra-
dus Aequatoris subtendentem: quam efflendo contineare 2 partes, 5 minuta, & 40 secunda. De
inde per allegatum primum caput huius libri, & dexteram tabula partem, quam ibidem costruc-
ximus, colligo in directum ipsorum 48 gradum, & 30 minutorum (bis de more intranda ta-
bulam) 39 minuta, 45 secunda, & 21 tertia, uni gradui dati paralleli respondentia: per quae mul-
tiplico duas partes, 5 minuta, & 40 secunda, produciturq; pars unica, 23 minuta, & 16 serē secunda.
Tantum ergo pronunciabis rectiā loca subtendentem: cuiusareus, per idem corollarium,
offendunt contineare gradum 1, & 39 minuta, quantum scilicet est uictoriū magni eireculi segmē-
tum inter Lutetiam & Remensem Campanię metropolim comprehensum.

Sed hæc omnia facillimo dilucidemus exemplo: demusq; rursum Lutetiam Parisiiorum, & Lugdunum nobilissimum Galliarum emporium, quorum directa via supputanda proponatur. Parisiensis itaq; longitudo est graduum 23, latitudo autem graduum 48, & 30 circiter minutorum: Lugdunensis porro longitudo graduum 26, & ipsa latitudo graduum 45, & minorum 15.

Supponamus igitur, ad faciliorem intelligentiam, Lutetiam fore in punto E: Lugdunum autem in punto L, ipsius antecedentis proxime descriptionis. Manifestum est igitur, longitudinem eorundem locorum differentiam, utpote, arcum E C, uel F L, fore 3 graduum; latitudinis uero diffarentiam, ac cum uidelicet Meridiani E C, 3 itidem gradus, & 15 intuper minuta continere. Accipio itaque primum, iuxta doctrinam corollarij 13 capituli praelegati primi libri Geometriae nostrae, chordam ipsius arcus E C, hanc autem erit 3 partium, 24 minutorum, & 10 secundorum. Itē, chordam ipsius arcus E C, aut F L: quā offendit 3 itidem partium, 8 minutorum, & secundorum 28. Hac duco primum in 39 mil., 48 secunda, & 21 tertia, quā unū gradū parallelī per datū ē locum trans-euntis debet, ex supradictis collegimus: sicut partes 2, minuta 4, secunda 52, & 39 tertia, tata est ē C recta. Multiplcio rursus eandem chordam E C, per 42 partes, 14 minuta, & 23 secunda, unū gradū parallelī per locum L traduci respondentia: consurgunt quoque partes 2, minuta 12, secunda 40, & tertia 47. tanta est recta F L: de partibus semper uelim intelligas, qualium dimicentis Aequatoris est 120. Aufero postmodum rectam E C, ab ipsa F L: relinquentur 7 minuta, 48 secunda, & 8 tertia, quorum dimidium est 5 minutorum, 54 secundorum, & tertiorum 4: tanta est F M. quamdem ex tota F L: & relinquitur M L, duarum partium, 8 minutorum, secundorum 46, & tertiorum 43. His ita compertis, duco ē F chordam in sece, utpote, 3 partes, 24, minuta, & 10 secunda: sicut partes 11, minuta 34, secunda 44, & 2 tertia. Duxo rursus F M rectam in sece: proueniunt 15 secunda, & 15 tertia. Hac aufero ab ipsi 11 partibus, 34 minutis, 44 secundis, & duobus tertis: relinquentur 11 partes, 34 minuta, 28 secunda, & 49 tertia. tantum est quadratum ipsius ē M: cuius radix, hoc est, eiusdem ē M longitudo, ostenditur esse 3 partium, 24 minutorum, & 7 secundorum. Duco tandem ipsam ē M in sece: sicut partes 11, minuta 34, secunda 23, & 37 tertia. item L M in sece: proueniunt 4 partes, 36 minuta, 23 secunda, tertia 56. haec simul compono: resultant partes 16, minuta 10, secunda 47, tertia uero 33. Tantum est quadratum ex ipsa ē L: cuius radix est 4 partium, unius tantum minuti, & 20 secundorum, tanta est ipsius ē L, data loca subuentis longitude: cuius arcus ē O L, directam corundem locorum ostendens intercapidem, est 5 gradum, & 50 minutorum.

Poteris eandem ē L, aliter quidem obtinere: sed hic modus est universalis, etiam qualitercumque fuerit angulus qui ad ē, ipsius trianguli ē F L (nam reliqui duo, qui ad F & L signa, necessariō sunt semper acuti) Si nanc̄ forsan eueniret, ut angulus qui ad ē rectus esset: posses tunc immediae tollere quadratum ipsius ē F chordae, à quadrato totius F L, & residui quadratam excipere radicem: Nam ex tibi monstrabit longitudinem ē L, per 47 primi elementorum Euclidis. Quod si idem triangulum ē F L fuerit oxygonum (ut si p̄p̄s accidit, & in praesumpto cernere licet exemplo) poterit quoque cadere ē L, in hunc obtineri modum. Ducito L F, in partem F M: sicut 8 minuta, 37 secunda, & tertia 36. haec dupla: consurgent minuta 17, secunda 15, & 12 tertia. Quæ dempta ex quadratis ipsarum ē F & F L simili iunctis (qua faciunt partes 16, minuta 28, secunda 7, & 56 tertia) relinquent quadratum ipsius ē L, partium quidem 16, minutorum 10, secundorum 52, & 44 tertiorum. Cuius radix rursus inuenietur 4 partium, unius minuti, & 20 ferè secundorum. Nam quadrati ex ē L, minus est duobus quadratis quæ ex ē F & F L, bis sumpto sub tota L F in F M rectāgulo: per 15 secundi elementorum Euclidis.

d **HACTENVS DE LOCIS, IN EADEM MVNDI PARTE** collocatis: De locis in diuersa Mādi parte ab Aequatore confitit. Quæ sub eodem esse parallelo, per hypothesim est impossibile. Sicut primum gemina loca ē quidem Borealis, australis, sub eodem Meridianō ABC consistentia. Compones igitur Boream latitudinem ē B, cum australi ē H: consurget enim arcus ē H, eiusdem Meridiani ABC, uiae spatiū inter data loca comprehensum indicans.

e Cū autem loca sub diuersis Meridianis atque parallelis constituerint: tunc uel ipsi paralleli & qualiter ab Aequatore distabunt, uel inaequaliter. Si detur secundum, componenda sunt rursus eorundem locorum latitudines, & consurgentis inde arcus Meridiani chordasuscipienda: cum qua, & ipsi rectis intercepta ab ipsius Meridianis parallelorum segmenta subtendentibus, non alter inuestigabis diagonalē data loca subuentem, atque proprium tandem arcum magni circuli, quam proxima parte c litera distincta, signillatim expressimus. Neque huius positione locorum amplior, uel declaratione, uel exempli uideris indigere: nū uoles prius elucida in itanum reiterare. **f** At si data loca sub parallelis & qualiter ab Aequatore distantibus (quos propriē nominamus oppositos) diuersis Meridianis fuerint constituta: res eadā loca subuentem, in hunc modum colligemus. Sint huiusmodi loca ē, F, sub Meridianis

Idē quod prius
aliter conclude
re.

De locis in di
uersa Mādi par
te ab Aequato
re confitit.
Quæ sub eode
Meridianō.

De locis sub
Meridianis &
parallelis
inaequaliter ab
Aequatore di
stantibus collo
catis.

Quando loca
ipsa sub oppo
sitis conferten pa
rallelis.


ORONTII FINEI DELPH.

Meridianis A B C & A D C, in Mundi polis A & C coemutibus, in exemplum designata: & producantur E G & F H rectæ, comprehensa parallelorum segmenta subtendentes, unà cum chordis E F, & E H, subtendaturq; Mundi axis A C: qui cùm transeat per centrum Aequatoris B D, transibit & orthogonaliter per datorum parallelorum cetera, quemadmodū ex sphæricis Theodosij demonstrationibus colligitur. Sit igitur centrum parallelū qui per locū E, punctū L; eius uero qui per F, est punctū K; & conēctant semis diametri L E, & K H. His ita constructis, dico primū, angulum qui ad H trianguli E F H, fore rectum. Quoniam bina plana datorum parallelorum, qui per E & F loca, sub plāno Meridiani A B C, in rectū L E & K H difſerantur: cōmunes igitur eorundē ſectiones ſunt parallelæ, per 16 undecim elementorum Euclidis. Parallelā ſunt igitur L E & K H: ſunt præterea aequales adiuuicem: nam oppitorum, & aequalium propere a circulorum, ſemidiametri. Aequas porrò atq; parallelas, ad eadē partē rectāe lineāe coniungentes, & ipſae aequales & parallelæ fūnt, per 33 primi eorundem elementorum: parallelā igitur & a qualis est E H ipsi K L. Sed axis K L, in planū utriusq; parallelī orthogonaliter incidit: & reliqua igitur E H, cùm eisdem planis ad rectos concurrit angulos, per 3 propositionem eiudē undecimi. Rectus est itaq; angulus q; ad H, ipsius E F H trianguli: quod oportebat demōstrarē. Igitur ſi chordæ E H & H F ſcorſum per ſe ſe multiplicantur, & productorum ſimul compoſitorum quadrata radix extraſatur: ea tibi monſtrabit ipsius E F longitudinem, per 47 primi ipsius Euclidis. Hinc respondens arcus magni circuli, inter eadem loca comprehensus tandem innotescet. Sunt autem E H & H F, ex ſupradictis maniſtæ: in ijs quidem partibus, qualium ſemidiameter Aequatoris eſt 120. ¶ Supponamus exempli gratia, utrūq; locorum E & F, diſtare ab Aequatoris B D gradibus 15: longitudinalem porrò eorundem loco ſum differentiam eſſe 10 graduum. Compono itaq; B E unā cum B H latitudine, conſurgente 30 gradus: quorum ſubtenſa chorda E H, eſt partium 31, minutorū 3, & 30 ſecundorum: atq; ipsius chordæ quadratū, partii majorū 16, ſimplici uero partiū 4, minutorū 37, & 12 ſecundorum. Subtenſa porrò H F, offendit continuere 10 partes, minuta 6, & 9 ſecunda: eis autem quadratum 1 partem maiorem, 41 partes ſimplices, 3 minuta, & ſecunda 38. Hæc demū quadrata ſimul compoſita, efficiunt partes maiores 17, ſimplices autem partes 45, minuta 40, & 50 ſecunda: quorum radix quadrata reperitur eſſe partium 32, & 38 circiter minutorum. Tanta eſt E F reſta: cuius ſubtendens arcus, contineat 31 gradus, & 34 ſerè minuta.

Exemplum.

Definali arcuū, milliariorū, & leucarū inueniē.

Supradictorū exēp̄orū recollec̄io.



	Millaria.	Leu. galli.	Cōmunes.
Primo	390	195	130
Secundo	99	49 $\frac{1}{2}$	33
Tertio	210	105	70
Quarto	1894	947	63 $\frac{1}{3}$
			Quæ quidem

Quæ quidem omnia, per rectam lineam à dato loco in datum locum sunt accipienda; nō autem secundum uentorum communium accidentia diuerticula.

¶ De numero, situ, atq; ordine uentorum, ad Hydrographiae cognitionem:
potissimum spectantem,

Capit. VI.

VENTO RVM autē rationes atq; differētiae, aliter à Philosophis, & ueteribus nauicularijs: aliter ab Hydrographis, & recētioribus nautis, obseruantur. ^a Vēti nācū, iuxta Priscorū traditionē, duodenario tātū fure distributi numero, sunt enim 4 cæteris principaliores, ab ipsis 4 Mūdi cardinibus, oriente uidelicet, & occasu æquinoctiali, meridiæ, atq; septentrionis, directo flatus proueniētes: & duo cuilibet horū collaterales, pro maxima ortus & occasus solitiorū amplitudine in data regione, utrinq; distantes. Quorum nomina, & ipsius Mundi partes, à quibus flare dicuntur, succedens complectitur formula.

	Secundum	Latinos.	Grecos.	Secundum	Latinos.	Grecos.
Oriente	hemicālī	Vulturinus.	Eurus.	occiduo	Astro afer ^c .	Lito notus.
	æquinoctiali	Subfolanus.	Apelotes.	æuo	Auster.	Norus.
	æstiuo	Apelotes.	Cæcias, meſe.	Coriño	Euro auster.	Euro notus.
Occidente	hemialti	Africus.	Libs.	Septen-	occiduo	Circus.
	æquinoctiali	Fauonius.	Zephyrus.	trione	æuro.	Spirentrio.
	æstiuo	Corius.	Argefes, Syr ^b .	Coriño	Aquido.	Hyparctias.


^b Moderniores porrò Hydrographi, uniuersum Horizontis ambitū in 32 uentorum partiuuntur distributiones: in 4 solis cardinibus, cum ueteribus cōuenientes. Nam inter ipsos cardines, 4 rursum uentos principales, ab eisdem cardinibus æquè distantes constituant: sūntq; 8 numero, inter quos, medios collocaunt uentos, una cum prioribus efficiētes 16, hos tandem bisariam diuidunt: principaliorūq; uentorū quadrates appellant. ^c Denominātur autē huiuscmodi uentorū partitiones, in hunc modum. Cardinibus propria adscribuntur nomina, pro libera gentiū impositione, uel ratione locorum excogitata. Reliquorū porrò 4 principalium denominationes, ex proximis cardinaliū componuntur nominiūbus. Id quoq; de medijs uclim intelligas, respectu uicinorū principaliū. Quadratcs uero, partim à connexo principali, partim quoq; à uicinore, peculiare fortisuntur nomineflaturam. ^d In describēdis itaq; Chartis hydrographicis, singuli, p̄pris annotātur lineamētis, suisq; distinguuntur coloribus: atro quidē principales, mediantes uiridi, reliqui deniq; rubro. Cuilibet itē uentorū lineamēto, per circūpositas aliorū uentorū distinctiones, eiusdem nominis coloris, atq; potestatis paralleliproducuntur. Hinc fit, ut à cuiuslibet uenti distinctione, singulorum uentorum lineaentia cōueniant: faciantq; mirabilē quandam, navigationibus admodum utilē, contexturam.

HIC supponimus, te ex naturalis Philosophiae didicisse rudimentis, quonā modo, ex quāue materia uentij generūt: solam itaq; uentorum denominationē, numerū, sitū, atq; differētia, in eorum potissimum usum, qui diuersi Terra tractus per Mare nauigando disquirunt, hoc loco perstrinximus. Ventorum porrò discrimina, aliter à Philosophis, & ueteribus nautis, aliter autem à recētioribus traduntur Hydrographis. ^e a Philosophi namq; solas uentorum qualitates, & à quibus Mundi partibus, pro ratione solaris inclinationis, directo spirent flatu cōfiderantes, & hos imitantes prisci nauiculariū: duodenario uentorum fuerē contenti numero, eo quo litera sonat ordine, atq; nomenclatura distributo. Quæ ut clarius intelligas, reuocanda sunt in memoriam, quæ de 4 Cœli cardinibus frequenter expressimus. Meridianus itaq; circuitus, Horizonten in duobus punctis intersecando, uera septentrionis atq; meridiæ puncta denotat: is autē circuitus uericalis, qui reflos in Meridiano facit angulos, in utraq; sectiones Aequatoris cum eodem Horizonte coincidit, quæ orientis & occidentis æquinoctialis puncta uocantur. Ab his ergo 4 Cœli cardinibus, 4 spirent ueti principales. Cum uero æstiuo atq; brumale solstitium possidet, inter ipsum & eadem orientis atq; occidentis æquinoctialis puncta, arcus quidam ultro citroq; capitur Horizontis, diuersus quidem, pro data poli sublimitate: quē


Denumero, or
dine, atq; posi
tione uentorum
secundum vete
res nautas atq;
philosophos.

ORONTII FINEI DELPH.

ortū, ac̄c̄ occiduum uocamus ipsius Solis amplitudinem, aëstiuā quidem, uersus polū super Horizontem eleutatum, brumalē autē, ab Aequatore uersus polum tanquām infra de pressum. Apū eis itragantur à præfatis cardinibus utrīc̄ distantiib⁹, quanta est hæc maxima Solis amplitudo, cuiilibet 4 uentorū principaliū, diuos flare dicunt laterales. Quemadmodum subiecta, in clasiore singulorum elucidationē adiuncta, figura demonstrat.



4 principalium uentorū conficiuntur denominationes: & rursus ex binis proximè circumstantiis principaliū uentorū nominibus, intermediorū nomina cōponuntur, cardinaliū in primis expressa nomē clatura. Quadratibus uero, partim à coniuncto principali, partim autē à proximè vicino, iuncta unius quarti significatiōne, propria tandem imponuntur nomina. Vocāt igitur ipsi nautæ, potissimum Galli, orientalem uentum Est, meridionalem Su, occiduum Ouest, septentrionalem uero North. Hinc uentum inter ortū & septentrionem mediū, uocat Northeast: inter ortū & meridiū, Suest: inter meridiū & occasum, Suuest: inter deniq̄ occidentē & septentrionē, Northwest. Haud dissimiliter, intermediorū uentorū cōsiciuntur nomina: utpote, eū qui inter North & Northeast, appellat Northnortheast: & qui inter ipsum Est & Northeast, ita solē nuncupare, Estrnortheast. Et cōsequenter de reliquis intelligas. Quadrantū ergo intermediorū nomina, responderent in hūc fabricant modū, uerbi gratia, eius qui inter North, & Northnortheast, sic uocat, Nortung quart du Northeast: eū autē qui inter Northeast, & eundē Northnortheast, in hūc modū, Northest ung quart du North. Et respondēter ita decāteris: quēadmodū obiecta figura manifestat.




d ¶ d In cartis igitur hydrographicis, uentorū rationes hoc modo figurātur. Describitur in primis, cīre datum A centrū, occultus Horīzon B C D E pro libera futurā cartā magnitudine. Is postmodū in 4 diuiditū quadrātes: duabus uidelicet rectis BD & CE, inuicē orthogonis, atro quidē lineatis, 4 Mundi cardines (ā quibus spirat totidē uenti principales) b quidē septentrionem, c occasum, d meridiū, & e orientē, distinguētibus. Quilibet inde quadrans bifariā diuiditur: binaq̄ prioribus similes producuntur rectae, hoc est, atræ atq; inuicē orthogonæ, utpote, f & g, h & i, reliquos uentos principales indicantes. Quilibet rursus pars octaua bifariā discinditur, cōfurgunt totidē divisiones intermediae, 8 medios uteros represtantes: quæ suis lineamētis, in A cōtrō cōtentibus, sed iridē colore tinctis, uenit annotādā. Tandē quelibet Horīzōis pars decimasexta, bifariā quoq; distribuitur: & à qualibet divisione, per A centrū, in oppositum, rectæ linearē rubro coloratæ producuntur, quadrates uentorū principalium discernentes.

His ita paratis, cuilibet lineamēto, per quaslibet æquæ distâtes uentorū distributiones, eiusdem coloris, nominis, & officij, cōscribitur parallela; utpote, L M, F G, H K, & N O, ipsi B D, atq; L O, F K, V S G H &

Ventorū linea
menta, qualiter
in Cartis hy-
drographicis
describenda.

ORONTII FINEI D E L P H.

GH & MN ipsi C E ; & quæ inter has, per medias Horizontis cadit intersecciones . Id censito de productis ipsi F H & G K , atq; reliquis tam uentorū intermediorū, quam etiā quadrangū respondenter delineatis parallelis . Singula porrò lineamēta principalia, & in septentrionē directe tendēta, Lilio flore distinguitur, quæ aut ē oris equinoctialē respicit, signo Crucis, in aliorū directiōnēs annotari cōsueuerūt . Quādmodū ipsa succēdēs figura, princip. hū atq; intermedios uentorū lineamēta cōplete cens, aperte demōtrat : in qua uētos principales grossioribus, mediis aut ē subtilioribus lineamētis, ob desēcū celorū, annotauimus . Hinc uiderē poteris, eidē Horizonti circulo, inscripta atq; circumscrip̄ta quadrata, necnō trigona, & altera parte lōgora parallelogramma ; diuersas quoq; lineamentorū in variis orbe cedētes intersecciones, & mirabilē quādā, sed nauigantibus admōdū utilem, efficiētes contexturam . Quonā autē ingenio, intra hunc Horizontem Terra sit inscribēda : ex proximo dissec capite . Hodie nī tamē Hydrographi, diuidunt utrūq; dimicēt BD atq; CE in 180 partes inūscē aequales, & cūlibet 17 leucas & dimidium leuet tribuant ; hinc (facta leucarū sc̄la) diuersos Terræ traciūs, super uentorū lineamentis imponunt . Sed de his nūc esto satis : Ecce figuram .



Quiditer tandem oblate ciuiscumq; regionis uel partis habitabilis Orbis Chorographia, ex prædictis colligenda sit: quoniam item modo hemisphærica parallelorum atq; Meridianorū contextura, ad positionem locorum necessaria, in plano rationabiliter extendatur.

Caput VII.

EX S V P R A D I C T I S O M N I B V S colligere uel facile potes: qualiter datae ciuiuslibet regionis, aut partis habitabilis Orbis chorographia, per rectas aut curuas lineas designetur. ^a Producta nanc; linea meridiana, per medium datae regionis incidente, eaç; in gradus latitudinis pro ipsius regionis capacitatem distribuita: si bini transuersales agantur paralleli, eandem regionem includentes, cùm præfata meridiana orthogoni, & ab eisdem tot suscipiantur gradus, quanta est ipsius datae regionis longitudo, ultero citroç; datam lineam meridianam distributi, atç; pro distantiâ corûdem parallelorum ab Aequatore proportionati, absoluunturç; reliqua tam Meridianorum, quam intermediorum parallelorum linea menta, suis quidem ornata numeris: fiet tandem rectilinea quædam distributionis graduū, ad singulorū locorum assumptæ regionis descriptionē paratissima.


^b Quod si intra datum circulum, curuilenum æquilaterum (inuariato circino) descriperis triangulum, atç; unum eius latus quadranti Aequatoris, oppositum uero punctum alterutro polorum deputaueris, & in ipsum polum cōuenientes Meridianorum quadrantes, propriosç; circuileaueris parallelos, sese mutuo in 90 gradus intersecantes: resultabit corundem Meridianorum atç; parallelorum haud dissimilis cōtextura, quæ super globo contingit sphærico, & in qua describi poterit octaua pars ipsius habitabilis Orbis. ^c Tandem si iuinet integrū Orbē delineare, id duobus hemisphæricis, & similibus cirkolorū projectionibus absoluas oportet: nam unica figura plana totā habitabilem cōprehēdere, absç; difformitate, ipsiusue Telluris disproportionata magnitudine, est impossibile. Describēdus est itaq; Meridianus cirkulus, & binis dimetentibus in 4 quadrantes diuidēdus, quadrans rursum quilibet secundus in 90 partes inuicem æquales: horum porrò dimetentium alter Aequatorē, alter uero Meridianū in rectū axis Mundi coextēsum repræsentet, qui quidē dimetētes, in 180 partes inuicē proportionatas distribuātur: applicata ex alterutro ciuiuslibet dimetētis termino, in quēlibet gradū oppositi semicirculī regula. Circuileantur deinde paralleli, per respōdentia descriptorū Meridianorū puncta transēentes: tandem pingātur ipsi Meridiani cirkuli, per singulas Aequatoris sectiones, in utrūç; polū cōuenientes, quorū omniū centra, in præfatis dimetentibus directè prolōgatis, offendētur. His addere poteris Tropicos, & si uelis, polares cirkulos, unā cū cirkūnnotatis climatiū distinctionibus. Sed de his hactenus.

QVANQ; VAM hæc ultimi capituli litera, ciuius etiā quātuncq; rudī mathematico, sit per se manifesta: curabimus tamē, eandē nostro more reddere clariorē. ¶ ^a Sit itaq; propositum in exemplum, de pingere Galliam insigniorē nostræ melioris Europæ partē. Trahito primum Meridianam EF, in rectū axis Mundi coextēsam: quam diuidito in 10 partes adiuicem æquales (nam tot graduum est uniuersa Gallia latitudo) extendeç; per extremas ipsorum 10 graduum distinctiones, parallelas AB & CD, cum eadem EF orthogonas: quarum borealis AB distat ab Aequatore 52 gradibus, australis uero CD gradibus 42. Vni porrò 10 partiū ipsius EF, ducit seorsum æqualē GH: quā diuidito in 60 partes inuicē æquales, 60 minuta gradus magni eireuili repræsentates. Et quoniam ex primo huius libri capite didi scisti, unū gradui AB paralleli, respōdere 37 ferē minuta, ipsius uero paralleli CD, minuta ferē 45, qualibet unus magni cirkuli gradus est 60: accipito igitur ex GH, ad iustā aperturam circini, minuta 37, & in 8 similes & æquales partes diuidito parallelā AB ultero citroç; signū E, cōsurgent 16, quāta uidelicet totius Galliae perhibetur esse longiudo. Idē facito de parallelo CD: sumptis ex eadem GH, 45 minutis. Dueito postmodum per singulas diuisiones ipsius EF, subtiles tam inuicem, quam ipsis AB & CD parallelas: necnō proprios Meridianos ultero citroç; mediatā EF, iuxta præmissum

ORONTII FINEI DELPH.

præmissum graduum numerum distributos : quorum occidentalior AC distat ab occidente habito 14 gradibus, orientalior uero BD, gradibus 30. Circumscribito tandem, proprios gradus tam longitudinis quam latitudinis numeros. Quibus absolute sunt loca singula, uel saltem insigniora, pro ipsorum tum ab Aequatore, tum ab occidente habitato distantia : primum quidem urbes, oppida, castra, & pagi notabiliores, postea lacus & flumina, tandem montes pro montioria atque litora. Ut Lugdunum emporium super Rhodanum in puncto L, Lutetiam Parisiorum in puncto M supra Sequanam, Tholosam metropolim in N : quorum longitudines atque latitudines, ex præmissa longitudinum atque latitudinum deprehendentes tabula. Ide respoderter de ceteris locis intelligas ; tu ab ipso Ptolemaeo, tu ab alijs, aut teipso, uel à nobis obseruatis.


Septentrio .



Chorographia **T** b Apperamus cōsequenter, qualiter facienda sit Meridianoru[m] atque paralleloru[m] cōtextura, quæ **b** ex curvis lineis simili exstatat octauæ parti sphæricæ cōnexitatis. Sit igitur círculus liberæ quantitatis ABC : cu[m] circuferentia in tres partes æquas diuidatur, in iphis quidē signis A, B, C. Impositio deinde circini pede in signo A, extende reliquum in B, uel in C : & ducito arcu BC, Rursum inuariaio cir-

cincio

circino, & ceteris quidē B & C, describito reliquos arcus AB & AC; sitq; uerbi gratia, A Mundi polus arcticus, BC quadrans Aequatoris, AB uero & AC duorum Meridianorū quadrātes, cū ipso BC octauā sphaericā cōnexatis partē inēdentes. Diuidito postmodū arcum BC bifas- riā, in puncto D; trahitoq; rectā AD, quā diuidito in 90 partes aequales, uel in 18, & quālibet ualebit 5 gradus. Per quālibet insuper diuīsionē ipsius AD, circa centrum A, singulos cir- cūscribito parallelos, in AB & AC quadrantes terminatos. Diuidito rursus BC in 90, uel in 18 partes aequales: atq; unū ex parallelis, upote EF. Deinde à quālibet diuīsione quadranta- kis AB, per singulas diuīsiones ipsius EF parallelī, respondentes educito Meridianos, in Mundi polum A conuenientes: de quorum numero, erit AD recta. Circūscribito tādem, proprios lon- gitudinū, atq; latitudinū numeros: imponitoq; Tropici quadrante GH, atq; circuli Arcticī qua- drante IK, pro maxima ipsius Solis declinatione. Quibus absolutis, inscribes eā quā uolueris Orbis partem, pro singulorum locorū longitudine atq; latitudine: cīcūnotabisq; liberas clima- tum distinctiones, unā cum respondentibus maximarum dierum quantitatibus.




C Supereft tandem ostēdere, qualiter hemisphērica Meridianorū atq; parallelorū cōtextu- ra, in plano rationabiliter extēdatur. Figuretur itaq; cīrulus Meridianus ABCD, bīnis dime- tientibus AC & BD, in cētro B sese orthogonāliter dirimētibus, in 4 quadrantes, & quadrās quālibet in 90 gradus solito more distributus; sitq; BD recta dimidijs Aequator, AC uero Meridianus

Vthemisphēri-
ca parallelorū
atq; Meridiano
rim delineāda
fit cōtextura.

ORONTII FINEI DELPH.

Meridianus in rectum axis Mundi coextensus, & ipsa A & C puncta, Mundi poli. Applica deinde regulā ex polo A per singulos, uel quinos tantummodo gradus dimidiū cīculi BCD; & rotas singulas intersectiones eiusdem regulā in Aequatore BD. Haud dissimiliter applicata ex puncto B regula, per singulos, aut quinos gradus ipsius ADC semicirculi, diuidito rectā AC. Quibus absolute, circulineabis circa polos A & C geographicos parallelos, per singulas diuisiones ipsius AC Meridiani, in respondentes ABCD cīculi partitiones coincidentes: quorū centra non discedunt à rectā AC, qua proprieate in directū utrobiq; uenit extendenda. Lineabis cōsequenter Meridianos, per singulas Aequatoris BD distinctiones, in utrūq; polum A & C cōuenientes: producta in directū ex utrāq; parte rectā BD, in quas singulorū Meridianorū cētra uenient inuestigāda. Delineabis autē semper duos aut Meridianos aut parallelos, eadem apertura circini. Inscrībes tandem Tropicos, unā cū polaribus cīculis, & propriis longitudinē acq; latitudi numeris. His ita paratis, imponit quā uolueris ipsius Orbis medietatem, & simul exarato ueniorum lineamenta: nam hæc geographicā cīculorū contextura, hydrographiæ uidetur admodum commoda. Reliqua tuo submittimus ingenio discutienda.





SQVINTI ET VLTIMI

LIBRICO COSMOGRAPHIAE, SIVE MVN

DISPHAERAE AVTHORE ORON

TIO FINEO DELPHINATE,


REGIO MATHEMATICA

RVM PROFESSORE,

F I N I S.



Virescit Vulnera Virtus .





ORONTII
FINEI DELPHI
 NATIS, DE SOLARIBVS
 HOROLOGIIS, ET
 QVADRANTI-
 BVS, LIBRI
 IIII.
 ♀

SO LIBER PRIMVS, DE COMPOSITIONE, ET
 usu vulgarium, multiformiumq; horologiorū: quibus per filii,
 stylis, perpendiculi, alteriusue rei umbram horæ ipsæ digne-
 scuntur.


SO LIBER SECUNDVS, DE CAETERIS HOROLO-
 gij, tum annularibus & cylindricis, tum in circulo, atq; cir-
 culi quadrante descriptis: ex Solis cursu, aliisue fundamen-
 tis Astronomicis immediatè pendētibus. Vbi Hydraulicum
 describitur horologium, ab auctore recenter excogitatum.

SO LIBER TERTIVS, PLANISPHERIVM, SE V
 uulgatum Astrolabium in quadrantem uertere docet: eius-
 dem, uel æquè facilis cum eodem planispheario usus, atque
 commoditatis.

SO LIBER QVARTVS ET VLTIMVS, IPSIVS
 quadrantis generalis utilitatem, fructumq; multiplicem, si-
 gillatim aperteq; manifestat.

SO LVTETIAE PARISIORVM
 M. D. XXXI.
 ♀

Virescit uulnere virtus.



M O R E

T E M P O R A
S I L V A T I V

F

E V A Q U S I L V A T I V



ORONTII FINEI


DELPHINATIS, DE SOLARI-

BVS HOROLOGIIS, ET QVA*

DR ANTIBVS LIBRI I IIII.

SOLIBER PRIMVS DE COMPOSITIONE ET VSU
uulgarium, acque multiformium horologiorum; quibus per filii, stylis, per-
pendiculi, alteriususc rei umbram, horæ ipsæ dignoscuntur.

¶ De horologiorum ratione, atq; dignitate, Proloquium.



ELIQVVM TANDEM ESSE VI
detur, amice lector, ut multiformia totiesq; promis-
sa solarii horologiorum, quadratumue discrimina,
primum delineare, dein singulorū iucundā admodūdo
ceamus elicere cōmoditatē: ut ex illo totius Vniuersi
regulato ac indefesso motu, fructū aliquē primarium
decepamus. Quanti enim faciēdā sint ipsorum horo- Horologiorū
logiorū elaboratæ descriptio[n]es, neminem (nī pror- dignitas.
sus stupidum) ignorare putamus: cum uix aliquid

in rerū offendatur natura, quod suis horis & tēporū
non absoluatur interuallis. Quēadmodū innumeris diuerſisq; tū uerū, tum recē-
tiorū exēplis, sacrarū quoq; literarū testimonijs, præter cotidianā obſeruationē, cō-
firmare possemus. Verū cūm hæc sint ipsa luce clariora, ac per fēse cunctis (etia ru-
dissimis) manifesta: ampliori nō uidēn̄ indigere cōmēdatione. Rem itaq; dignā, ac
studiosis omnibus gratissimā me facturum sperauī, si aliorū inuicta diligēter emēda-
rem, & que à nobis sunt excogitata, respōdēter ostenderē. In quo quidē officij ge-
nere, quantū insudādo laborauerimus: ijs q recto sunt corde relinquimus dijudicā-
dum. Sed ne te importuna uerborū prolixitate detineamus, quin potius rem ip-
sam fausto aggrediamur sydere: reuocāda sunt in memoriam, que de circulis horarū
diſtictoribus, capite 9, lib. lccūdī nostra Cosmograph. tradidimus. Vniuersam nāq;
solarii horologiorū rationē, à prædictorū circulorū, pro diuersa poli sublimitate, in
obiecta plana abstractiū coimpressa reflectione, uel intersectione pēdēre, fecimus
ibidē manifestū: & simul exp̄ressim⁹, quānā horizōntalia, aut verticalia, lateralia
uic, atq; pēdula, scū inclinata uocētur horologia, et reliqua ciuſemodi discrimina, tū
fabrīca, tū uolum eorū horologiorū haud parū facilitatia. Verū tamē solarii ho-
logij cōſtitutio, intra circuli quadratē ut plurimū designabat: que rāto inoleuit uſu,
ut quācūq; solariū horologiorū fuerūt excogitatae circinatio[n]es, quadratē ab ip-
sis uulgaribus indifferēter appellētur. Primum itaq; simpliciores horologiorū rati-
ones apriemus: quibus addimus annularia, unā cum hydrau'ico, à nobis recenter
excogitata. Dein generalia, hoc est, omnibus regionib; accōmoda, uisu quidē ac uisu
iucundissima describemus horologia: unā cum quadratib; nō modō ipsiſi horis,
sed & astronomiis, atq; geometricis obiectamētis deferuentib;. Vandem uulga-
rum Astrolabiū, sive planisphærū Ptolemæi, in quadrantē cōuertemus: que tali fa-
bricabimus industria, atq; linearū artificio, ut ex ipso singula ab illo primo & uni-
versali motu pendentia, liceat uel facile colligere.

PROPOSITIO

¶ Prototypum ad electam poli sublimitatem in primis describere: quo tam horizōntalia, quānā
verticalia, atq; pendula, uel inclinata, necnon lateralia fabricantur horologia.

X 2

Cap. 9. libri 2.
Cosmogra-
phie, consulē-
dum.

Vnde horolo-
gia quadrantes
uocentur.

Ordo traſan-
dorum.

PRIMA.

Igitur

ORONTII FINEI DELPH.

IGTVR SVPER OBLATO PLANO, ET CIRCA DATVM IN
eo centru A,circulus describatur B C D E ,binisq; diametris BD & CE,in codē
cētro A sepe ad rectos dirimētibus angulos,in 4 quadrātes solito more dividat,
Horū porrō quadrantū,dexter & superior BC, in 90 ptes adiuicē aequales distri-
buatur:primo quidē in tres,postea quælibet in 6,tandē quælibet in 5. Sūpta post-
modū libera poli borealis sublimitate,sic regionis latitudine,ad quā uidelicet in-
uat horologia fabricare : ea supponit in quadrāte BC, à signo quidē B uersus C. Finis
autē suppurationis obsignetur notula F: et à centro A ad datū signū F,recta pduca
linea A F. Dato insup arcu BF,aequalis eidē cōstituatur in quadrāte BE,sicq; B G:&
à signo F ad signū G,recta ducat linea FG. Hac enī à semidiometro AB,bisariā di-
uidetur,in signo quidē H:quapropter & ad rectos angulos,p 3 tertij elemētorū Eu-
clidis.Erit itaq; recta linea FH,perpendicularis sup A E:& triāgulū AFH rectāgulū.


Propria elati-
tio poli suppu-
tanda.

Descriptiarum
partium cluci-
datio.

Triāguli prio-
ri similes & ex-
quals,una cū
Aequatore cir-
culo designa-
tio.

Ergo circulus B C D E Meridianū,& BC quadrātē eius septētrionalē,A uero cē-
trū Mūdi repræsentabit:recta porrō BD Horizōtē,& CE uerticalē circulū cū ipso
Meridianō ad rectos angulos incidentē.Triāguli autē AFH,perpendicularis FH,erit
sinus rectus sūptā polaris altitudinis BF:basis uero AH,sinus rectus cōplemēti eius-
dē elevationis polaris,utpote,ipsius arcus FC (qui idē sēper est,cū ipsius Aequatoris
elevatione) est enī basis AH,aequalis ei quæ ducere à signo F,sup AC perpendicularis
p 34 primi eorundē elemētorū. Subtena deniq; AF,axē Mūdi,atq; signū F ipsius
Mūdi polū repræsentabit: cuius umbra horas ipsas,in ijs potissimū indicabit horolo-
gij,quæ ipsius triāguli AFH cōstrūetur admīniculo. His ita præparatis,data re-
cta linea FH,aqualis eidē cōstituāt in semidiometro AC,sicq; illa AI:& à signo H ad
signū L,recta linea ducat HL,dirimēt recta AF in signo K. Erit igitur triāgulū AHL,
aquare atq; simile triāgulo AFH:quæadmodū ex 4 primi ipsius Euclidis fit manife-
stū.Deduca cōsequēter,officio gnomonis,ex signo F,in rectā HI,ppendicularis FL:
diuidaturq; recta AK bisariā,in signo qdē M,et cētro L,intervallō autē AM,uel MK,
circulus describat NO. Hic nāq; circulus,vices geret Aequatoris horarij,ad pēdē-
tiū,atq; lateralū quorundā horologiorū,p hociplu instrumētū fabricādorū necessa-
rij.

Descriptio
Prototypi gene-
ralis fabrican-
dorum horolo-
giorū,ad Pa-
risiensem lati-
tudinē,seu poli
borealis eleva-
tionem 48 gra-
diuum,anteriorū
exemplū si-
gurata.



Quod si dia-
metru NO,cū ip-
sa HI,pduixeris
orthogonalē,e-
rit idē circulus i
quatuor quadrā-
tes exactē distri-
butus:cū insqui-
dē circuli semi-
diameter,erigē-
di ex cētro eius-
dē Aequatoris
perpendiculi,ip-
sari quidē hora-
rū indicis,logi-
tudinē ostender.
Supsum autē
in exemplū descri-
ptionis huiuscē
horarij prototypi,
latitudinē

Latitudo Parisiensis.

Latitudinem, seu poli borealis exaltationem 48 graduum : qualis ferè Parisiensis esse perhibetur. Ncque aliter, data quavis alia poli sublimitate, uenit operandum. Huius deniqz protyphi fructum, ex sequentibus expectabis propositionibus.

PROPOSITIONS

SECUNDARIA

Horologium horizontale hoc est super plana Hori^zontis superficie constitendum, ad liberam poli borealis elevationem, aminicula precedentiis instrumenti, seu protypi, fabricare.

- P**RAEPARATO ITAQVE DESCRIBENDORVM HOROLO
gorum prout, iuxta doctrinam antecedentis primae propositionis: planum ali-
quod quadrangulum, alteriusque figurae suscipitur: per cuius mediā longitudi-
nē, recta linea A B in primis educatur: sicut (objicito ante oculos planum) Ad eorum, Linea meridia-
na.
B uero fursum: hec enim linea, futuri horologij meridiana dicetur. Postmodum, ex
A F H praeparato triangulo, sumatur officio circini, recta sine basis A H longitudo: cui
æqualis traducatur in A B, à signo quidem A uersus B, sicut illa A C. Et cetero C, inter-
vallo autem C A, circulus describatur A D E F: hic nomen circulus, Horizontis fungetur of-
ficio, per eius itaque centrū C, dimetens protrahatur D F, cum eadem A B orthogonalis: re-
præsentabit enim insigniorē uericalē circulum, & utriusque horæ sextæ deputabitur, la-
Circulus hori-
zonis.
2 uia quidem pars C D antemeridianæ, pomeridianæ autem reliqua C F. Ex praefato rur-
sum triangulo A F H, accipito dimidiā ipsius A F subtensæ, utpote, A K aut K F: cui (ad-
miniculum circini) æqualē obsignato in E B, ab ipso quidem signo E uersus B, sicut illa
E G. Et cetero rursum G, intervallo autem G E, describe circulum B H E I: per cuius cen-
trum G, producito dimicente H I, priorē B E ad rectos dimicentes angulos. Nā hu-
iusmodi circulus B H E I, horariū imitabitur Aequatorē: ex quo reliqua deducetur
horarū distinctiones. Diuide igitur Ieuū & inferiorē quadrante E H, eiusdem circu-
li B H E I, in 6 partes adiuuicæ æquales, primò in duas, deinde quālibet in tres, aut è eo
tra: repræsentabunt enim 6 horarū intercedentes, qualiter torus Aequator circulus est
24. Per datū insuper cōtingentia signū E, recta linea E K in transuersū producatur,
cum ipsa A B orthogonalis, & utriusque D F & H I parallelis, finistrorūm tieribus K quātum=

3 libet extensa. Ex dato cōsequitur Aequatoris cetero G, per ipsius quadratū E H si-
gulas diuisiones, in praefata cōtingentia linea E K, rectas admodumq; subtiles lineolas
producantur, G K, G L, G M, G N, & G O: eandē linea E K in signis K, L, M, N, O præci-
fè cōtrangentes. Itē ex cetero C, horizontis A D E F, ad singulas diuisiones ipsius E K, hoc
est, ad signa K, L, M, N, O, rectas & apparates lineas protrahatur: cōrrespondentiam
circuli A D E F, nulq; (si uolueris) egrediētes. Quoniam eiusmodi linea, horarios imi-
tates circulos, quadratū D E in sex inæqualia distribuit interualla: sex æquales ho-
ras antemeridianas, à septima quidem usq; ad duodecimā inclusuè repræsentantia. Po-
teris & eadem uia, dimidiā horas cōsignare, diuidendo bisaria quālibet sextā partē ip-
sius quadratū E H, & rursum ex utroq; cetero similes prioribus emittendō lineolas. Scd
ipsas dimidiā horas breuioribus lineolis, solisue punctorū distinctionibus, cōuenit
4 annotare. Quod si diuisiones ipsius quadratū D E, in quadrante E F sigillatim tra-
dukeris, eo quidem ordine uersus F, qui ab E signo uersus D seruat, & ad quamlibet
ipsarū diuisionū, ex eodem cetero C, rectas itidē copulaueris lineas: sex pomeridianas
horas, à prima scilicet usq; ad sextā, respōdetur obtinebis. Reliquas autem horas, scx-
tam antemeridianā præcedentes, sextamque subsequentes pomeridianā, solo ad minicu-
lo circini, uel facile designabis: si eadem horarū interualla, ultero citroq; D et F signa, suo
traduxeris ordine, & rectas ex cetero C, pductis lineolis prioribus cōiunixeris, aut (si
uelis) protractas uersus E lineolas, in aduersū, per idē ceterū cōiunueris. Interualla
nāq; sextæ atq; septi. horæ, tā ante, q; post meridiē, adiuuicæ æquantes: quarat item
& octauæ, et ita de reliq; horarū interuallis, æqualiter à linea meridiana distatibus.

De horarū subdivisione.

De interualla
rum horariorū
respondentia.


ORONTII FINEI DELPH.

Quot horæ in
tuncmodi ho-
rologiis inscri-
bendæ.

Nō expedit tam cōpletā 24 horarū delineare revolutionē: sed eū tantūmodò 5
horarum numerum, qui maximæ diei artificialis in data regione uidetur integrare
quantitatē (quam ex nostræ Cosmographiæ libri quarti, secundo perdisces capite)
Quemadmodum ex ipsa potes elicere figura, ad præassumptā latitudinē Parisien-
sem, in exemplū fabricata: ubi dies maxima, cōtingit horarū sei è 16, hinc prædicta
rum horarū ordinē, à quarta initiauimus matutina, & in octauā terminauimus po-
meridianam. Reliqua autē ad decorā horarū inscriptionē, instrumentiue gratiā 6
spectantia: pro ipsius fabricatiæ industria relinquimus absoluēda. His ita cōstru-
ctis, ex tenui quapiā ac solida materia, triāgulū fabricetur C E P, ipsi A F H triangu-
lo simile, atq; prorsus æquale: quod super plana ipsius horologij superficie in hunc
modū eriga: ur, ut basis A H in rectū ipsius C E adamussim cōueniat, et recta F H, uel
E P, non discedat à perpendiculo. Quod si portatile feceris horologij, poteris ipsum
triangulū tali industria collocare: ut cūm uolueris facile deprimatur, & ad rectos,
cūm fuerit opera preciū, excitetur angulos. Sunt qui loco trianguli, filū, aut uirgu-
lam ferream, uel æneam, aut eiusmodi, ad modū quidē subtile, in locum subtensæ
A F, ex centro C producent: & per ipsum triangulū, instar axis Mūdi coextēden-
do ita iustificant, ut alterutrius umbra horæ ipsæ indifferenter agnoscantur.

De triangulo
uel axe mundi
horarum indi-
ce.

Horologij
horizonta-
lis figura,
ad Parisi-
sem descri-
pta latitudi-
nē, ubi pos-
lus arctius
extollitur
48 gradi-
bus.



Definitio eiusdem **S** ABSOLVTO Igitur HOROLOGIO, SUPER ELECTO ET 7.
horizontalis
ad libellam præparato plano, lineam inuenias meridianam, iuxta doctrinam sexti
capitis libri secundi Cosmographiæ nostræ: super quam lineam meridianam,
collocabis

collocabis rectissimè lineam AE eiusdem horologij, omnibus extra quadrangulum AD E F adamussim resecatis. In expeditiorem tamē eiusdem horologiorum usum, maximè portatiliū, inuenta est illa semper admiranda Magnetis cōmoditas. Solet itaq; acus Magnetē fricata, prædictis horologij imponi: quod si facere uolueris, candem acum inter signum A atq; centrum C, commodius, quam alibi collocabis. In qua quidem re, haud modica laborandum est diligētia, ne acus ipsa à meridiana linea plus æquod diuertatur: iniusta enim ipsius acus declinatio, in maximum tādē nos duceret errorē. Imposita igitur (ut solet) acu, & suis tādē partibus ornata: ponatur rursus horologium super inuenitā lineam merid. anā, eo modo quo nūc ex spressissimus, notetur itaq; cōtingens eiusdem acus ab AE linea declinatio.

Cantela pro
uso Magnetis
summe norans
da.

Tātundē enim diuertēda erit ipsius acus directoria, subscripta itaq; formula, atq; sub hoc situ figenda: hac enīm obseruata cautūcula, uerā rationē horarum ex ipso deprehendes horologio, quoties luente Sole candem acū in rectum ipsius formulæ collocaueris.

P R O P O S I T I O

T E R T I A .

¶ Horologij uerticale, australi uersus perpēdiculariter erigendū, ad libetā quāvis regionū latitudinē, seu poli borealis exaltationem: coadiuūtate protypo, uel instrumento, iuxta primā propositionē descripto, consequenter depingere.

- I** VERTICALIA N V N C V P A M V S H O R O L O G I A : Q V AE D E
scribuntur in plano ad Australi perpēdiculariter erecto, atq; unā cum cius circuli uerticalis superficie cōstituto, qui rectosum Meridianos acit angulos. Hac autem horologia dimidium tantū recipere circulū, nullamq; ante sextam matutinā, aut post sextam uespertinā admittere horarū distributionē: ex precallegato capite nono, secūdi libri nostræ Cosmographiæ, relinquitur uel facile manifestum, ibidē nāq; mōstrauimus, Selem ante sextam matutinā, aut post sextā horam uespertinā (etiam quātacunq; fucrit ipsius diei artificialis quātitas) ciusmodi horologiorū uerticaliū nusquam irradiare superficiē. Fabricetur itaq; prīmū protypū instrumentū, sive directoriū, unā cum AFH triāgulo: ad eā quidē poli borealis sublimitatē, ad quam ipsum uerticale depingere uis horologij: iuxta doctrinā pri mæ propositionis. Quo facto, disponatur planū aliquod huic negotio cōmodū, ad meridianā Cœli partē, uel īā creſtū, uel demū erigendū ad perpendiculū: per cuius plani medianā longitudinē, recta linea perpēdicularis protrahatur AB, sitq; A terminus sursum, B uero deorsū, hac enīm linea (ueluti supra) meridianā futuri designabit horologij. Per datū insuper signū A, trāuersalis excitetur CD, cū ipsa quidē AB orthogona, nā h̄c linea CD, uices supplebit Horizontis, & utriq; horæ sextæ, tam ante, q; etiā post meridiē accōmodabitur: eritq; signū A, centrū horologij fabricādī, ipsius Mūdi cētrū representāt. Sūpta postmodu F H perpēdiculari, triāguli A F H per primā propositionē descripti: eidē cōstituantur æqualis in AE, à signo quidē A uersus B, sitq; illa AE. Et cētro A, interallo autē AE, dimidius figuretur circulus C E D: cuius dimetiēs erit recta CD, hic nanq; semicirculus C E D, dimidii & sub Horizonte depreſlū uerticalē circulū repräsentabit. Ex eodē rursus triāgalo A F H sumpta dimidia ipsius AE, hoc est, AK aut KF: eidē æqualis (officio circini) traducatur in EB, ab E quidē signo uersus B, utpote EF. Et cētro F, interallo autē FE, circulus describatur BG EH: horariū (uelut antea) repräsentāt Aequatorē. Is autē circulus BG EH, producto dimetiēte GH, cū ipso BE orthogonalis, in 4 quadrantes diuidatur: quorū laius & superior GE, subdistribuatur in 6 partes æquales, 6 aqua liū horarū interualla (qualiū totus circulus est 24) solito more distinguētis. Per datum cōsequēter signū E, cōtangens & trāuersalis agatur linea EI, rectos cū AB faciens angulos, & utriq; CD atq; GH parallela, laeuorsū uersus I signū liberè prolōgata.

Quānam ver-
ticalia dicantur
horologia

Horologia ver-
ticalia, 12 tātū
horis deseruntur

Linea meridia-

Linea horizo-
talis ueriusq;
horæ sextæ.

Verticalis semi-
circulus.

Aequator ho-
rarium.

Linea contri-
genita.

ORONTII FINEI DELPH.

Horarum descriptio.
gnatio.

His ita paratis, ducantur ab ipsius Aequatoris centro F, per singulas diuisiones 4 quadrantis EG, rectæ & admodum subtilem lineæ FI, FK, FL, FM, & FN: in eandem contingentia lineam EI signatam incidentes. Et rursus ex centro A, in quælibet signa ipsius EI, utpote I, K, L, M, N, horariæ & apparentiores producuntur lineæ, quadrantem CE in 6 ante meridianarum horarum distinguentes intervala: eis quippe similia atque respondentia, quæ ab horariorum circulorum eum ipso uerticali caufantur interfectione. Quæ quidem horarum differimur, cum ultra citroque Meridianum circulum efficiatur æqualia: si singulas diuisiones quadrantis EC, in quadrantem ED suo traduxeris ordine, suisque distincteris lineolis: cōflabis totidem horas pomeridianas. Sexta igitur antemeridiana, initiauitur ex parte AC, dimetiens 5 Indicis horarum constitutio.

Desituando ho-
rologio uerti-
ticali





Figura uer-
ticalis ho-
rologij, ad
Parisiensem
latitudinem,
præsumum
primum po-
li borealis
elevationem
descripta.

Vtrumq; prædictorum horologiorum, absq; prævio instrumento, aliter quam
præcedentes edocuerint propositiones, delineare.

A L I V M P R A E T E R E A O F F E N D I M V S D E L I N E A N D I M O =
dum: quo tam horizontalia, quām etiam uerticalia circinari facile possunt
horologia, etiam absque protypo, seu praevio directionis instrumento.
Describatur itaq; p̄imū super dato aut horizontali, aut uerticali plano, & cir-
ca datum in eo centrum A, círculus horarius, uel æquator B C D E: quem duo-
bus dimetentibus B D & C E, in A centro ad rectos sese dirimentibus angulos,
in 4 diuide quadrantes, quorum dimetiētum, C E in rectum ipsius collocetur Me-
ridiani: utpote, quoniam duodecimam representabit horam. Diuidito postmodum Generalis utri-
quadrantem B C, in 90 partes adiuicem æquales: C D uero quadrantem, in 6. Et usq; horologij
per datum signum C, ducito contingentia lineam C F, ipsi B D parallelam, atq; una
cum C E rectos efficientem angulos, ultro citroq; signum C quantumlibet exten-
sam. Supputa consequenter in quadrante B C, à signo quidē B uersus C, datæ re- Qualiter utri-
gionis polarem altitudinem, pro horizontalibus quidem horologij: pro uertica- usq; horologij
libus autem, ipsius polaris altitudinis complementum. et per supputationis termi- cenerum, semi-
num, protrahito ex A centro rectam & occultam lineolam A F, in datam contan- diametriæ re-
gentem C F, ad signum F incidentem. Data igitur A F recta, constitue illi æqualem periatur.
in meridiana C E, à signo quidem C uersus E, sitq; illa C G: erit enim G signum, cē-
trum, recta autem C G, dimetens ipsius horologij. Per datū ergo signum G, tra-
hitoparallelam H I: hæc enim, de more, initium horæ sextæ matutinæ, atq; finem
horæ sextæ uespertinæ demōstrabit. Reliquas tandem horarū lineas ita describes.



Horologij uer-
ticalis exēplū,
ad latitudinem
seu poli borea-
lis exaltationē
48 graduum.

Descriptio horizontalis horologij, ad eamdem elevacionem poli arctici 48 graduum, qualis est ferè Parisiensis latitudo.

X 5 Ex centro

Linearū horā
rūm designa
tio.

Ex cōtro A, per singulas diuisiones ipsius quadratis C D, occultas ducito linea-
; las, transuersalem C F in signis K, L, M, N, O, contangentes. Et rursum ex centro G,
ad eadem signa K, L, M, N, O, rectas & apparentes trahito lineas: nam eiusemodi
lineæ, una cum meridiana C G, & utriusq; horæ sextæ H I, sex pomeridianarū ho-
rārum distinguent interualla. Quorum adminiculō, reliquarum horarum distin-
ctiones, pro respondentia singularum, haud aliter annotabis: quām praecedentibus

De horarum su-
praponido in-
dice, sive trian-
gulo.

admonuimus propositionib; Supraponito tandem eonuenientem horarum in-
dices: utpote, triangulum C GP, aut virgulam GP, instar axis Mundi constitu-
tam. Recta enim A C, hoc est, semidiameeter horologij verticalis, indicat quantum
in horizontali cleuari debeat ipsius trianguli perpendicularis: & ipsius horizonta-
lis semidiameeter, sive recta A C, quantum uersa uice prominere debet ipsa perpendi-
cularis in verticalibus horologij. Quemadmodum antecedens prædictorum horo-
logiorum uidetur indicare formula: ad prius sumptam poli sublimitatem, Par-
siflēm latitudinem constructa. Cætera autem omnia, iuxta præcedentium pro-
positionum traditionem, uenient responderet absoluenda,

PROPOSITIO

QVINTA.

Arcus horarios tam in Horizonte, quām in verticali circulo, ad liberam quamvis regionum latitudi-
nem supputare: utrumq; prædictorum horologiorum, numerorū adminiculō, resolenter cōponere.

Arcus horarij.

DE A R C U B V S I N T E L L I G I M V S Q V O S H O R A R I I V I D E N T I
tur efficere circuli, ad utrumq; planum, horizontale scilicet atq; verticale, pro-
diuersa poli sublimitate, uariam habentes inclinationem: de quibus capite
nono, secundi libri Cosmographiae nostræ. In primis itaq; illud uenit summè nota-
dum: in eiusemodi scilicet horologij, unicum tantummodo quadrantem sole sup-
putandum, & reliquis suo distribuendum ordine, pro ipsarum horarum obseruata
respondentia: quemadmodum ex prædictis potes haud difficile colligere. Arcum 2
igitur Horizontis, inter Meridianum & datum quemuis horarum circulum com-

Arcuum hora-
rūm in Ho-
rizonte contin-
gentium sup-
putatio nume-
ralis.

Exemplum.

prehensem, ita deprehendes. Due sinum complementi data polaris altitudinis, in
sinum distantia horarij circuli à Meridiano circulo, & producuntur diuide per sinum
totum: & inde generati sinus arcum accipito, quem primum (differentiæ gratia)
nuncupato. Ducito postmodum sinum complementi ipsius distantia à Meridiano,
in sinum totum, productumq; diuide oper sinum complementi eiusdem arcus primo
reperti: & prouenientis inde sinus, respondentem colligitur arcum. Nam ipsius ar-
cus complementum, desideratum Horizontis indicabit interuallū. Esto in gratiâ
exempli, propositum inuestigare areum horizontalem horæ decimali antemeridia-
næ, aut secundæ post meridiem, ad elevationem poli arctici 48 graduum. Compre-
hensionem itaq; ipsius polaris altitudinis, est 42 graduum: cuius uero sinus, partium
40, primorum minutorum 8, & 52 secundorum. Distantia porro à Meridiano cir-
culo, est duarum horarum, &
ideo graduum 30: quorum si-
nus, graduum 30, minuta 0, &
secunda itidem 0. Due itaq; 40,
8, 52, in 30, 0, 0, & productum
diuide per 60 partes: fient tā-
dem partes 20, minuta 4, & se-
cunda 26. quorum arcus gra-
duum 19, & 33 minutorum: quē

Formula calculi arcus Horizontalis.	Arcus.	Sinus recti.
	Gra. [Mu.]	pres. mi. / te.
Altitude poli arctici data.	48° 0'	1 1 1
Complementum eiusdem altitudinis.	42° 0'	40° 8' 52
Distantia à Meridiano.	30° 0'	30° 0' 0
Arcus primo repertus.	19° 33'	20° 4' 26
Complementum distantia à Meridiano.	60° 0'	51° 57' 41
Complementum arcus inuenit.	70° 27'	56° 32' 27
Arcus prodicetus	66° 47'	55° 8' 25
• Arcus Horizontalis desideratus.	23° 13'	1 1 1

prius

prius invenitum appellabis. Huius porro areus complementum, est gradum 70, & 27 minutorum: eius autem sinus, partium 56, minutorum 32, & secundorum 27. Complementum præterea sumpta distantia à Meridiano, est graduum 60: & sinus eiusdem rectus, partium 51, minutorum 57, & 41 secundorum. Duc igitur tandem 51, 57, 41, in 60, & productum diuide per 56, 32, 27: colliges enim partes 55, minuta 8, & secunda 25. quorum arcus, graduum 66, & minutorum 47: & ipsius areus complementum, graduum 23, & 13 præterea minutorum. Tantus est arcus Horizontis desideratus.

3. **S**ECVM AVTEM uolueris arcum horariorum circuli verticalis, inter Meridianum & datum quemlibet horariorum circumlocum interceptum, dinumerare: id altero duorum modorum poteris absoluere. In primis, supputato arcu horizontali, loco verticalis, ad ipsius datæ polaris altitudinis complementum. Nam in regionibus quarum polares elevationes simul iunctæ conficiunt 90 gradus, horizontali unius horologium est alterius verticalis, & econtra: ueluti præallegato capite nono, secundi libri Cosmographiae nostra præmisimus. Vt pote, si uelles arcu verticali horæ secundæ, ad latitudinem 48 graduum, posses in locum eius supputare horizontalem, ad 42 gradus: et è diuerso, si cupias arcum horizontali ad eisdem gradus 48: propterea quod 48 & 42, constituant 90. haud aliter iudicato de ceteris. Est & peculiaris supputandi ratio, in hunc qui sequi ut modum absoluenda. Ducito sinum datæ polaris altitudinis, in sinum oblatæ distantia à Meridiano, & productum diuidito rursum per sinum totum: obserua: oq; reliqua, uelut in antecedenti canonone docuimus.

Arcus horæ
rius verticalis
qualiter suppu-
terur.

Norandum.

Canon pro-
prius supputan-
dorum arcuū
verticalium.

Exemplum.

Quæ ut clarius intelligas, repetamus in exemplum datam poli arctici sublimitatem, graduum 48: ad quam sit propositum inuestigare, arcum verticali horæ decimæ antemeridianæ, uel horæ secundæ post meridiem, quantum uidelicet horarius circulus inicium decimæ, aut finem secundæ determinans, distet à Meridiano circulo. Ducito igitur sinum 48 graduum, ut pote, partes 44, minuta 35, & 19 secunda, in partes 30, mi. 0, & secun. 0, sinum uidelicet oblatæ distantia à Meridiano, & productum diuide per 60: sicut partes 22, mi. 17, & 39 secun. quorū arcus offendit 21 gra. & 49 minuta: quæ quidē arcuū, primū appellabis. Cuius arcus complementū, est graduum 68, & minutorū 11: eius uero sinus, partii 55, minutorū 42, & 9 secundorum. Sinus rursum cōplimenti oblatæ distantia à Meridiano circulo, habet partes 51, minuta 57, & 41 secunda. Si duxeris ergo tandem 51, 57, 41, in 60,

¶ Formula calculi arcus verticalis.	Arcus.	Sinus rect.	¶ productum diuiseris per 55,
¶ Altimido poli arctici data.	Gra. Mi.	ptes mi. se.	42, 9: prouenient 55 partes, 58
¶ Distantia à Meridiano.	48 0	43 35 19	mi. & 13 cireiter secun. Quorū
¶ Arcus erit primus.	39 0	30 0 0	arcus offendit graduum 68, &
Complementū hinc à Meridiano.	60 0	51 57 41	53 minutorum: & ipsius areus
Complementum arcus inueni.	68 11	55 42 9	complementum, habet gradus
Arcus tandem generatur.	68 53	55 58 13	21, & 7 minuta. Tantus est ar-
¶ Arcus verticalis desideratus.	21 7		cus verticalis quæ situs.

4. **S**IN HVNC ergomodū, succedentē ordinavimus tabulam, à 35 gradu, usq; ad 55 cleuationis ipsius poli arctici, tam horizontibus quam etiam verticalibus deseruientे horologij. Ad læuā itaq; tabulae regionē, geminū polariū numerorū locauimus ordinē: quorū primus & sinistri horizontibus, dexter uero siue secundus ueritatis deputatus horologij. Horarū autē numeri, ad ipsius tabulae verticē ordinati, singulis ad læuam notatis poli borealis exaltationibus accōmodantur. In area li porro angulo, uel utriusq; cōcursu, singuli distribuūtur arcus horarij, à linea meridianae describendorū horologiorū ultero citroq; supputandi. Cætera peruvia sunt.

Succedentis ar-
cum horario-
rum tabula de-
claratio.

TABVL A.

ORONTI FINEI DELPH.


S^oTABVLA ARCVVM HORARIORVM, TAM IN S^o

Hori^zonti, quin uericali circulo, at ipsi horarijs circulis distinctorum: ad
subscriptas poli articuli elevationes, fideliter suppedita.

Plano	Elevatio	I.	Ho-	2.	re-	3.	post	4.	me-	5.	ridi-	6.	em.	
poli pro	poli puer	I.	Ho-	IO.	re-	9.	post	8.	me-	7.	ridi-	6.	em.	
horizōn-	ticalibus	II.	Ho-	IO.	re-	9.	ante	8.	me-	7.	ridi-	6.	em.	
Grā	[Gra]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]	G. [M.]		
35	55	8 43	18 18	29 49	44 49	64 58	90 0							
35	54	8 57	18 40	30 26	45 30	65 29	90 0							
37	53	9 10	19 9	31 2	46 11	66 0	90 0							
38	52	9 22	19 34	31 37	46 50	69 29	90 0							
39	51	9 33	19 58	32 11	47 26	66 55	90 0							
40	50	9 45	20 21	32 44	48 4	67 21	90 0							
41	49	9 57	20 44	33 16	48 39	67 47	90 0							
42	48	10 10	21 7	33 46	49 12	68 11	90 0							
43	47	10 22	21 29	34 18	49 44	68 33	90 0							
44	46	10 32	21 51	34 47	50 16	68 54	90 0							
45	45	10 43	22 12	35 17	50 46	69 15	90 0							
46	44	11 54	22 33	35 44	51 15	69 35	90 0							
47	43	11 5	22 53	36 11	51 42	69 53	90 0							
48	42	11 17	23 13	36 37	52 9	70 11	90 0							
49	41	11 25	23 33	37 3	52 35	70 28	90 0							
50	40	11 35	23 52	37 28	53 0	70 43	90 0							
51	39	11 45	24 9	37 52	53 24	70 59	90 0							
52	38	11 55	24 27	38 15	53 46	71 13	90 0							
53	37	12 5	24 43	38 37	54 8	71 28	90 0							
54	36	12 13	25 2	38 58	54 29	71 41	90 0							
55	35	12 22	25 18	39 19	54 49	71 54	90 0							

Qualiter admi-
niculo nume-
rum,urueq-
tam horizon-
tale quin uer-
ticalē descripta-
tur horologiū.

S^oSVPPVTATIS Igitur, AD TVAE REGIONIS LATITV^s 5
dinem, horizontalibus atq; uericalibus horarū intervallis, & iuuet alterutrum ho-
rologiorum, utpote, horizōtale aut ipsum uerticale, eorundē numerorū admīniculo
delineare: facito in hūc modū. Super dato & portatili plāno, & circa signatū in eo
centrum A, describe circuli quadrantem AB C: cuius semidiameter AB, lineam me-
ridianam, A C uero lineam horae sextæ repreſentet. Diuide pos modū arcum BC
in 90 partes adūnicem æquales: iunctis de more numeris, à signo B uersus C, libe-
ra successione distributis. Intra consequenter antecedentem tabulā, cum tua eleva-
tione polari, in dextro aut lato polaris numerorū ordine reperta: prout horizon-
tale, aut uerticale cōstructur uses horologiū. Et sumpto arcu horæ primæ, uel un-
decimæ, supputa ipsum in quadratē BC, à signo B uersus C: & ex A cōtro ad sup-
putationis terminū, rectā educito linea. Accepto rursū arcu decimæ aut secūdæ ho-
ræ, supputabis eū ab eodē signo C uersus B: finiq; rectā linea ex A cōtro copulabis.



Exemplar qua-
drantis deli-
neandarum
horarū uer-
ticalium, ad
polarem ele-
vationē 48
graduum re-
spondentes
præparati.

Figura quadra-
nis horizon-
talis, ad poliar-
eticū sublimita-
tē 48 gradū,
per numeros,
in aliorū exē-
plum descripti

Idem

Idem responderet de ceteris arcibus horarijs facito : iunctis, si libeat, proprijs horarum numeris. Supputa tandem in ipso quadrante B C, à signo B uersus C, datam poli sublimitatem, si horizontale : aut ipsius polaris altitudinis complementum, si uerticale fabricaturus es horologium. Et ex cetro A, per supputationis terminum, rectam educito lineam A D, in protractam B D super A B perpendicularem, ad D si-
6 gnum incidentem, claudentemque triangulum orthogonum A B D. His in perpetuum usum ita preparatis, describe lineam meridianam, unâ cum transuersali & orthogona linea recta, utriusque horæ sextæ deputanda : super horizontali quidem plano, si quadrantem A B cad horizontales, uel in uerticali, si ad uerticales preparaueris horas. Et circa dictarum linearum communem intersectionem, ad quantitatem semidiametri A B uel A C, quadrantis A B C, describe circulum horariorum. Deinde singula horarum interualla, in ipso quadrante preparata, transfer sigillatim in ipsum horariorum circulum, ultro citroque lineam meridianam: prout earundem horarum uidetur exposcere respondentia. Et ad quamlibet horarum obsignatam distinctionem, proprias ex horologij centro describito lineas : quas suis ornato numeris, Erige tandem horarum indicem, ex conuenienti materia fabricatum, instar A D lineæ siue subtessæ dispositum, & iuxta longitudinem ipsius B D perpendicularis, super horologij faciem cleuatum : quemadmodum ex praecedentibus adidicisti positionibus.

PROPOSITION

S E X T A.

¶ Quadrantem rursus fabricare: quo mediante horarij tum horis & deces, tum uerticales arcus, à trigeminio quinto gradu, usque ad quintum & quinquefimum polaris comprehenduntur altitudinis.

I FIGV RET V R I T A Q V E S V P E R E L E C T O P L A N O, ET CIR-
F ca datum in eo centrum A, circuli quadrans A B C: cuius arcus B C, in 90° par-
tes æquales solito more diuidatur, distributis à signo B uersus C particularū
numeris. Secetur postmodùm A B recta in tres partes æquales: D quidē, & F signis.
Et centro A, interuallis autem AD, & AF, gemini circunlineantur arcus, DE & FG,
ipſi BC parallelī. Rursum, utraque pars BD atq; DF, in 10 partes subdividatur
æquales: quæ suis lineolis, in coextensas ad rectū ipsius AB parallelas incidētibus,
distinguantur, sui sc̄p; orinentur numeris, à 35 gradu ad 55 gradum polaris altitudi-
nis, ordine gemino deputatis, à signo quidem B uersus F pro horizontalibus, ab F
autem uersus B pro verticalibus horologijs. Repræsentabit itaq; A B recta, lineam
meridianam: AC uero lineam utriusq; horæ sextæ. His ita paratis, accipito in
subscripta tabella, ex antecedenti tabula deprōpta, singulos arcus horarios 35 gra-
duos, sūmā fīora riorum impo-
drantis defīcē-
ptio.

TABELLA ARCVVM HORA-
iorum horizontalium, ad subscriptas poli subli-
mitates ex antecedenti tabula deprompta.

TABELLA ARCVVM HORA riorum horizontalium, ad subscriptas poli subli- mitates, ex antecedentia tabula deprompta.											
35.						45.			55.		
Antemeridianæ				Postmeridianæ		Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.
Horæ	Horæ					11	1	10	43	12	22
10	2		18	18		22		12	25	18	
9	3		29	49		35		17	39	19	
8	4		44	49		50		46	54	49	
7	5		64	58		69		15	71	54	
6	6		90	0		90		0	90	0	


a, singulis arcus horarios 33^{gr} fio.
dui polaris altitudinis respoden-
tes : quos signillat numeria in
quadrâte B C, a signo B uersus C,
atq; singulis arcu*ū* terminis sin-
gulas imponito notas. Suppu-
ta rursum in eodē quadrâte B C,
ab ipso quoq; signo B uersus C,
quemlibet arcum horariorum 45
gradui polaris subscriptum alti-
tudinis : & ex centro A in cuius-

libet arcus terminum emissâ regula, nota singulas intersectiones eiusdem regulae, in arcu D E. Idem facito de arcubus horarijs, 55 gradus elevationis polaris: nō tanto responderemus quamlibet intersectionem regule in arcu F G. Deinde, per notas horae primae à meridie, in ipsis tribus arcubus consignatas, arcualem (officio circini)

ORONTII FINEI DELPH.

circini) trahito lineam, item & per tres notas horæ secundæ : & deinceps tertia, quartæ, & quintæ, quæquidem lineæ suis ornantur numeris, cuiuslibet horæ distâ-
tiam à Meridiâno círculo denotâtibus; uti subscripta figura demôstrat. Emissatur
tandem ex A centro filum tenuissimum, egrediens arcum B C, currête nodulo, uel
indice admodum subtili munitum. Et paratum erit instrumentum.

Quadrans ho-
rarium, ad descri-
ptionem ho-
rizontalem,
rum verticalium
horologiorum
pro libeis qui-
buscum poli
sublimitatibus
indifferenter
accommodus.



Quoniam factio
ram horizon-
talia quamur,
ticalia per ipsa
quadrataem de-
pingantur ho-
rologia.

CVM ERGO PER HVNC QVADRANTEM, PRÆFATAM
depingere volueris horologia, disponito primum lineam meridianam: in plano qui-
dem horizontali, per doctrinam sexti capituli libri secundi Cosmographiae nostræ,
in verticali autem, officio perpendiculari. Ducito postmodum lineam transuersalem,
ipsam meridianam ad rectos intersecantem angulos: quam utriq; hora sexta, soli
to more deputabis. Et circa utriusq; communem intersectionem (quaeretur enim erit
horologij) ad intervallo autem semidiametri cuiuscunq; volueris trium quadran-
tum in ipso A B C descriptorum, utpote, ipsius medijs D E: describe círculum, quem
horariorum appellabis. Deinde accipito oblatâ poli sublimitatem, in ipso A B C qua-
drante (modo non precedat 35, uel excedat 55 gradum) in dextro quidcm pola-
rium numerorum ordine, à signo B uersus F distributo, si horizontale: aut in laeo
& extremali, ab F in ipsum B, si uerticale fabricatur usus horologium. Et extenso fi-
lo in rectum A B meridiâne: moueto cursorem uel indicem, in ipsius polaris alti-
tudinis terminum. Quo sic manente fixo, traducito filum uersus semidiametrum
A C: donec idem cursor, uel obsignatus index, cadat præcisè super lineâ horæ pri-
maria à meridiana. Quo facto, & immobilitate stante filo, considera arcum quadratis
D E, inter A B lineam & ipsum filum interceptum: quem, officio circini, traducito
in præ-

In præparatum horariorum círculum, ultero citrōq; linea eiusdem meridianam, im
præssis ibidem apparentibus notulis. Rursum, moueto indecum cum filo ad li-
neam horæ secundæ à meridiæ, & animaduertito similiter arcum eiusdem quadrans-
tis D E, inter A B meridianam & ipsum filum accidetem : eumq; (ueluti priorem)
traducito cum circino in præfatum horarium circulum, ultero citrōq; linam ipsius
horologij meridianam, notatis eisdem areus terminis. Idem respondenter faci-
to, de arcu horæ tertiae : atq; reliquis cæterarum horarum interuallis. Tandem ex
ipsius horologij centro, in singulas arcum notas, in eodem horario circulo consi-
gnatas, rectas, hoc est, horariæ trahito lineas, in directum quantilibet extēsas: quas
tuis ornato numeris, pro sepius expressa prædictarum horarum respōdentia, unā
cum superincumbente triangulo solito more fabricato, alioue horarum indece in
trianguli locum respondenter constituto. Quemadmodum ex antecedētibus pro-
positionibus, colligere non est difficile. Potes autem ipsum A B C quadrantem,
alijs quām sursum expressis poli borealis exaltationibus, indifferenter accommo-
dare: coadiuūate proxima quinta propositione. Item & in locum areus D E, ipsum
arcum B C, uel F G, aliūm uel liberè descriptum accepere: pro ipsius hologij commo-
ditate. Et reliqua demum tum figuram, tum decorum corundem horologiorū re-
spicientia: ueluti supra diximus, respondenter absoluere. In qua quidem re, quā-
tum ualeat dextrum fabricantis ingenium, & artificioſa manuum agilitas: tibi non
dubitamus fore manifestum.

Notandum.

PROPOSITIONE

SEPTIMA.

Ex utroq; prædictorum horologiorum, Horizontali quidem ac uerticali, viatorum
horologium seu portale componere: ipsumq; singulis climatis, librisque quibuscunq;
poli septentrionalis elevationibus accommodare.

VIATORIA, SE PORTATILIA DIC VNTVR HOROLO-
gia, quæ in usum viatorum sunt excogitata. Porro cum ipsi viatores
sub uarias poli deueniant inclinationes, eiusdemodi autem horolo-
gia, pro diuersa eisdem poli sublimitate, peculiari sint describenda eōtextura (ue-
luti capite nono, secundi libri antecedentis Cosmographie declarauimus) non ab-
sentaneum duximus, utrumq; prædictorum horologiorum in unum componere,
& liberis quibuscunq; uel climatis, uel poliborealis exaltationibus acomoda-

re. In primis igitur super dato plano, quadrā Meridiani figuretur A B C: cuius
centrum A, Mundi centrum repræsentet, B uerticem, & A C lineam Horizontis.
Dividatur autē areus B C, in 90 partes æquales: productis de more lineolis, adic-
tisq; partium numeris, à signo C uersus B, quinaria successione distributis. Sit
autem proutrum, componendum horologium singulis 7 uel 8 adaptare climati-
bus, per diuidiam horam maximarum dierum variationem obseruantibus: præ-
stat enim ita facere, quām polares elevationes alfaratione distribuere. Seetur igitur
ex A C semidiametro, recta quædā A D, pro libera futuri horologij magnitudine:
& à signo D (officio gnomonis) perpendicularis erigatur D E, ipsi A B parallela,

Quadratis ne-
cessarij præpa-
ratio.

Media climata		Pola etiæ sublimates.
		Gra. Mi.
1		16 40
2	1	24 15
3	1	32 45
4	1	36 24
5	1	41 20
6	1	45 24
7	1	48 40
8	1	52 0

Reræpresentabit enim D E, cōmune planū uerticale deferiben-
dorū horologiorū. Accipito postmodū ex obiecta tabella po-
lares insigniorum climatum elevationes: quas suppūato si-
gillatim in quadrante B C, à signo quidē C, uersus B; & per
singularum elevationum terminos, rectas ex A centro pro-
trahuntur linea, perpendicularē D E in signis F, G, H, I, K, L,

Descriptarum
partium offi-
cia

Erit

ORONTII FINEI DELPH.

Erit autem A commune centrum, & AD semidiameter horizontalium horologiorum: & ipsa DF perpendicularis semidiameter uerticalis horologij primi climatis, DG secundi, DH uero tertii, & ita respondenter de ceteris. Subtena autem AF pro diametere sumatur Aequatoris, ex quo tam in Horizonte, quam in uerticali circulo, ad idem primum clima, horarum deducentur linea menta: AG uero dimetens Aequatoris secundi climatis, AH tertii, & AI quarti, & consequenter ita de reliquis. In summa, cuiuslibet climati proprium depudandum est triangulum: iuxta quod, per doctrinam secundae atque tertiae propositionis, ad quodlibet clima, tam horizontalis quam etiam uerticalis scorum describatur horarum contextura. Quod si uolueris ipsum horologium minoris efficiere quantitatibus: ducenda erit OP, uel alia quaevis perpendicularis, uersus A centrum. Tantò enim minora resultabunt ipsa triangula: quanto ex AC breuiores acceperis partem, & perpendicularem ipsi AB uiciniorem erexeris.

Notandum.




Figura quadratis, ad constructionem generalis horologij, ex horizontalibus & verticibus compo nendi, necessaria.

Horologiorū ad 4 prima cli mata, in plano horizontali, fue cincta compo sitio.

HIS ITA PARATIS, suscipienda sunt gemina plana, quadrata quidcm 3 ex electa & commoda materia fabricata: quae sint QRST, & VXYZ, quorum alterum, utpote QRST, horizontalibus: reliquum autem, scilicet VXYZ, uerti calibus depuratibus horologij. At quoniam singulorum climatum utruncq; horologij, horizontale scilicet atq; uerticale simul delinearc, tum superuacaneum, tum porta: illi instrumento uideatur incommodum: idcirco prædictiorū horologiorum partem in horizontali plano, parcm quoq; in uerticali describemus. In horizontali quidem sic. Divide utruncq; latus QT & RS bisariam: & trahe lineā meridianam per utruncq; diuisionem, in transuersum ipsius plani: à qua linea meridiana, secabis aequalē

equalcm ipsi A D suprascripti quadrantis: eisdemq; ob signabis literis A & D. Postea diuide totā ipsam meridianā lineā A D bisariā: & circa mediū ipsius punctū, describe 5 círculos inuicē cōcētricos & parallelos, 4 interualla distingūtes, quæ primis 4 deputabis climati- bus, minimū quidē primo, se quens secundo, succedēs ter- tio, & ultimū quarto climati. Protrahe cōsequēter per A si gnū, orthogonalē, & cōmu- nē utriusq; horæ sextæ des- ignatricē līneā. Tandē, accipi- to horizōtalia eorundē 4 pri- morū climati horaria linea- mēta, scorū quidē ex antece- dētibus præparata: quæ linea- tis subtilib⁹ círcū A signū (cō- mune corūdē horariorū cen- trum) horarijs círculis, in sua traducito interualla, pductis p ipsa interualla lineolis, ex ipso A cētro sigillatim pcedē- tib⁹, uelut figura demōstrat.

S O R E L I Q V O R V M autē 4 climati in plano V X Y Z uerticalia, in hūc qui se- quitur modū, depinges horologia. Diuide primū utrūq; latus V Z & X Y bisariā: trahto q̄ lineā meridianā, quæ uocē D E, in quā officiō círcini, traducito singulas di- uisiones ipsius D E in quadrāte descriptæ, à signo quidē D uersus E: quas eisdē an- notato literis, scilicet F, G, H, I, K, L, M, N. Et p signa K, L, M, N, trāslucifales utriusq; ho- rae sextæ pducto lineas, adinuicē parallelas, atq; rectos cū meridianā efficiētes an- gulos. Quāquidē meridianā lineā diuide bisariā: & circa mediū eiusdē punctū, 5 fi- gurab̄is orbes, 4 rursum in- terualla cæteris 4 climatiibus applicāda distingūtes: quorū in simū in linea K, sequēs in linea L, succedēs in linea M, & ultimū in N linea terminē. In his ergo 4 interuallis, uerti- calia reliquorū 4 climati, sc̄ orsum alibi descripta, tradu- ces horologia; pductis ex pro- prio cētro, in respōdēs cuius libet interuallū, lineolis hora- rū indicib⁹. Vt pote, ex cētro K pro 5 climati, L pro sexto, M pro septimo, & N pro succe- dēti octauo, uelut ipsa figura demōstrat. Inferiores porro diuisiones ipsius D E, literis F, G, H, I, ānotata, 4 priorū cli- matū horologij, in horizōtali plano Q R S T descriptis (ut infra uidebis) inseruicnt.

Y RELIQVVM




Figura plani horizontalis in quo delineata sunt 4 primorum climatum horologia.

Qualiter reliquorū 4 cli- matū uerticalia in altero pla- no conscriban- tur horologia.




Figura plani verticalis in quo reliquorū 4 cli- matū conscri- bantur horolo- gia.


ORONTII FINEI DELPH.

Quia ad absolu-
tam predictio-
rum horologio-
rum harmonia-
rum specta-
re uideatur.

SQURELIQVM EST, ut ipsa plana Q.R.S.T, & V.X.Y.Z tali cōnectas indu-
stria: quatenus ambolatera Q.T & X.Y in una eademq; linea recta coincident, siq; unius plani meridiana linea in rectu alterius collocata, & ipsum uerticale pla-
num V.X.Y.Z eu horizontali Q.R.S.T ad rectos (quoties fuerit operae preciu) eleu-
tur angulos. Impones consequēter acum, Magnetis uirtute delibutam, in medio
ipsius plani horizontalis, inter A & D signa: producesq; ex A centro filii quodpiā
tenuissimū, futurū generalem horarū indicem, Peritentur queq; singula puncta
F,G,H,I,K,L,M,N, subtilibus admodū foraminibus, pro ipsius filii crassitudine: que-
quidem foramina, ex opposito plani uerticalis, tali subleuentur artificio: ut idē filii,
instar axis Mundi, in rectu quantulibet extēdi possit. Immittendū est itaq; filum in
propriū climatis foramē, quoties in dati climatis horologio, horas ipsas libuerit ob-
seruare atq; ex altera plani uerticalis superficie, uel ipsa manu, uel appenfo per-
pendiculo subtendendum, deinceps absoluenda reliqua, uelut ars ipsa requirit.

RELIQUARUM ho-
rarum à sexta
in plano ad bo-
realem conno-
tida figuratio-

SQVOD SI FORSITAN, horologiorū in uerticali plano descriptorū, reli-
Quas horas ante sextam matutinā, uel post sextā uespertinā, pro dierū maxima-
rum quantitate, fuerit inscribere: id saeias oportet, in altera facie ipsius plani uerti-
calis, ad borealem Mundi partem semper conuertenda. Obsignabis igitur in
dorso foramina K,L,M,N: & per ipsa transuersales & parallelas lineas exarabis,
utranq; horam sextam cuiuslibet horologiorū indicantes, una cum respondentī &
ad rectos angulos incidente linea meridiana D.E. Quibus ita præparatis, tradu-
cito coadiuuante circino, quotquot expedierit horarum interualla respondentis
horologij in uerticali plano descripti: ea quidem successione uersum E, qua-



poteris in altum, instar axis Mundi, producēdum, quoties per umbrā filii, hoe mo-
do descriptas horas cognoscere volueris. Haud aliter de ceteris quibusq; uncis
poli sublimitatibus facito.

PROPOSITIO

OCTAVA.

Tugliter in æquinoctiali plano, vulgarium horarum distinctiones, ad litteram quemcumq;
sphaera suum figurentur, consequenter demonstrare.

HACTENVS

HACTENVS DE HOROLOGIIS SVPER HORIZONTALI atq; verticali plano descriptis: nunc de æquinoctialibus, id est, super plana Aequatoris superficie delineandis tractandum. Contuendum est itaq; pri mūm, an uester datū loci fuerit sub ipso Aequatore, uel sub Mundī polo, uel inter utrūq; locatus. Quodcumque autem horum acciderit, semper horarum intercapedines in Aequatore per æqualia figurantur interualla: ita enim Aequator, ab ipsis horarijs diuiditur circulis.

SVB IPSO igitur Aequatore, dīmidius tantum círculus, in píana eiusdem Aequatoris superficie, tam ad Boreā quam ad Austrū, inſtar uericalis horologij figurandus est, & in 12 partes æquales diſtribuēdus: produc̄to utrīc̄p; axe, ad rectos angulos prominentē. Quēadmodū repræsentat ſemicírculus horarius B C D, ad Boreā circum A centrū ſuccedentis figurae delineatus. Potest & in excavata ſemicirculari ſuperficie, in 12 partes æquales per líneas parallelas reſpōderter diſtributa, earūdem horarū ratio círculari: appēſo per centrum horarū indice, ab ipsis Mundī axe nuſquā declinante. Vcluti mōſtrat horologij E A F, in exemplū figuratū. AD D E, q; earūdem horarū diſcrimina, in aliud planum q; ipsius Aequatoris, ex antecedentibus ſecunda, tertia, & quarta propositiōnibus cōverte re, non eſt diſſicile: in quib; propositiōnibus, æquales ipsius Aequatoris diuīſio nes, in contingentē líneam extēdere docuiimus. Itaq; in piano ad ortum uel occa ſum proſcienti, antemeridiana aut pomeridiana traduces horarū interualla: deſcripto uidelicet quadrāte círculi, pro ipsis ſindicis orthogonaliter erigendī longi tudine. Quas quidē horarū diſcretiōnes, rectiſtum ad inuicem, tum ipſi Horizon ti parallelis ſeparabis: produc̄to ex línea horae ſextæ, ad ſemidiameſtrū eiusdem quadratis, indice: ad cuius umbræ terminū horæ ipſae dignoscētur. Ut illicet in ex emplo aſpicere, depictū ortiuū planū E I: in quo ex E GH quadrāte, & antemeridia na delineata ſunt horarū interualla. Idē quoq; deſcribes horologij, ſuper horizō tali piano, produc̄ta ab ortu ad occasum Aequatoris línea, meridianā ad rectos angulos diſpelleſte: in quā traductis ex horario Aequatore horarū diſtinctiōnibus, eadem líncis rectis tam inter ſe quam ipſi meridianā ſparallelis annotabis, ſuic̄p; ornabiſ numeris, erecto rurſum ab ipſa meridianā perpendiculo, ad ſemidiameſtrū eiusdem Aequatoris quantitatē. In cuius faciliōrē intelligentiā, ſubscriptā plāni K L contēplare figurā, ex ſemicírculo B C D reſpōderter delineatā. Nam ſuper planis in longū axis Mundī coſtitutis, & ad perpendiculū cū Aequatore ſe habētibus; horarū líneamēta nullos efficiūt angulos, ſed cōtingunt ad inuicē parallelā.

Qualiter horologiorū ratios, ſub ipſo fi gurēcū Aequatore.





Figure du uerſorū horo logiorū, ſub ipſo Aequatore deſcribē dorū,

Sub Mundi polo, quenam cōtingant hora-
rū lineamenta.


SON NEC MINORI facilitate, sub ipso polo, earundē horarū absoluētū linea-
menta: coincidit enim Aequator eū ipso Horizonte círculo. Inuenta igitur super
horizontali plano linea meridiana, sumptoq; in ea cōtro, describe círculū liberæ ma-
gnitudinis: quē diuide in 24 partes adiuicē aequales, productis ex cōtro lineolis.
Q si ab eodem centro perpendicularū, instar axis Mundi ad polū crexeris: cōpletam

Figura duorū
horologiorum
sub polo deli-
neandorum.



te perpendicularū: tātē p̄cise lōgitudinis, quātus est semidiāmeter Aequatoris, ex
quo horarū lineamenta deduxisti: Veluti monstrat horarum delineatio, in plano
F G H K ad meridiē erecto, ex præfato Aequatore B C D E , respondenter extensa.


SHIS SVMMATIM prælibatis ostēdamus qualiter idē horologiū aequino-
ctiale, ad libera quāuis poli sublimitatē describatur: ad eorū quippe latitudinem,
quorū uertex inter polū & ipsum uersatur Aequatorē. Cōstructo igitur Aequa-
tore círculo, plano quidē uel excavato, in 24 partes aequales horarū interualla re-
præsentātes, nuper expresso modo distributo: fabricabis triangulū A F H, ad sum-
ptam polarem altitudinem, per doctrinā primā propositionis. Et inuēta horizon-
tali, aut uerticali linea meridiana: collocabis ipsum horariū Aequatorē uersus Au-
strū, unā cū axe Mudi futuro horarū indīce, ad rectos
angulos utrinq; promīnēte ea quidē industria, ut linea
ipsius Aequatoris meridiana, à recto eiusdē affixatae
dati loci meridianae situ nō discedat: & idē Aequator
horarius, ad angulū A F H, super latus A H ipsius præpa-
rati triāguli, ab horizontali linea meridiana surfum ele-
uetur, à uerticali autē meridiana linea inclinēt ad angu-
lū H A F. **Q** si planū feceris aequatore, horarū, discrimi-
na ex utraq; parte notabis: si autē excavatu formae
ris, trūabis elevatā & ad Austrū cōuersam ipsius Aeq-
uatoris portionē, ad minimā quidē noctis in data re-
gione cōtingētis quātitatē. Vti præfens aequatorialis
horarij uidet indicare formula, ad sāpius assūptā 48
graduum poli borealis elevatiōnem, in aliorum exem-



plum delineata: quam pro tua industria, tum variare, tum illustrare poteris.
Alia eiusdē eq-
noctialis hora-
riportailis cō-
positio.

SIDE MVRVSVM horologiū aequinoctiale, absq; prima propositionis
ad miniculō, portatile in hunc poteris efficere modum. Describe super oblatō pla-
no, circum A centrū, círculum B C D E : quem binis dimicentib; B D quidem me-
ridionali, atq; eidem orthogono C E , in 4 diuide quadrātes. Vtruncq; porrò B C ,
atq;

arcj C D , in 90 subdividito partes adiuicē æquales. Iungito postmodūm complementum datæ polaris altitudinis, cum maxima Solis declinatione ; & adgreditum inde partiū numerum, supputato in quadrante C D , à signo C uersus D , & sini adiçito F notulam . trahito consequēter rectā E F , admodūm subtilem : à qua secetur E G , ipsi A B , uel A D semidiametro æqualis. Supputetur rursum eadē polaris altitudo in quadrante B C , à signo B uersus C : & notato supputationis termino litera H , trahito rectā & occultam lincā G H , quæ secet dimicentē B D in puncto I . Erit ergo punctū I , locus in quem figēdus est axis Aequatoris, atq; centrum horizontalis horologij, si ipsum uelles in plano B C D E respondenter figurare. Copulabis dēcide æqualem ipsi B I , à signo D uersus E : sitq; illa D K . Et producta rectā B K : traduces in eam B L , ipsi A B semidiametro rursum æqualem. Quod si per L , in I , producas rectā M I : ea repræsentabit axem Mundi, critq; pars L I , quæ à centro Aequatoris in punctū I , demittenda est. Vnde si à B signo , perpendicularē excitaueris B M : ea sinum datæ polaris altitudinis repræsentabit, eritq; æqualis ipsi B K . His ita paratis, fabricabis (uelut antea) horarū Aequatorē M BN : in æqualia 24 horarum interualla solito more distributū , & pro maximæ diei artificialis quātitate truncatū , per cuius signa M & N , utrāq; sextā horam distinguentia , æneum dimicentem , axem Mundi ad rectos angulos deferentem , adaptabis : tali quidem artificio , ut idem axis Mundi uolui liberè possit , habeatq; partem inferiorē ipsi L I prorsus æqualē . Colligabis tandem ipsum Aequatorem cum plano B C D E , in B signo : affixō utriq; uolubili clauiculo , & unā cum immissa acu Magnete stricata , intcr A &



B reposita , Reliqua ex teipso , facta precedentium recollectione , supplebis : coadiuantे supradictorum formula , ad eadem cleuationem 48 graduum , in maiorem elucidationem fabricata .

PROPOSITIO

NONA.

Idem rursum horologium æquinoctiale , gemino artificio componere : utq; singulis poli borealis exaltationibus indifferenter adaptetur , edocere .

Generalis horologij in Aequinoctiali plano figura, id est describita prima.

PO TEST NANQVE IPSVM HOROLOGIVM HORIZONTA-
lē , uel in plana , uel in curua eiusdem Aequatoris superficie delineari . Ut igitur primū modum paucis expediamus : præparetur gemina plana , quadra-
ta quidem , & ad inuicem æqualia , A B C D scilicet , & A E F G . quorū alterum , hoc
est , A B C D , ipsi Aequinoctiali plano : reliquū autem , utpote A E F G , horizonta-
li deputabis . Postmodūm , ex utrāq; parte ipsius plani A B C D , meridianam A C ,
unā cum transuersali utriusq; hora sextæ B D producito : & circa communes ,
mutuoq; sibi respondentes earundē linearū intersectiones , geminū figurato Aequa-
torem , quem in 24 partes æquales , 24 horarum æqualium interualla repræsen-
tantes , sæpius expreſſo more diuidito , suisq; separato lineolis ex centro eiusdem
Aequatoris prodeutibus , unā cū adiectis numeris , antemeridianas quidē horas ex C

ORONTII FINEI DELPH.

per B, in A, pomeridianas autem ex A, per D, in C, consueto indicantibus ordine.

Perforetur tamen ipsius Aequatoris centrum; in hunc quippe modum, ut axis per idem foramen ad rectos cum volucris immittipossit angulos. Quibus absolutis, describito ruitus per medium alterius plani A E F G, meridianam A F; in quam impones acum, iuxta doctrinam septimi numeri secundae propositionis uerificatam. Connecte postmodum ipsa plana, uersus A signum, binis uolubilibus & utriusq; connexis claviculariis; tali quidem industria, ut A C meridiana in rectum ipsius A F constituantur, & planum A B C D super A E F G piano eluari, atque deprimi facile possit. Fabricabis tandem ex conuenienti materia incurvatum Meridiani quadrante F H, in 90 partes aequales ab F uersus H distributum; cuius centrum sit A, semidiameter autem A F uel A H. Huic porro quadranti F H, circa F proprium efficies receptaculum: ea quidem subtilitate, ut in ipsum prominens eiusdem quadratis particula leviter immittatur, subtrahaturq; dum volucris. Tandem iuxta signum C, facito scissuram, ad iustam ipsius quadrantis crastitudinem: ut scilicet Aequator A B C D, gradatim elevari, pro datave poli sublimitate deprimi facile possit. Reliqua autem omnia, ad complectum ornatum eiusdem horologij spectantia, pro tuo arbitrio, uel ingenio relinquimus absoluenda.

Quadrans me-
ridianus.


Vtus generalis
precedentis ho-
rarij.

C V M VOLVERIS
igitur horam uularem in
data quavis inuenire regio-
ne: cōuertito partes C & F,
officio acus, ad Austrum, &
imposito axe, atq; quadrante F H: lqua interiorē Aequa-
toris superficiem, ad comple-
mentū datæ polaris altitudi-
nis, facta supputatione ab F
signo uersus C, uel supputa
date regionis latitudinem, à
puncto H uersus F: & fini
applica eādem Aequatoris
superficie. Nam ipsius axis
umbra, occurrentem indica-
bit horam, in plano quidem
extrinseco, ab æquinoctio uerno, per æstivale solstitium, ad æquinoctium autūna-
le: in ipso autem intrinseco, per reliquam anni partem, ab eodem autūnali æquino-
ctio, per hyemalē solstitium, ad uernum rursus æquinoctium. Necq; curanda est
ipsius axis utrinq; prominentis longitudine.

Alia eiusdem ho-
rarij eqnoctia-
lis compositio,
omnibus etiam
regionibus ac-
commoda.

O S T E N D A M V S C O N S E Q V E N T E R, qualiter idem horarū æquino-
ctiale alia ratione fabricetur. Præparato itaq; horizōtali plano: describatur in eo
circulus ABCD, circa centrum E, qui quidē circulus, binis dimetris in 4 quadran-
tes diuidatur: AC uidelicet meridianā repræsentāte, & producō in transuersum
orthogonalē BD. Fabricetur deinde circuli quadrās AF, excavatus quidē & in 90
partes aequales solito more distributus: cuius interior semidiameter sit paulo mi-
nor AE. Hic porro quadrā uersus A cōvertatur, & in rectū ipsius AE tali collige-
tur industria, ut super ipsum planū ABCD facile deprimatur, & cū fuerit opera-
precii ad rectos excite angulos. Figurabis cōsequēter Aequatore cirkulū GHK:
cuius interior semidiameter, aequus sit interiori semidiametro quadrantis AE.

Quem quidem




3

4

Quemquidem Aequatorem circulum excauabis, atque in 24 horarum interstitia diuides, ad unitatis de more numeris. Et consolidatis in unicam binis dimetientibus G I atque M N, ex are, similius materia fabricatis, bisfariam & ad rectos in signo L fesse dirimentibus angulos, tanta quidem longitudinis quantus est diameter ipsius Aequatoris: alterum, utpote G I, factis ad utriusque hore 12 lincolas foraminibus, taliter cum eodem clauabis Aequatore, ut reliquo M N ad signa H, K, ultro citroque pliberaliter inclinetur. Supplebit enim M N, axem Mundi: debet igitur L N, interiori eiusdem Aequatoris semidiametro coequari. Construendus est præterea dimidius quidam circulus H A K, itidem excauatus, ipsum H I K, uel K G II semicirculū admissum complectens: quem Aequatoris descretem appellabis. Hunc porrò semicirculum, circa medianam eiusdem partem, cum A signo taliter conclauabis: ut super planum A B C D coextendi facile posset, & ad rectos cum uolueris angulos eleuari, parte quidem H ad ortum, parte uero K ad occasum prospectate. Huic tandem semicirculo H A K, coaptabis Aequatorcm G H I K, immisgis per H & K signa, utrancp horam sextam distinguentia, subtilibus admodum claviculis: eo quidem ingenio fabricatis, ut totus Aequator circum eadem signa liberè conuolatur, excedaturque super A B C D circulum. Denique inter C & E, ad signum uidelicet O, solitam lineam meridianam directricem impones acum: absolvesque singula, pro tua industria, uel ingenii facilitate, obseruata singulorum qua supra diximus respondentia.

4 SO HOC I GIT VR INSTR V MEN TO, horas ipsas per uniuersum Orbē ita deprehendes. Dirige partem C uersus Austrum; & rectificata per acum linca Horarum imme-
tio, per non facilem
bricam horo-



ipsi N termino, bifurcata particula, pro ipsius quadrantis crassitudine. Quibus ita fixe manentibus: umbra ipsius axis M N, propositam indicabit horam. Qua inuenta, deprimis singula super ipsum planum, sive circulum A B C D.

Y 4 IN

ORONTII FINEI DELPH.

Corollarium
norandum.

SIN RECTO igitur sphæræ situ, Aequator ABCD antecedentis proximæ descriptionis, ad rectos angulos excitabitur super plano AEFG, signo C ad signum H constituto: Hie autem, extremitas LN, in F signum dirigetur, Aequatore GHIK intra suum deferentem collocato. Item, quemadmodum lumb polo, idem Aequator ABCD, iungetur eum plano AEFG, sursum levato axe; sic & in hoc horario, pars axis LN ad lignum A, atque signum I cum ipso F responderet locabitur.

PROPOSITIO

DECIMA.

C Horarum lineamenta super plano Meridianum orthogoniter interfecante, & in rectum axis Mundi coextenso, ad Horizontem uero inclinato, responderent fabricare.

In quibus planis maximæ contingunt horarum anguli, quindenos ipsius Aequatoris gradus incidentes: sic & in planis, eundem Aequatorem ad rectos diuidentibus angulos, & in longum axis Mundi coextensis, maxima continentur horariorum interuallorum diuersitas. Nā ipsæ horariae lineæ, tametsi ad utrumque Mundi polum conuenire diffiniuntur, nullum tamen causare uidentur angulum: sed


tum inuicem, tum ipsi Meridianæ deseribuntur parallelæ, ueluti secundo, atque tertio numero precedentis octauæ propositionis, tripli dilucidauimus exemplo: & ex sequentibus, siuebit facile comprehendere. Plana siquidem apud nos existentia, uel imaginata, non aliam uidentur habere rationem, quam si forent in centro Mundi constituta: propterea, quod semidiameter Terra, quoad semidiametrum orbis Solaris, haud perceptibilis uideatur esse qualitatatis. In planis itaque super axe Mundi constitutis, & utruncq; tam Aequatorem quam Meridianū ad rectos dirimenti bus angulos, atque ueluti testa domorum ad Austrum cōuersa, Horizontem uersus inclinati: horarum interualla, non inuicem concurrentibus, sed parallelis sunt distinguenda lineolis, praefatos horarios circulos representantibus.

Proposita horariorum lineamenta, qualiter in plano portatili describantur.

SVTIGITVR propositum exequamur in institutū, construemus in primis horariorum portatile: deinaliud quodlibet, in differenter lineare docebimus. Describe itaque primum, ad datum poli sublimitatem triangulum A FH, unâ cum reliquis ad prototypum spectantibus instrumentum: iuxta doctrinam ipsius primæ propositionis. Postmodum, ex solida quapiam & electa materia, prima fabricetur, tribus rectangulis & altera parte longioribus, binisq; trilateris, ipsi AFI preparato triangulo similibus, aequalibusq; superficiebus terminatū: cuius præcipua & ad Austrum conuertenda superficies, esto ABCF, lata quidem secundū AF subtenet, & citer in duplo longa, dorsi autem latitudo, siue altitudo plani ABCF, ipsi FH: basis uero ipsi HA, præsatī trianguli A FH, sit aequalis. Diuidatur cōsequenter AB latitudo bisariā, in D: & à signo D, perpendiculariter excitetur DE, utriq; & AF, & BC parallela, erit enim recta DE, linea meridiana, in logum axis Mundi coextensa.

Deinde, sumpta ex ipso protypo recta HL, securt eidē aequalis ab ipsa DE: sitq; DG. Et centro G, interuallo autem secundū LN aut LO, describe circulum Aequatorem, ipsi NO circulo prorsus aequali: quem his obsignato literis, M, I, N, & producto dimicente MN, unâ cum meridiana DE orthogono, in 4 diuidito quadrantes. Per datum insuper signum I, contangens & subtilis linea producatur, KL: ad rectos quidem angulos cum DE, & utriq; AB atque CF parallela, et diuisio quadrati IN, in sex partes aequales: per quamlibet ipsius quadrantis diuisionē, rectæ & subtile ex centro G producantur lincole, in rectam KL ad signa quidem

o, P, Q, R, L, incidentes, quæ quidem signa, in reliquam partem IK, officio circini, suo traducantur ordine: sintq; S, T, V, X, K. Per hæc autem signa, horariæ & aparentes lincas coaptabis, ipsi meridianæ DE atq; inuicem parallelas: quas suis ornambris numeris, prout ordo requirit horarum, à septima uidelicet antemeridiâna, ad quintam usq; pomeridiânam. Erige tandem ex centro G perpendiculum, tantæ Index horarii. præcisæ longitudinæ, quantus est semidiameter Aequatoris MN: nam extremitas umbræ ipsius perpendiculari, horas ipsas indicabit. Nec obliuiscaris, in eiusmodi lincamentis horarij, lineam horæ nonæ ante, atque tertiarie post meridiem, ipsum Aequatorem MIN contangere debere; scilicet erratum est.



Type horologi penduli, in longum axis Mundi ad austrum conuertendi.

3. Cum igitur horas uolueris obseruare, collocabis basim AH super Horizontis superficiem, dorso HF ad Boream conuerso: eo quidem modo, ut linea meridiana DE, in directum ipsius Meridiani constituantur. Poteris & ipsum horologium, in solo plano ABCF delineare, atq; triangulum AFH a tergo meridianæ DE, uel figere, uel ad eò flexilibus connectere clauiculis: ut in longum ipsius dorsti ABCF coextendatur, & ad rectos cum fuerit operæ præcium excitetur angulos.

4. H A V D A L I T E R super quocunq; simili, similiiterq; posito plano, horas ipsas per easdem lineas parallelas, suis distingues interuallis: sumpta ipsius Aequatoris MIN, atq; lineas contangentis KL libera magnitudine, pro tua uel discretione, uel ipsius oblati plani commoditate. Quemadmodum ex prædictis (ni prorsus ipsam superes ruditatem) colligere haud difficile potes.

PROPOSITIO

V N D E C I M A.

Quælibet præterea in eodem plano Meridianum orthogonaliter intersectante, atq; ad Horizontem inclinata, sed in directum axis Mundi minime constituta, horarij suppetuntur anguli, consequenter ostendere.

DE PLANIS ITAQ; VELIM INTELLIGAS, QVAE AB axe Mundi semper ad obliquos, sed nusquam ad rectos perforantur angulos: & ab ipso uertice, aut uersus Boream, aut uersus Austrum inclinantur. In primis itaq; perforantur est, quanta sit ipsius plani super Horizontem altitudo. Hoc autem per eum circuli quadrantem haud difficulter absolvus, quem

Qualiter altitudo plani super Horizontem obseruanda.


Y 5 capite

ORONTII FINEI DELPH.

capite quarto secundi libri Cosmographiae nostrae fabricare docuimus : porrecto uisuali radio, per utraque pinnacidiiorum foramina, ad ipsius plani uerticem.

Cognita autem plani super Horizontem altitudine, una cum polari data regio-
nis elevatione : cognoscetur responderter, quantum alter polarum Mundi super ip-
sum planum eleuetur, hoc enim scitu uidetur admodum necessarium. Describa-
tur igitur, maioris evidentiae gratia, circa Mundi centrum A, Meridianus circulus
B C D E : sitq; B D Acquator, axis uero Mundi C E, Horizon F G, & uerx ipsius
loci H. Sint autem bina plana K M, & L N, ad

Horizontem F G, uersus E polum septentriona-
lcm inclinata: sitq; altitudo plani K M minor, ip-
sius uero L N major polari sublimitate G E.
Ausserenda est igitur G M altitudo, ab ipsa cleua-
tione polari G E: ut reclinetur M E, ipsius qui-
dem axis A E contingens super K M planum fu-
blimitas. Secus autem facies, ad habendū C L,
eiusdem axis A C super L N planum responden-
tem altitudinem. Ausseres igitur G E polarē ele-
uationem, ab altitudine plani G N: reclinetur
enim arcus E N, & illi consequēter æqualis C L.



De planis ad
austrum incli-
natis.

Quod si plana ad meridianā Horizontis par-
tem, ab ipso inclinentur uertice, cuiusmodi sunt O Q & P R: in hunc facito modum.
Si planum minus inclinetur quam Acquator, uelut O Q: adde complementū alti-
tudinis ipsius plani, complemento data polaris elevationis, hoc est, O H ipsi H E. cō-
surget enim O E: quantum uidelicet axis A E, super datum planum extollitur.

Si tādem inclinatio plani, maior sit Acquatoris inclinatio e, ut P R: iungenda est
ipsius plani sublimitas ipsi altitudini polarī, hoc est, G R (qua ipsi F P coæquatur)
altitudini G E, conflabitur enim altitudo R E, eiusdem axis A E, super datum pla-
num P R. Haud dissimiliter de ceteris quibuscumq; similibus facito.

Quoniamodo **S**HIS PRAEOSTENSI, duobus modis horas ipsas delincabis: in planis 4
arcus horariorum in prefatis pla-
ni supputetur. quidem K M & P R, instar horizontalium, in ipsis uero planis L N & O Q, ad modū
verticalium horologiorum. Quorum arcus horariorum non aliter supputabis, quam
præcedentibus quinta & sexta propositionibus, tradidimus. Poterit igitur, haud
iniucundè supputata arcum horariorum tabula, & fabricatus inde quadrans ho-
rarius A B C, eiuscmodi planis, cognita (uti nunc ostendimus) axis Mundi super
eadem plana sublimitate, indifferenter accommodari.

PROPOSITIO

DVO DECIMA.

QSuper Meridiani plano, hoc est, ad ortum uel occasum directe conuerso, & ad rectos angulos cum Horizonte constituto: earundem horariorum intervalla, ad datam quamvis poli subli-
mitatem, utrinq; delineare.

Quās horo-
logia lateralia
dicantur.


HVISCEMODI HOROLOGIA, PECULIARI NOMINE, 1
lateralia nuncupamus: utpote, quā sub ipso Meridianō constituta, & ad
ortum uel occasum lateraliter apertientia, antemeridianis tantummodo, po-
meridianisue deputantur horis. Primum igitur Orientale describemus horolo-
giū, in quo uidelicet antemeridianarum horarum rationes explicantur: postmo-
dum occidentale respōdēter cōficere docebimus, ubi pomeridianæ delincauntur horē.

Lateralis & orien-
talis horo-
logia summa-
ria descrip-
to.

Oblato itaq; Meridiani plano, ad ortum super Horizontem perpendiculariter 2
erecto, describatur in transuersum illius recta quedam linea B D, ipsi Horizonti
parallelā;

parallelia : quæ bifariam diuidatur , in signo quidem A. Circa datū postea cētrum A, semicirculus B C D figuretur, dimidio circulo protypi, iuxta primā propositiōnem ad tuam regionem præparati, prorsus æqualis. Hunc porrò semicirculum, in duos separabis quadrantes , ercta C A, super B D perpendiculari ; & utruncq; quadrantem, hoc est, B C atq; C D, subdividcs in 90 partes æquales. Suppura cōsequenter polarem dati loci sublimitatem in boreali quadrante C D , à signo D uer sus C, utpote, sacerpius assumptrā gra. 48 : & fini adiçito notulam E, trahitoq; rectam AE. Rursum, in australi quadrante B C , à signo quidem C uersus B, maximam ipsius Solis supputato declinationem (quæ nūc p̄c hiberur esse 23 graduum, & 30 circiter minorum) finemq; obsignato F notula. Circa datum igitur centrū F, describito circulum Aequatorem G I H K : æqualem quidem circulo N O, circum L centrum ipsius protypī figurato. Et per idem centrum F, ducito rectam G H, in ipsam A E perpendiculararem : necnon orthogonam I F K, ipsi A E parallelam, quā cumlibet utrinq; protensam. Diuident enim huiusmodi lineæ circulum G I H K in 4 quadrantes : repræsentabitq; G H sectionem Aequatoris, recta uero I K lineam horæ sextæ denotabit, in rectum axis Mundi constitutam. Per datum itaq; signū I, contingentia linea producatur L M: & diuiso quadrante H I in 6 partes æquales, per singulas ipsius quadrantis diuisiones, subtilest admodum producātur lineolæ, in præsatam contangentem L M, ad signa N, O, P, Q, M, incidentes. Quæ quidem si gna traduces ab I uersus L, suo quidem ordine, & adiustam circini mensurā : non quidem omnia, sed pro horarum sextā ab ortu Solis in die maxima præcedētium numero, utpote duo, uel tria, quæ sint R, S, L. Ducto consequenter per signa L, S, R, N, O, P, Q, ipsiis A E & I K parallelas & apparētes rectas lineas, horarum inter ualla distinguentes : quarum quæ per L & P signa lineantur, circulum G I H K (modo non erraueris) tangere debent, & quæ per M ducitur conuenire cum A E.

His porrò lineis proprios horarum applicabis numeros : dādo ipsi G L tertiam, sequenti quartam, succedenti quintam, & ita consequenter usque ad undecimam horam , quæ cadet in A E. Poteris autem (si libeat) per A & E signa, uel A & C,



Typus orictalis horologij,
ad elevationē poli arctici 48
graduum figura-
tus, in quo
ante meridi-
narum horarū
continentur di-
stinctiones.

GRONTII FINEI DELPH.

geminas educere tebras, ipsi G H parallelas, & in A E perpendiculares: ad quas, horum linearum lineamenta terminabis. Demu ex centro F , solitum erigas perpendicularum, sive stylum orthogonum, ad longitudinem F G , aut F H semidiametri: ad cuius vmbrae terminum, horum ipsae dignoscetur.

Notandum.

So QVOD si soritam super libero piano, idem horologium scorsum constru- 3
xeris: debes tandem ipsum in rectum inuenire linea meridianæ uersus ortum ita
collocare, ut A C linea super Horizontem cadat ad perpendicularē, & I K, & quæ
libet eidem IK parallela, instar axis Mundi constituantur.


*Idē horologii
alia ratione cō-
struere.*

SQ V E I G N O R A M V S , quadrante A B C huic negotio satis etiam face 4
re posse. Supputata nanç ipsius Aequatoris eleuatione, seu cōplemento datae pola-
ris altitudinis in codē quadrante B C, à signo B uersus C, & producta ex cētro A li-
nea recta: ea rursum Aequatoris sectionē cum plāno Meridiani representabit. In
qua quidē linea, si liberū acceperis centrum: poteris circa ipsum, præfatū Aequa-
torem circuitū G H K, etiā quantūlibet (saltem pro cōmoditate plāni) describere,
neglecta prorsus ipsius protypī præparanda figuratione: atque reliqua omnia, ue-
luti nunc expressissimus, responderter obseruare.

Ut occidentale
seu pomeridiana-
nū horologij
respondenter
fabricetur.

SH A V D D I S S I M I L I T E R occidentale,pomeridianis quidem horis ac- 5
cōmodum,fabricabis horologiu : immutum solūmedo, & positionis, & supputa-
tionis ordine. Quæcunq; enim in quadrāte B C defit ipsius, ea uenit in C D respō-
denter absoluenda,& econtra : propterea q; in occidenteiplano,quadrās B C septē-
trionalis efficitur,C D uero quadrās cōvertitur ad Austrū.Oportet aut̄ huiuscemo-
di horarū delincamēta,ad meridianam Ecclesi regionē inclinari.Nō est igitur opus
nouo documēto,præter quām,quod ipsiſ horarijs lineis suos adaptes numeros:ut=
poti,ipsiſ A E primā horā pomeridianā deputando,sequēti secundā,succedenti ter-
tiam,& cōsequenter ita,usque ad sextā,quæ rursum cadet in rectā I K, & octauam
aut (si uelis) nonā,quæ rectā G L terminabitur. Veluti sequēs indicat formula,ad
eādem polarem eleuationem 48 graduum,in exemplum responderter fabricata,

Figura occidē-
talishorarij, po-
meridianis ho-
ris inferniētis,
priori respon-
dēns, ad eādem
poli sublimita-
tē 49 gradū.



Cur autem

- 6 Cur autem in eiusmodi lateralibus horologis, ortum vel occasum directe prospicetibus, hora meridiana, hoc est, duodecima minime inscribatur, ex eo prout venit: quoniam Sole ad Meridianum perueniente, umbra stylis horarum indicis, cum utroque piano efficitur parallela. In parte siquidem orientali, eadem umbra, post horam undecimam, reflectitur ad Austrum: post duodecimam autem horam, ipsius stylis umbra ad planum occidentale conuertitur.

Propter quid
hora 12 in p[ro]p[ri]a
tis lateralibus
horologis non
designatur.

PROPOSITIO

DECIMAE TERTIAE.

Eadem horarum discrimina, super piano Horizonte orthogoniter intersectante, ad Meridianum autem ultra citronae inclinationis: in quauis exaltatione poli conformiter depingere.


- 1 T ALES SVNT DOMORVM PARIETES, QVOS A VESTI orientis, vel occidentis aspectu, ad australem ipsius Meridiani superficiem plerunque uidemus inclinatos: hoc est, in rectum ipsius Meridiani minimi constitutos, neque rectos cum eodem efficientes angulos. Operaque premium est itaque primum examinare, quantus sit eiusdem inclinationis angulus: quem hac industria colligemus. Sit parietis superficies, siue planum ABC, ad rectos super Horizontem incidentes angulos: cuius australis latus AB, a uero oriente C, ad ipsum Meridianum inclinetur. Igitur super Horizontali, & circu[m]posito piano, & circa datu[m] signum B, describe circuli segmentum DEF G, parietem utrobique tangentem: in quo protrahito linea meridianam BE, eum AB latere ad rectum angulum conuenientem. Et per idem signum B, delinquo rectam atque transuersalem DBF, cum eadem AB meridiana orthogonala, uero orientis, atque occidentis puncta dentantem. Diuide postmodum quadrantem EF, in 90 partes aequales: deinceps obseruato, quot partium erit arcus FG, qualium EF quadrans est 90. Nam ipsarum partium complementum, propositum indicabit angulum: quantum uidelicet fuerit arcus eiusdem circuli D E F G, a puncto G usque ad productam lineam meridianam intercepitus, qui uniuersum cum ipso FG quadratorem integrare uidetur.

Dato piano su[m]
per Horizonte
perpendiculare,
& ad meridi-
anum inclinato,
quatus sit incli-
nationis angu-
lus reperi.

- 2 Vt in depicta figura, quoniam arcus FG, est 60 partium, qualium EF quadrans 90: cõclades propterea reliqua parte, hoc est, datu[m] inclinationis angulum, fore partium 30 similium. De ceteris idem responderenter iudicato.


- 3 SCOGNITO Igitur inclinationis angulo: ad datam quauis poli sublimitatatem, lineas horarias in hunc modum cõsequenter figurabis. Describantur in primis super oblato piano due lineae rectae, BC & DE, in puncto A feso orthogonaliter dirimentes, quarum altera, utpote BC, in Horizontis superficie demittatur perpendicularis: reliqua uero, scilicet DE, eidem Horizonti constituantur parallela, erit enim BC, linea meridiana describendarum horarum: DE autem, ipsius Horizontis linea non indecenter appellabitur. Et centro A, interuallo autem libero, describe circuli quadrantem CD: quem in 90 partes inuicem aequales, solito more partire. Supputa postmodum a puncto D uersus C, datam poli sublimitatem, finemque obliquata littera F: & connexa AF recta, protrahito rectam FG, super AD perpendicularem, erit igitur triangulum AFG, rectangulum: atque simile triangulo, iuxta doctrinam

Qualiter super
cõdato piano, co-
gnito inclina-
tionis angulo,
hor[us] ipse deli-
neatur.



ORONTII FINEI DE LPH.

doctrinam primæ propositionis figurato. Rursum, à puncto C uersus D, supposito ipsius anguli, uel inclinationis dati plani quantiam; trahitoq; ex centro A, per suppositionis terminū, rectā A H. Data insuper AG recta, seetur illi æqualis AH: & à puncto H, demittit perpendicularē super AC, ipsi quidem AD parallelā, siq; II: cui rursum æqualis seetur ex AD, à signo A uersus D, quæ sit AK. Constitue præterea rectam AB, ipsi FG æqualem: erit enim B, centrum delineandū horarum. Duc igitur consequenter ex B, in K, rectam lineam BK: in cuius rectum, triangulis horarum index, tandem constituetur. Per datum insuper signum K, transversalis agatur LKO, cum eadem BK orthogonalis, intersecans meridianam BC in signo quidem O, et ulro citroq; signum K in directum quantumlibet extensa: à qua quidem linea, secat K L, ipsi A in præcise exæqualem, & connectito rectam BL. Indicabit enim KL, quantum extollit debeat prominēs horarū index, ex B centro demittendus: BL, autē ipsius indicis longitudinē. Ducto rursum, ex pūcto K in BL rectā, perpendicularē KM: nam hæc, semidiæmetrum Aequatoris horarū designabit. Truncabis igitur ex recta BK, à puncto K uersus B, ipsi KM æqualem, utpote KN: erit namq; punctum N, centrum ipsius Aequatoris, ex quo futurarum horarū producentur lineamenta. Centro ergo N, interualllo autem NK, figurato circulum Aequatorē PQR S, rectam LKO ad amissim contangentem: quæquidem circulum PQRS, binis diametrīs PR & QS, in 4 diuide quadrantes: sic tamen, ut ex tensa RP cadat in punctum O, ubi contingentia linea LKO secat BC meridianam. Quilibet demū Aequatoris quadrantē subdividito in 6 partes æquales: & ex centro N, per 6 diuisiones ante, toridemq; post signum K, subtilibus emissis lincolis, in contangentem LKO signillatim incidentibus: producito tandem ex centro OB lineas horarias, in qualibet diuisione ipsius LKO sèpius expresso modo coincidentes, una cù eidē LKO parallela. Quas quidē lineas horarias suis ornato numeris, intra lineatos circa B centrū semicirculos, à sinistra uersus dextrā ordinatis: sic tamē, ut duodecima siue meridiana, in recta BC terminetur. Erige finaliter propriū horarū indicē, super rectā BK orthogonalē, ad similitudinem triaguli BLK fabricatum. Quemadmodum ex subiecta potes elicere figura: ad latitudinem 48 graduum, supposita dati plani ab ortu ad Meridianū inclinatione graduū 30, in exemplum delineata.



4 Quantò minor igitur in orientalibus horologis fuerit angulus inclinationis ipsius plani, tantò plures inscribentur horæ antemeridianæ, post meridiem autem deseruientes pauciores : cuius oppositum occiduius horologis necessum erit accidere : Nam horologia quæ ortum directè respiciunt, antemeridianis horis : quæ autem propestant ad occasum, pomeridianis tantum accommodari, quemadmodum ad Austrum cōuersa, & ante, totidemq; post meridiē horas admittere, supra monstrauimus. Vnde fit, ut inter ortum uel occasum & ipsum meridiem constitutis, plures antemeridianæ quām pomeridianæ, uel econtrariò, describantur horæ : pro clara planorum ad ipsum Meridianum inclinatione.

5 S P C V M A V T E M P L A N V M ab occasu uersus eundem Meridianum inclinabitur, prospectans inter ipsum occidentem & meridiem : non aliter figurabis hora rū linea menta, quām supra tradidimus, inuerso tantum singulorū ordine, hoc est, quæ de extra sunt uersus levam, quæ autem levam dextrorum annotabis : obserua ta tum linea mentorum, tum etiam literarum simili contextura, immutatis quoq; horarum numeris, prout singulorum uidetur exoptare respondentia. Quæquidē omnia, cùm ex prædictis, coadiuante figurata descriptione, colligere sit admodum facile : uerbum addere, superfluum existimamus.

Corollariū nos tandem,


Idē horologii
in plano occidē
tali responde
ter figurare.

P R O P O S I T I O

D E C I M A Q U A R T A .

¶ Instrumentū portatile construere : quo tam hōrū, & ontalia, quādū verticalia, pendula, uel lateralia indiffe renter componuntur horologia, etiā quacunq; inclinatione plani, atq; poli sublimitate data.

I A C C I P E L A M I N A M V N I F O R M E M , A T Q V E R O T V N D A M ,
ex ebore, cupro, uel aurichalco, aut quauis alia materia solida, diligenter
præparatā, in qua, circa datū A centrum, describe circulū Aquatorē B C D E :
quem tādē
in 24 equa
lia distri
bue hora
rū interval
la, suis di
stincta li
neolis, atq;
proprijsor
nata nume
ris, sicutq; re
cta C E, li
nea utri =
usq; horæ
duodeci
mæ , siue
meridiana,
BD autem
in transuer
sum ortho
gonaliter a
cta, uera or
ientis ac
occidentis
puncta

Aequatoris ad
uniuersam ho
rarū inscriptio
nē indifferēter
accōmodi sic
cincta descri
prio.


Fīgura eiusdē
Aequatoris ho
rarij omniplā
no aq; regioni
deseruentis.

puncta denotans, utriusq; horae sextae colligata: in hunc quidē modum, ut in dimidio Aequatore C B E, 12 antemeridianæ, in reliquo autē E D C, totidē pomeridianæ designentur horæ. Quibus absolutis, sitio per A centrum, cylindricum & excavatum axem, ad rectos ultra citroq; prominentē angulos, sitq; F G: intra quem aliū, & intra hunc tertium, & si uelis quartum, itidē excavaūt axem imponito, tali quidē industria, ut interiores ab exteriori, hoc est, sixo, semouerit facile possint. Cum enim prominentes ē parietibus siue planis horarum indices, intra hunc axem F G sint (uelut infra dicitur) immittendi, cosdemq; uariæ contingat esse crassitudinis: idcirco per hanc intrinsecorum axium excoigitam additionem aut subtractionem, idem axis F G singulis horarum indicibus indifferenter accommodabitur. Opus est tandem filo quopiam tenuissimo, sufficenter longo: quod uel circum A centrum, uel ipsius axis extremū colligatum, per singulas horarum distinctiones, in ipsa plana

(uelut infra monstrabitur) extēdemus. Fabricanda sunt præterea, ex electa materia, gemina & oblonga solida parallelepipedā, cuiusmodi sunt A B & B C, in puncto B taliter inuicem connexa, ut eadē simul iungere, uel in rectum angulum extire non sit difficile, productis per medium utriusq; plani interioris A B atq; B C linearis rectis: in quorum altero, ut pote crassiori A B, impones acum virtute Magneti imburam, excavato inter A & B orbiculo repositam, demittesq; filū seu chordulam ex puncto A, duplē cīciter longitudinis ipsius AB. Deinde per doctrinam septimæ propositionis, obsignabis in recta B C, à puncto quidē B uersus C, polares uulgarium climatum altitudines: perforabisq; tandem earundem polarium sublimitatum distinctiones, ut in singula foramina filum ex A prominēs faciliter intromittatur. In hunc siquidem modum, cuiuslibet climati proprium conficiemus triangulum: cuius adminiculo, describendarum horarum indicem sub axe Mundi locabimus. Posset autem propriæ regioni suum conficeretur triangulum, iuxta doctrinam prīmæ propositionis, scorsum separatum: quale tibi repræsentat D E F, ad latitudinem 48 graduum, in aliorum exemplum figuratum. Quod dum efficere uolueris, ipsum triangulum excavabis: & super intrinseca basis superficie, acum impones Magnete solito more delibtam, quemadmodum obiecta uideatur indicare figura.

De proprio cuiuslibet regionis triangulo scorsum fabricando.

Qualiter horas logii in planis sup axe Mundi constituit per hoc instrumentum modum. Figito super ipso plano, solidū ac rectissimum quicquidem futuraruū horarū indicem, eidē plano æquidistantē seu parallelū: sub ipso quidē Meridiano, atq; in rectū axis Mundi (adminiculo proprij triāguli) constitutū. Deinde, imponito præfatuū in dīcē per excavaūt axem F G (depositis, uel adiūctis interioribus fistulis, pro ipsius indicis magnitudine) & moueto tādiu Aequatorē B C D E, donec sub medio locetur indicis, & recta C E in directū ipsius Meridiani (officio perpendiculari) collocetur. Circunligato postea filo ipsi axi F G, iuxta centrum A, & immoto Aequatore: extendito filum ipsum per singulas horarum distinctiones, in datum planū incidentes, facitoq;



*S*HIS IN PERTVVM usum ita præparatis, cūm super dato quoouis planō in rectum axis Mundi cōstituto, horas ipsas delineare uolueris: facito in hunc hoc instrumentum modum. Figito super ipso plano, solidū ac rectissimum quicquidem futuraruū horarū indicem, eidē plano æquidistantē seu parallelū: sub ipso quidē Meridiano, atq; in rectū axis Mundi (adminiculo proprij triāguli) constitutū. Deinde, imponito præfatuū in dīcē per excavaūt axem F G (depositis, uel adiūctis interioribus fistulis, pro ipsius indicis magnitudine) & moueto tādiu Aequatorē B C D E, donec sub medio locetur indicis, & recta C E in directū ipsius Meridiani (officio perpendiculari) collocetur. Circunligato postea filo ipsi axi F G, iuxta centrum A, & immoto Aequatore: extendito filum ipsum per singulas horarum distinctiones, in datum planū incidentes, facitoq;

facitq; notasad singulos ipsius fili contactus, per quas (deposito primum Aequatore B C D E) trahito lineas, ipsi quidem indicat, atq; inuicem parallelas, quas suis ornato numeris, pro horarum ipsius Aequatoris respondentia: quemadmo^s dūm ex decima, atq; duodecima potes elicere propositionibus. Cum autem axis Mundi datum planum offendetur interfecare (ueluti horizontalibus, atq; uerticallibus, ceterisq; similibus uidetur accidere planis) infigidens est primum index horarius, ex dato plani signo prominens, & instar axis Mundi (officio suprascripti trianguli) hoc est, in rectum ipsius fili, seu lateris angulum rectum subtenden^{tis}, dirigendus: indicabit enim subtensa, ipsius axis uel indicis depressionē, aut elevationem, acus autem, quantūm oporteat eundem axem ultro citroq; declinare. Hunc postmodum ita iustificatum indicem, immittes in excavatum axem FG, ipsius Aequatoris B C D E, quemadmodum nuper expressimus: diuertesq; huc uel illuc Aequatorem B C D E (ad iustum quidem examen perpendiculari) donec recta C E, sub Meridiano rursum constituantur. Quo facto, & immoto Aequatore, produces filum ex prominente indicis uel axis extremitate, per singulas horarum diuisiones in datum planum incidentes: obsignabisq; singulos fili contactus, ad quos ex puncto, à quo axis uel index demittitur, horarias lineas suggillatim figurabis, proprijs horarum numeris insignitas: prout quidem ordo requirit, & ex praecedentibus propositionibus colligere uel facile potes.

Ut eadem horarū lineamen ta super planis axem Mundi se cantibus, eiusdem Aequatoris officio describantur.

PROPOSITIO

XV.

Horologium hemisphericum concavum, hoc est, in dimidiate excavatae sphære superficie depingere.


SIT HEMISPHERIVM EXCAVATVM, EX LIGNO, politōue lapide, aut quavis alia solida materia studiose præparatum, A B C D: cuius orificialis, siue terminatiuus circulus A B C D, Horizon^s Horizon. tem repræsentet, quem quidem Horizontem A B C D, in quatuor diuidito quadrantes, eisdem punctis A, B, C, D: quorum A uerum detinet orientem, B septentrionem, C autem occasum, & D meridiem. Sumpta postmodum flexili quamiam, atq; instar semicirculi A B C, aut C D A incuruata regula: geminos fugurato semicirculos A E C, & B E D, in centro seu medio hemisphærij puncto E, ad rectos sese dirimentes angulos, & uniuersum hemisphærium in quatuor quartas separantes. Repræsentabit enim B E D semicirculus, partem Meridianus. ridiani subterraneam: A E C uero, dimidium uerticalem circulum eundem Meridianum orthogonaliter intersectantem. Diuide consequenter quadrantem E B septentrionalem, in 90 partes inuicem æquales: earundem partium numeris, à puncto B uersus E distributis. His ita constructis, supputa in eodem quadrante B E, à signo quidem E uersus B, datæ regionis latitudinem, seu poli borealis elevationem, ad quam iuuat horologium ipsum fabricare: & fini supputationis adjicito notulam F. relinquetur igitur arcus F B, ipsius polaris altitudinis complementum: cui obsignabis æqualem arcum in D E reliquo quadrante, à puncto E uersus D, utpote E G. Erit ergo F G, quadrans ipsius Meridiani B E D: punctum uero G polus Aequatoris sub Horizonte depresso. Centro igitur G, interuallo autem G F (hoc est, posito altero circini pede in G, altero in F coextenso) describe dimidium Aequatorem A F C, per A & C Aequator. Z puncta

Altitudo poli supputanda.

ORONTII FINEI DELPH.

puncta transcutem. Sumpta postmodum maxima Solis declinatione, ea supputetur in quadrante B E, ultro citroq; punctum F: ob signatis ipsius declinationis terminis, I & K notulis. Posito rursus altero circini pede in punto G, & reliquo ad punctum I coextenso, describito partem Tropicī Capricornī K I L, & rectō circino usq; ad H, figurato respondentem Tropicī Cancerī portionem, suū per Horizontem praesumptae regionis derelictā. Diuide consequenter utrūq; 3 quadrante A F & F C, ipsius Aequatoris A F C, in sex partes adiuicē aquales: quæ simul iunctæ, 12 horarum æqualium interualla representabunt. Quibus absolutis, describe lineas horarias: in hunc quidem modum. Aperi circinum ad magnitudinem quadrantis A F uel F C: & posito altero pede in singulis divisionibus ipsius quadrantis A F, extende reliquū in quālibet quadrantis F C diuisionem, & inuariato circino describito lincales arcus, Tropicos K I L & M H N nusquam (si uelis) egradientes. Tra ducto rursus pede circini (eodem circino semper in variato) in singula diuisionum pū etiæ quadratis F C: describito uersa vice, per singulas diuisiones ipsius quadrantis A F, reliquos ho-

Hemisphærii
& excavatio
relogij exem
plaria deline
tio, ad latitudi
nem 48 gra
duum, prout
ipsum patitur
planum figura
ta.



rarum areus, prioribus & ordine, & numero, atq; magnitudine respondentes. In quoemq; enim Aequatoris punto, alterum circini pedem imposueris: reliquū in proximè succedentem sextam diuisionem cadere necesse est. Poteris autem (si libeat) per superius memoratam, flexilem, & in acutiem utrobiq; tendentem regulam, ad dīmidium Aequatorem A F C incuruatum, eisdem horarias absolue lincas: eadem regula ex punto G, per singulas Aequatoris diuisiones co extensa, lincatisq; à tropico in tropicum arcibus. Hos tandem arcus horarios, altero duorum modorum circinatos, suis ornabis numeris, à punto C, per F, uersus A, suo ordine, atq; pro earundē horarū ratione distribuis. Neq; obliuiscaris oportet, ante sextam matutinam uersus C, atq; sextam uespertinam post A, tot horarum interualla in Cancerī tropicum incidentia, forc connectenda: quot maximæ diei artificialis, addatam poli sublimitatem, uidetur exoptare quantitas. Quemadmodum ex ipsa potes elicere figura, ad polarē elevationem 48 gra

duum, in exemplum delineata.

Notandum,

SQVOD

5 **S**O Q V O D S I I V V E T , inæqualium horarum distinctiones ipsi horologio coaptare : facito in hunc modum, diuidito arcum tropici K I L , atq; M H N in sex partes inæquales : & à qualibet unius divisione, in quamlibet alterius divisione, per respodentia Aequatoris puncta (quæ sunt totidem numero) admíniculo nuper expressæ flexilis & arcuata regula, singulas horarum inæqualium trahito distinctiones, iunctis proprijs cuiuslibet inæqualis horæ numeris, ab occidua Horizontis parte L N , per meridianum I H , ad ortuam K M , pro distarum horarum ratione distributis. Quasquidem inæquales horas, tum proprio colore, tum numerorum differentia, ab ipsis æqualibus distinguere poteris: quæ admodum ex antecedenti potes elicere figura, in qua placuit æquales horas clementis arithmeticis, inæquales autem vulgaribus literis annotare. Erigendus est tandem stylus quispiam admodum subtilis, ex centro E , tantæ præcise longitudinis, quantus est semidiameter Aequatoris A F C , uel Horizontis A B C D : tali quidem industria, ut eius extremitas in centrum ipsius cadat Horizontis. Collocandum est demum ipsum instrumentum super inuentam linam meridianam: in hunc quippe modum, ut semicirculus B E D in rectum ipsius linea meridiana consistat. Ni forsitan portatile feceris instrumentum, & suerit ipsiusacus admíniculo, idem horologium quoties fuerit operæ precium, in debitas Vniuersi conuertere partes: tuncq; ipsam acum, uel in ciudem horologij concavitate, inter E & G excavato orbiculo, uel in deformato extrinsecus instrumenti pede collocabis. Quomodo cunctæ autem feceris, semper umbræ ciudem stylis cacumen uel extremitas, horas ipsas, luente Sole, demonstrabit: parallelus autem per umbras ueritè imaginatus, diei artificialis quantitatatem, ortum Solis & occasum respondenter ostendet.

6 **S**O N O N P A R V V M A V T E M instrumento præstare uideretur ornatum, si præter tropicos signorum annotantur distinctiones: suppeditatis eorumdem signorum declinationibus ulro citroq; signum F , & per cuiuslibet decim nationis terminum producto circa centrū G parallelo . Possent enim circa centrum E , per quamlibet diuisionem, sive partem ipsius quadrantis B , altitudinem circumlineari parallelī. Itcm (modò id patcretur instrumenti magnitudo) uerticiles inscribi circuli, à qualibet Horizontis A B C D particula, seu quauis alia distributione, in punctum E , uertici oppositum convenientes. Prestarent enim ipsius Solis & locum & altitudinem, & reliqua ex huiuscemodi circulorum rationibus pendentia . Sed cum hæc omnia, ex his quæ in Cosmographicis tradimus, atq; supradictis omnibus colligere sit admodum facile: his finem imponendo, singula pro tuo iudicio, uel arbitrio relinquimus absoluenda .

PROPOSITIO

xvi.

Eadem horarum lineamenta super extrinseca hoc est, conuexæ eiusdem hemispheric corporis superficie, respondebiter delineare.

Inæqualiū horarum in codice intrumento de signatio.

De stylo horarum indicie, sim, atq; in ciudem horologij.

Ut signorū, & parallelorū, altitudinum, atq; uerticallū, circulorum addē dæ distinctiones.

HA V D D I S I M I L I V I A, HOROLOGIVM HEMISPHÆRICUM, sed conuexum, super extrinseca cuiuslibet dimidiæ sphæræ superficie delineabitis: omnibus quæ intra concavum proxima docuit inscribere propositio, deorsum super idem conuexum conformiter obseruatis. eadem nanci uidetur esse lineamentorum respondentia. Describes itaq; primū Horizontē

ORONTII FINEI BELPH,


Succincta hu*sus* ABCD: quem Meridiano B E D, atq; uerticali circulo A E C, in E uertice, seu ius hemisph^{eric}i horarij ex polo Horizontis, ad rectos fere dirimentibus angulos, in quatuor quadrantes separatis, delineat. Diuides consequenter horalem Meridiani quadrantem E B, in 90 partes inuicem æquales; obsignabisq; ab E uersus B, datae regionis latitudinem, ad

quam uis horologium ipsum componere, sitq; rursum E F. Huic præterea conſtitutes æqualem arcum D G, qui polarem altitudinem eidem latitudini E F in data regione respondentem, ostendat; cuius complementum G E, æquum sit complementum F B, hoc est, datae Acquatoris in præassumpta regione sublimitat^e.

Quibus ita paratis, describes postmodum ipsius Acquatoris partem superiorem A F C, binoscq; Tropicos K I L, & M H N, unà tamen cum parallelis circulorum sectionibus, signorum interualla, ad iustam ipsorum declinationem obseruata, distinguuntibus: idq; circa punctum G, siue polum arcticum super Horizontem eleuatum. Deinde, horas ipsas tam æquales, quam etiam in æquales delineabis, officio quidem circini, uel ipsius flexilis & incuruata regula administriculo: adiunctis utriusq; ordinis horarū numeris, inuicem aut uarietate characterum, aut colore distinctis. In summa, quæcūq; de cœauo nuper descripsi mus, ea super solido responderter obseruabis: neq; opus esse reor ampliori descriptione. Veruntamen stilus ab E uertice sursum perpendiculariter erigendus, indeterminata poterit esse longitudinis: quātuncunq; enim parvus, hoc est, breuis extiterit, semper umbra in ipsam sph^{er}am extendetur, propter ipsius globi rotunditatem. In quorum omnium clariorē elucidationem, sequentem accipio figuram, ad prius assumptam latitudinem, seu poli borealis elevationem 48 graduum, pro parte tantum delineatam: nam integrā describere contexturam, planū ipsum non patitur. Situabistandem ipsum hemisph^{eric}ū & cōnexum horologii nō aliter, quam excavatū: officio quidē lineæ meridianæ, uel administriculo ipsius acus attractiua Magnetis uirtute delibata, in E quidem uertice, aut quovis alio decēti loco, de more collocata. Quanquā enim ex ipsa figura solas horarum distributiones, præcipuoq; circulos abstrahere tā tūmodō liceat: sunt tā mē reliqua pro tua in genij dexteritate supplendit, ipsiusq; instrumentibasis, hoc est, pars inferior, sub Horizōte, quadrangula, tornatilis, aut alio quo uis modo figuranda.

Durum enim esset singula, in cuiuslibet instrumenti reiterare descriptione. Horas autē ita cognosces. Animaduertito lucēte Sole, ubinam umbra stili partē Solis, hoc est, paralleli per datū Solis locum

Repræfatio
horologi folia
ris, super hemi
sph^{eric}a, sed
curvafus con
uexa superficie,
formicēus delineati ad la
titudinem, seu
poli borealis elevationē 48.
graduum.



Iocum transeuntem, intersecat: nam ibidem horarit̄ conuenientes lineæ, desiderata tam tum æqualem, tum inæqualem horam denotabunt. Reliqua perūia sunt, uel ipsi rudissimo prima fronte manifesta.

PRÆPOSITIO

XVII.

*Ex supradictis omnibus, multiforme quoddam, ac usi*u*cundum horologium,
diuersis horarum lineamentis ornatum: ad datam quan*u*is
poli sublimitatem, seu regionis latitudinem,
succincte colligere.*


- P**OSSUNT EX PRÆDICTIS OMNIBVS, ETIAM in eodem corpore uel instrumento, multiformes simul componi horologiorum rationes, quoad horarum ostensionem in eadem elevatione poli conuenientes, uisui quidem non paruum præstantes oblectamentum: inter quæ succedens, in aliorum exemplum tibi sclegimus, nobiliora, magisq; vulgata recipiens horarum linea*m*enta. Sumbendum est itaq; solidum quoddam multilate*r*um, ex electa materia instar succendentis figurae præparatum: cuius partes, pro describendorum horologiorum numero, atq; ratione, in huc modum fabricentur.
- 2 In primis, super verticali piano A B E, Horizonti parallelo, formabis dimidiām sphæram: in cuius extin*s*eca seu conuexa superficie, ad datam polarem altitudinem, horarum delineab*i*s interualla, unā cum signorū distinctionibus, & cetero ad uerticem indec*e*, per antecedentem proximam, & in ordine decimam sextam propositionem. Dispones consequenter planum B C F, à recta B E uersus Austrum penderet inclinatum, quadrilaterum quidem & altera parte longius, atq; in rectum axis Mundi pro data poli sublimitate constitutum: in quo parallelas describes horarum distinctiones, erecto tandem ad perpendicularum horarum indec*e*, iuxta doctrinam ipsius decimæ propositionis. Dein succedat planum C D G, in Horizontem perpendiculariter incidens, & ad Austrum rectissime conuersum: in quo, circa datum in eo centrum K, figurabis horologium verticale, ad præassumptam poli sublimitatem, ueluti tertia, uel quarta propositione docuimus.
- 5 Huic autem verticali piano, cohæreat orthogonaliter planum horizontale D H I: et in eo, circa datum centrum L, circinetur horarum rationes, per secundam, uel quartam, aut quintam propositionem: ea tamen industria, ut axis K L, triangulumque K L M, utriq; & horizontali atq; uerticali deseruat horologio. Inter haec autem plana C D G, & D H I, promineat horariū æquinoctiale N M O, excavatum quidem, ac pro complemento datae polaris altitudinis sursum horizontem eluatum, quemadmodum ex octauapotes elicere propositione: tali quidē ingenio, ut axis K L, per centrū eiusdem horariū traducatur, sicut communis ipsius æquinoctialis, & duorum cum eodem connexorum horologiorum index. Debet autem omnī horū & similiū similiterq; positorū solariū horologiorum lineæ meridianæ, in directum conuincire: ut per medianam totius instrumenti protractæ longitudinem, sub eadem colloctetur linea meridiana, iuxta doctrinam sexti capituli libri secundi Cosmographiæ nostræ ubilibet adiuueta. Aut si portatile seceris ciuscemodi instrumentū, imposta acu Magnetis uirtute delibata, in excavato super horizontali piano D H I orbiculo: singulare suprascriptorum horologiorum descriptiones, ciudem acus adminiculo, in suas partes diuertantur.

Z 3 Reliqua

ORONTII FINEI DELPH.

Reliqua tandem plana, inuicem atq; Meridiano parallela, lateralibus horarum inscriptionibus accōmodabis: dextrum quidē & orientale A B C D antemeridianis, occiduum autē siue latum E F G pomeridianis earūdem horarū distinctionibus. Quasquidē lateralium horarū rationes, et si duodecima propositione sufficiēter expreſſerimus: nihilominus tamen, earūdem horarum inscriptionem, hoc in loco facilitare non grauabitur, idq; in orientali & obiecto plano A B C D,

Lateralium horarū huius instrumenti descriptione faciliter.



Habes itaq; primū rectā lineā B C æqualem, atq; similem, similiterq; positam cū ipsa A F, trianguli A F H, uel H I trianguli A H I, iuxta documentū prīmā, propositionis fabricati. Ex quo quidē triangulo A H I, sumes rectā H L: cui secabis æqualē ex B C, à pūsto C versus B, sitq; C P. Erige consequēter rectā P Q R, in eandem BC perpendicularē; supra quā describe circulū occultū P T R, horariū Aequatorē repræsentantem

repräsentantem, ipsi nō circulo, per eandem primam propositionem circinato, prorsus æqualem, contangentemq; rectam BC. Per cuius circuli centrū Q, trahito rectam QT, cum ipsa PR orthogonā, atq; ipsi BC parallelam: nā hæc finē horæ sextæ designabit. Dicito postmodū rectā & occultā lineā s T, ipsi PR & quidistantē. atq; circulum PT R, in T signo contangentem. Et diuisio utroq; quadrante PT atq; TR, in sex partes æquales: absoluuto reliquarum horarum lineamēta, velut eadem duodecima propositione præcepimus, & ipsa præcedens uiderit indicare figura.

8 Nec aliter in occidentali plano EFG, similem horarum pomeridianarum con= Notandum. texturam delineabis: imo si uelis, expeditiori via. Nam alterutro laterāsum ho= rologiorum absoluto: reliquum officio circini, per singulorum interuallorum atq; linearum transpositionem, obseruata carundem horarum respondentia, citius dicto perficere poteris. Quæ quidem omnia, decorem uel usum ipsius instrumenti respi=cientia, & similium quoruncunq; horariorum his adiungenda (cū uolueris) di=scrimina: tuæ discretioni uel industriae, & ex supradictis omnibus colligenda, ab= soluendaq; relinquimus.

P R O P O S I T I O

X V I I I .

Qualiter Horarum nocturnum, per stellarum fixarum observationem fabricetur, paucis declarare.

I V V A T A L I Q V A N D O N O C T V R N O T E M P O R E horarum obseruari rationes, at quoniam solaribus radijs patens ipsius habi= tabilis tunc priuatur hemisphæriū: idecirco stellarum fixarum (quæ nun= quam uidelicet occidunt, & circa eleuatum Mundi polum arcticum, completam super Horizontem uidentur adimplere rotationē) id facere cogimur adminiculo.


Enīs itaq; stellis, in primis opus esse non ignores: altera quidem ipsi polo arcti= couincissima, nautarum (ut aiunt) directrice, quam minoris Vrsæ caudam termi=nare describunt Astronomi: altera uero remoto, & liberè circum electa.

Porro inter ceteras ea uidetur esse commodissima, quæ in ipsius minoris Vrsæ dorso collocata, australē postre= mi lateris partē obtinere dicitur ab Astronomis: est enim omnium quæ in Vrsæ minore fulgentissima (nempe ma=gnitudinis secundæ) & in rectam lineam, nulla alia interci= dente stella, cum ipsa polari conueniens. Quemadmodū obiecta minoris Vrsæ, ad uerum situm effigiata, constel= latio monstrat: in qua polaris A, & quæ simul uenit ob= seruanda B. Huius itaq; stellæ uerum locum in Eclipti= ptica octauī orbis, ad tua supputabis tempora. Nos autem Locus stellæ da, gradus hoc nostra tempestate, hoc est, anno 1530,

iuxta calculum Joannis Verneri Germani Mathematici præstantissimi, eandem stellam B, septimum gradum, &

27 ferè mihi Leonis possidere. Examinato præterea, cum quoniam Eclipticæ gra=du eadem stella ad medium Cœli perducatur: per doctrinam secundi, quarti, & sexti problematum Joannis Regiomontani, in proprias directionum tabulas. Vnde præassumpcio tempore nostro, & dato eiusdem stellæ loco, qui supra memoratus est: collegimus tandem, stellam ipsam cum ultimo ferè gradu Librae ad medium peruenire Cœlum. Quem quidem ultimum Librae gradum, Solips post meridiā octauæ dici Mensis Septembbris, ex eodem calculo reperitur occupare.

Z 4 S H I S



Quæ stella cū
polari deligen=da.

Locus stellæ da

Gradus cū quo
stella Cœlū me=diat, obseruan=dus.

ORONTII FINEI DELPH.

Zodiacus circulus **S**OCIA PRAEMISSIS, super rotundo & ex electa materia præparato 3
latus describens.

plano, describe circa datum in eo centrum A, zodiacū círculum B C D E: circinatis circa
idem centrum A, 4 círculis inuicem concentricis & parallelis, tria quidem or-
bicularia distinguentibus interualla. In quorum exteriori & omnium maximo,
12 signorum intercapedes proprijs lincolis separabis: inscriptis eorundem si-
gnorum characteribus, aut nomenclaturis. In medio autem interstitio, subdiui-
So accipito postmodum alterum planum, itidem circulare, subtiliter admodum preparatum, F G H I : cuius semidiameter, interioris circuli superscripti Meridiani si semidimetro sit æqualis, eius uero centrū A rursum litera notatum, promineatq; uersus F extrema quædā indicis particula. Iterumq; circa idē centrū A, aliū describito circulum K L M N: quem Meridianum itidem, sed mobilem appellabis, eidem F G H I parallelum, tantuq; ab ipso distantem quanta est semidiametri eiusdem F G H I pars septima. Hos autem binos atq; inicem concentricos círculos, in quatuor diuidito quadrantes: axe quidem Mundi F H uel K M, atq; linea Aequatoris, G I aut L N, ad rectos per A centrū sese dirimentibus angulos. Deferet enim circularis hæc rota, ipsum Zodiacum, unā cum horarū lineamētis. Quēquidem 4 Zodiacum, in hunc modum figurabis. Partire quadrantē K L, in 90 partes inicē æquales, solis quidem punctis, admodum ut subtilibus lineolis: in quo postea maximam ipsius Solis suppeditato declinationē, à puncto L uersus K, finemq; ob signato litera O. Dato autē arcu L O, facito eisdē æquales L P, N Q, & N R: trahitoq; rectas O Q & P R ipsi Aequatori L N parallelas, sitq; O Q Cancer tropicus, P R uero tropicum imitetur Capricorni. Connectito rursum subtilem admodum rectas O P & Q R, eundem L N Aequatorē in punctis S & T diuidentes. Et centrī S & T, interualis autē S O uel S P, atq; T Q, uel T R, occultos describito semicírculos, O V P & Q X R: hos Aequator L N, diuidet bisaria in punctis V & X. Diuidito igitur quemlibet

Quemlibet utriusque semicirculi quadrantem in tres partes Aequales, & per quamlibet unius in respondentem alterius distinctionem, rectas producito lineas, inuenientur atque supradictis parallelas, in circuferentiam Meridiani K L M N terminatas: distinguent enim cum ipsis Tropicis & Aequatore, sex signorum interualla, que bis sumpta efficient 12. Quod si per cuiuslibet harum linearum utruncq; terminum applicata ex A centro regula, extra circulum K L M N, rectas eduxeris lineolas: habebi propriam separabunt spaciola, in quibus signorum poteris inscribere characteres. De partibus eorundem signorum, haud secus uelut intelligas: subdiuidendo quilibet tertiam partem ipsorum quadratum in tres rursum partes aequales, uel in plures, pro ipsis plani capacitate, & reliqua demum ueluti nunc expressissimus respondenter absoluendo. Vel ut ipsa quae sequitur figura manifestat. Poteris autem lineas signorum initia distinguentes, ab intermedio proprio separare colore.




Figura deferens zodiacum unde cum ipsorum aequalium horarum universa contextura.

His ita constructis: describes consequenter ipsarum horarum interualla. Vnde primum annotabis, ipsum Meridianum K L M N, utruncq; duodecimam: Axem uero K M, utruncq; distinguere sextam. Reliquarum autem horarum discrimina, hac arte delineabis. Diuide quemlibet quadrantem eiusdem K L M N Meridiani, in sex partes inuenientem aequales: & per quaslibet diuisionum notas, ultero citroq; punctum L aut N aequè distantes, applicato regulam, obsignatoq; singulas eiusdem regulæ cum L N Aequatore sectiones. Idem facito de utroq; Tropico: descripto circa ipsum quemlibet proprio circulo, eoq; in quatuor quadrantes, & quadrante quolibet in sex tandem partes aequales distributo. quemadmodum ex O Y Q Z circulo deprehendere potes. Quod si planum ipsum eosdem circumscriptos non possit admittere circulos, describes super utruncq; tropicorum dimidiū tantummodo circulum: facient enim satis in hac parte. Educito tandem per quaslibet trinas eiusdem horæ in Aequatore

Horarum interualla, qualiter separanda.

ORONTII FINEI DELPH.

in Aequatore atq; tropicis annotatas distinctiones, proprios arcus horarios: quorum centra in ipsa L N ultro ciroq; in directum extensa, paulatim inuestigabis. delineabis tamen cadem apertura circini, geminos horarum distictores: æqualiter scilicet à Meridianu distantes. Circuibo demum solitos horarum numeros, propria successione ab altera Meridiani parte in oppositam, & è contrario distractib;: quemadmodum præcedens uidetur indicare formula.

*Deteriori p-
nacidae p-
diculo defer-
te.*

*Supradictorū
colligatio.*

*Nocturnis
horis superad-
dendis.*

*Horā æquale,
lucet Sole, per
idē horologū
ubiq; terram inuenire.*

*Arcū semidiur-
num, ortūq; uel
occultū ipsius
Solis deprehendere.*

*Solis altitudi-
nē perferuntur.*


S FABRICATO inluper ex electa materia, triangulū rectāgulum: ad cuius 6 angulum rectū relinquito parvū orbiculū, cuius centru in ipso cōsistat angulo. In directum autem basis gemina collocato pinnacidia, è diametro perforata. Accipito postmodum semidiagrammum K L M N circuli: cui æqualem assignato in reli-

quod descendē latere, ab ipso quidem angulo sursum: sibi autē adiuncto prominentē quandā notulā subtiliter pertusā tam: unde pendeat filū, unā cum solito perpendiculari. Vt si subiecta ipsius trianguli descriptio monstrat. Tandem, imponito triangulum super F G H I differente, & utrumq; super B C D E circulum: & simul ita concluato, ut tam ipsi orbis F G H I, quam superincumbens triangulum, ad pulsum manū libere cōrredatur. Poteris quoq; (si libuerit) super ipsius instrumenti dorso, nocturnarum horarum addere contexturā: iuxta doctrinā is propositionis ipsius antecedentis primi librī.

S ABSOLVTA INSTRUMENTI FABRICA: CONSENTANS 7 necum esse uidetur, ut multiplicem eiusdem fructum, paucis eluideremus. In primis igitur, horam æqualem sive cōmunicem, cognito loco Solis, diurno sic obseruabis tempore. Supputetur data polaris altitudo in quadrāte B C, à puncto B uersus C: supra cuius finem, ipsius uolubilis orbis F G H I prominens index colloetur. Quo sic manente fixo, suspendito ipsum horologium per connexam armillam: obiectoq; dextram partem ipsius B C D E circuli ipsi Soli radiati, libere semper de millo trianguli perpendiculari. Dein elcuato, aut deprimito trigonum: quantum solaris radius transeat per ambo pinnacidorum foramina. Quo facto, uide ubinam filum intersecat parallelum loci Solis in coextenso Zodiaco notatum: nam illic desideratam simul offendes horam, antemeridianam quidem uel pomeridianam, pro dato ipsius temporis curriculo.

Quod si dextrum latus trigoni, in quo sunt adixa pinnacidia, super punctū B, 8 si Sol borealē perambuler Eclipticā partē: aut reliquū supra punctū D, si idem Sol australem occupauerit Eclipticā medieratē, collocaueris simulq; annotationis ciudem lateris cum parallelo loci Solis intersectionem: offendes in directū eiusdem intersectionis, horā ortus & occasus ipsius Solis: nēc ab eadem intersectione usq; ad meridianū, intercepitur arcū semidiurnū. Supplet enim ciudem modi trigoni latus, partē Horizontis circulū B D, sub eadem mobili rota F G H I delineati.

Ipsius quoq; Solis altitudinem, ita deprehendes. Obseruato singula, ueluti nūc expressimus: non secus, ac si datā horam uelis inuenire. Dein omnibus immobilitate stantibus, animaduertito quot fuerint gradus ipsius B C quadratis, à punto C usq;



utq; in coincidens latus trigoni (à quo uidelicet filum demittitur) nam tanta erit
ipsius Solis altitudo.

- io** Idem quoq; responderetur obtinebis, per datam horam, & cognitum eadem ho-
ra locum Solis, etiam absq; radiorum solarium obseruazione. Suspensiō nancp, &
ante oculos obiecto instrumento, si leuaueris aut depresso trigonum, pēdente filo,
quatenus ipsum filum super datam horae distinctionem atq; loci Solis parallelum
simul incidet: offendes in eodem quadrante B C desideratam (ueluti nunc ex-
pressimus) eiusdem Solis altitudinem.
ii Nec minus leuiter, in dato loco existentem poli sublimitatem obseruabis. Co-
gnita nancp Solis altitudine data quauiora contingente, per nunc citata docu-
mента: figito ad finem eiusdem solaris altitudinis, à puncto C uersus B numero-
tae, idem latus trigoni cui alligatur perpendicularum. Et suspensiō instrumento, ipsoq;
perpendicularē deorsum libere decmilo, immōto semper trigoно: uoluto tamd' u or-
bem F G H I, quoq; filum ipsius horae distinctionem atq; loci Solis parallelum si-
mul intersecet. Tunc enim index F, ipsius uolubilis rotæ F G H I, incidet in qua-
drantē B C, distinguetq; ab eodem puncto B, optatā poli sublimitatē. Reliqua tuo
submittimus īgenio, uel immutanda, uel peniculatiū discutienda.

PROPOSITIO

XIII.

Generale rursus horologium diurnis atq; nocturnis horis
ad commodum, circularibus armillis componere.

- 1** ABRICETVR IN PRIMIS, EX ELECTA MATERIA AR-
millā quādam circularis B C D E, moderatè crassa, latitudinis autem circi-
ter digitalis, ipsum repræsentans Meridianum: cuius centrum uocetur A.
Hanc ex utraq; parte in 4 diuidito quadrantes: horizontali quidem linea B D, atq;
uerticali C E, in A centro sece orthogonaliter diuidentibus. Diuidito postmodū
C D quadrantem in 90 partes æquales: ordinatis à puncto C uersus D, & è diuer-
so numeris, quinaria uel denaria successione distributis. Deputabitur enim quartæ
Meridiani, à vertice, per Mundi polum eleuatum, ad Horizontem interceptæ.
Ad uerticem autem C, suspensoriam armillam coaptato: ut pendente instrumento,
2 C E recta demittatur ad perpendicularum. Intra porrò hanc armillam meridianā
aliam imponito, eiusdem quippe materie atq; crassitudinis, sed paulò strictiorem:
sitq; F G H I, quam ex utraq; parte in 4 rursus diuidito quadrantes, productis uer-
sus A centrum lineolis, in punctis F, G, H, I, utrobiq; conuenientibus: talicq; artificio
cum ipsa colligato meridiana, ut intra eandem circunduci liberè possit, utriusq; su-
perficiebus à recto nusquam deuantibus. Vocetur autem haec armilla, differētia
gratia, deferens Aequatorem horariorum.
3 Aliam rursus armillam complete circularem, deferentem Zodiacum appella-
tam, intra hanc reponito, quæ sit K L M N: tali quidem industria fabricatam, ut cir-
ca duo puncta ipsius F G H I è diametro sumpta, ut porcè G & I, facile cirenducatur,
conuenientiū cum uolueris cum reliquis. Hanc primum, rectis K M & L N, in 4 di-
uidito quadrantes, quadrantibus ipsius F G H I ex utraq; parte respondentes. Et re-
licto digitali circiter orbe, unā cum brachiolis orthogonis centrum A deferētibus:
perforato reliqua, ut leuior eadem armilla reddatur. In qua postmodū, Zodia-
cum ita describito. Cirenducito armillam F G H I, quoq; G H quadrās sub ipso
quadrante C D, signum quoq; G sub C, atq; H sub D collocetur: sicutq; A M, M H, &
H D in directum constitutæ. Deputabis igitur A M Arietis atq; Libræ principij.
dein

Idz aliter ab
radiorum foli
rium inspeci
ne conclude.

Latitudinem re
gionis, seu pos
tem altitudi
tandem colligo.

Armilla me-
diana fixa.

Quadrans po-
ris altitudini.

Armilla suspen-
soria.


Armilla uel
lis, differens
Aequatorem
horariorum.

Armilla dif-
frens Zodiaci.

Zodiaci defer-
ens.

OROTII FINEI DELPH.

dein supputabis in quadrante C D, à puncto D uersus C, maximam ipsius Solis declinationem : & per finem applicata ex A centro regula, ob signabis sectionem eiusdem regula cū arcu L M : sitq; O notula . Idē facito de singulis intermediorū signorum initij, arcj demarū uel quinuarū partiū eorūdem signorū declinationibus, ab Arietis initio ad finē usq; Geminorum comprehensis. Traducito postmodum singulas de declinationū notas ipsius M O, uersus N : quarum ultima sit P, brumale distinguēs solstitium . Consequēter applicata ex A centro regula, per singulas notas ipsius arcus O P : proprias trahito lineolas, tam signorum initia, quam ipsorum partes solito more distinguentes: inscribitoq; suis spaciolis corundē signorum characteres, uti subscripta omnium corum quæ diximus uidetur ostendere figura.



Dioptre, sive
pinnacolorum
regula.

Tandem facito diopteram, instar mediclinij astrolabici figuratam, cuiusmodi est.
Q R: Siniq; uersus eiusdem dioptre terminos Q & R, gemina pinnacia diametro perforata. Hanc porro diopteram, circū A centrū ita conclauit: ut fiducialis eiusdem dioptre linea per idē centrū ad amissim extēdatur, circūducaturq; liberè regula, ob servato circa idem centrum A mediocriforamine, ad nocturnarum horarum in altera parte describendarum observationem necessario.


Quæ in posti.
ca instrumenti
fiae.

HIS IN HVNC MODVM FABRICATIS, uertito instrumentum, dorso eiusdem oculis presentato, atq; superiori parte C inferne, & infima ad uerticem E permixata: siniq; armillæ singulæ prioribus literis annotatae, quatuor earumdem armillarum quadrantes nuper expresso more distinguuntibus. Quibus ita paratis, bo describit

describito primū in armilla B C D E (quolibet eiusdem quadrante, in tres partes æquales distributo) Zodiaca circulum, qualcm 18 propositione libri primi im= mcdiatè præcedentis expressimus; constituto ad E verticem Arietis extremo gra= du, si nuper obseruata uti libuerit stella: uel ibidem terminato Eclipticæ gradu, è diametro illius sumpto, cum quo data stella Cœlum medifare reperiatur.

6 In armilla autem F G H I, describes æquales 24 horarum intercapedines: sic ta men, ut utraque duodecima in recta G I, & utræ sexta in ipsa F H terminetur. Quibus propriis inscribes numeros: à puncto G per F ad I, & ab ipso I per H uer= sus G (quemadmodum præallegata 18 propositionis octauo fecimus numero, uul= gata successione distributos. Poteris & quamlibet horam bisariam, uel in quadran= tes subdiuidere. Adcommodabuntur enim eiusmodi horarū distinctiones, ipsis nocturnis horis: uelut infra docebimus.

7 Facies insuper foramen aliquantulum in armilla K L M N, super dimenticentem De foramine obseruandæ stellæ partem N: per quod quidem foramen, obseruanda cum polari stella con= latæ deputando, spicitur: ipsa uero stella polaris, per foramen A respondenter obseruabitur.



¶ Nota, q̄ i hac figura, finis A= rictis debet esse sub E, Cancri sub B, Libri sub C &c, pro uis il= lius tellus quam superius ex ursa minore, veluti commodiorem elegimus.

8 COMPONES TANDEM Aequatorem horariorum: in hunc qui sequitur modum. Facito armillam ipsi F G H I prorsus & qualem atq; similem; in qua de= scribito 24 horarum æqualium interualla, eo modo quo nunc expressimus. Hac postea bisariam diuidito, & ex utræ parte tantum simul resecato, quanta est su= prascriptarum armillarum crassitudo: quarum partium siue medietatum, alteram antemeridianis

Zodiaca circu= lus nocturnis horis adcom= dandus.


Horarū nocturn= narum designa= tio.

De foramine obseruandæ stellæ latæ deputando.

Armilla æquo= dialis, in qua diuinorum ho= rarū interualla.

ORONTII FINEI DELPH.

antemeridianis horis, reliquam uero pomeridianis adcommodabis. Infixis itaque in eadem armilla F G H I, circa F & H signa, prominentibus ultro extremitatibus elauiculis: hasce Aequatoris horarij medictates utrobique coaptato, talique industria cum ipsa F G H I connectio, ut utraque uersus armillam suspensoriam facile coextendatur, & ad rectos cum eadem F G H I aperiatur angulos, ab integro circulo (dum in directum constituentur) minimè deviatæ. Quarum quidem partium eiusdem Aequatoris horarij, hæc est in exemplum figurata representatio.



Horam aqua-
lem diurnam,
ex horologo
deprehendi-
dere.

SER RELIQVM EST I GITVR, PRÆCIPVAS HVIVSCE AR= 9
millaris instrumenti paucis annexiter commoditates. Cum itaque horam aqualem, lucente Sole, diurno uolueris obseruare tempore: ita facito. Suspendito instrumento: dein collocato punctum C ipsius armilla F G H I, super datam poli sublimitatem, in quadrante C D, à puncto D uersus C numeratam. Et aperte in directum super circumcentibus Aequatoris horarij medictatibus: ponito alteram dioptre partem, super gradum ueri loci solaris in o p Zodiaco notatum. Dirigit postmodum partem B ad Austrum, Zodiaccum autem o p uersus Solem: diuertitoque paulatim huc uel illuc tam Meridianum B C D E, quam ipsum deferentem Zodiaccum K L M N, quatenus radius Solaris transeat per utraque pinnacidiorum foramina. Tunc enim pars L K N eiusdem deferentis K L M N, è diametro ipsius o p Zodiaci constituta, desideratam in respondentis Aequatoris horarij medictate tibi monstrabit horam: quemadmodum ex ipsa instrumenti potes elicere compositione.

Ignoramus poli
sublimitatem
respondenter
inquirere.

Quod si soritan datâ loci polarem ignoraueris altitudinem: tu candem uersa 10 uice per horam datam, unâ cum loco Solis, in hunc modum obtinebis. Pone rursum alteram partem dioptre super datum Solis locum in o p Zodiaco notatum: & aperto in directum horario Aequatore, uertito Zodiaccum o p ad lucentem Solen, oppositam uero partem in rectum horae datae. Suspenso deinde instrumento, & conuersa parte B uersus Austrum: circuducito paulatim armillam F G H I (dioptra nusquam à loco Solis, nec armilla K L M N ab hora data recedente) quo usque radius solaris intret rursum corundem pinnacidiorum foramina. Idem nancipunctum G, incidet in quadrantem C D. Vide igitur quotnam partes intercipiuntur à puncto D in punctum G: nam tanta erit desiderata polaris exaltatio.

Per horam da-
tan argi poli
sublimitatem,
locum o pro-
pe ueri elicere.

Poteris quoque tum per hoc, tum per antecedenst instrumentum, cognita hora æquali diurna, unâ cum ipsa altitudine polaris: ipsius Solis locum respondenter obtinere. Cuius rei ampliori non uideris indigere declaratione: ni proflus ignores singula. Tribus enim datis, utpote, loco Solis, altitudine polaris, atque hora proposita: si duo cognita fuerint, deuenies corundem admitticulo in cognitionem reliqui. Posito itaque polo in sua altitudine, & horarum indice in directum horae datae: deprimes aut leuabis tandem regulâ sive dioptram, quatenus solaris radius ingrediatur utraque pinnacidiorum

pinnacidiorum foramina. Cadet enim tunc linea fiducialis in locum ipsius Solis; illius quippe signi, quod dati temporis respondet curriculo.

- 12** Quanta porro fuerit ipsius Solis altitudo, omni hora facile deprehēdes. Si nāc^z locaueris lineam fiducialem ipsius dioptræ in directum L N semidiametri, & suspe^z so instrumento, conuerso quoq^z uersus Solem quadrante C D, tandem circunduxeris armillam F G H I, quatenus radius Solaris utriusc^z pinnacidijs foramen simul in greditatur: habebis in quadrante C D, à puncto G uersus D, quasitam eiusdem Solis altitudinem. Supplebit enim tunc ipse quadrans C D, uices illius circuli verticalis, qui ē uertice loci, per centrum Solis, in Horizontem demittitur.
- 13** Nocturnas autem horas, itadem obseruabis. Coextendit utranc^z Aequatoris horarij medietatem, super respondentem circuolubilis armillæ partem F G H: & accepto instrumento per armillam suspensoriam, dirigitu partem E sursum, conuerso ante oculos nocturnarum horarum circulo. Tunc aspicio per foramen A superius expressam stellam polarem (quæ cauda minoris Vrsæ dicitur) & circu^z agito tandem ipsam armillam F G H I, immota semper meridiana, quatenus per foramen N, eam stellam quam in cōmodiorem usum ex eadem Vrsaminore, is pro positione antecedentis libri primi selegimus, eodem aspectu discernas. Nam tunc hora data, incider in eam partem circumscrip^z Zodiaci, sub qua Sol eodem reperiatur ambulare tempore: ueluti nunc citata is propositione iam declarauimus.

PROPOSITIO

XIIII.

Idem horologium, quod proxima docuit efficere propoſitio, in figuram annularem redigere.

- F**ABRICENTVR IN PRIMIS BINAE CIRCVLARES AR-
millæ, similes atq^z inuicem æquales, pro libera futuri anuli sue brachioli mag-
nitudine: siniq^z A B C D, & B E D F. Haec circa puncta B & D, è diametro
sumpta, tali concludent industria: ut in unam cum uolucris armillam componan-
tur, cùm autem fuerit operæ precium, ad rectos sphærales aperiuntur angulos. In
qua re plus ualebit ingenii tui dexteritas, quam importuna uerborum multitudo.
Harum porro armillarum alteram, ut potè A B C D, Meridiano deputabis: & pro
pterea unicum eiusdem armillæ quadrantem, scilicet A B, in 90 partes inuicem æqua-
les de more separabis, inscriptis à puncto B uersus A earundem partium numeris.
Reliquam autem, uidelicer B E D F, in horarum conuertes Aequatorem: diuides
igitur quamlibet eius medietatem in 12 æqualium horarum interualla, earundem
horarum numeris à puncto B, per E, uersus D, rursumq^z ab ipso D per F, uersus
2 idem punctum B, ab i usq^z in 12 ordinatis. Facies rursum aliam armillam iti-
dem circulariem, sorinsecus excavatam, uolubilem quandam circumferentem armillu-
lam, intra prædictam excavaturam subtiliter coaptatam: uelut A G C H. Quæ qui-
dem armilla A G C H, intra prædictas facile recipiatur, ac cum eisdem simul iunctis
ad amissim ex omni parte conueniat, uniformem quandam armillam integrans.
In hac igitur armilla A G C H, inscribes Zodiaccum circa punctum G, priori haud
dissimilem, sex signis ultra medianam ac uolubilem armillulam, totidemq^z citrâ deli-
neatis: ut figura pro parte manifestat. Memento tamen, in eadem armilla princi-
palí geminas prius faciendas esse scissuras; alteram quidem in longum ipsius Zodi-
aci, paulò longiorem eo: reliquam autem priori æqualem ex aduersa seu diame-
tralí parte H. Per has siquidē scissuras, patebit aditus radijs Solaribus, uolu-
biis armillulae foramina concessuris. Hanc denum armillam, circa duo puncta
è diametro, atq^z ab ipsius G & H æquè distâter assumpta, cum punctis A & C ipsius
armillæ

Solis altitudinem super Horizontem per-
scrutari.

Horam noctur-
nam vulgarem
tarde obser-
vare,

Armilla meridiana.

Armilla hora-
ria.

Armilla de-
reps Zodiaci,

Zodiacus.

ORONTII FINEI DELPH.

armillæ A B C D, prominentibus claviculis ita coaptabis: ut quaqua uersum insfle-
ti, & cum eadem A B C D iungi rursum facile possit. Vnde opus crit, in ipsa armil-
lula uolubili binas rursum efficere scissuras, pro clavorum magnitudine, inuicem
æquales, pauloq; longiores Zodiaco, lœ & in cadè armillula uolubili duo pertusa-
bis foramina, admodum quidē subtilia, atq; è diametro inter praefatas scissuras coal-
sumpta: per quæ loco pinnaciorū Solaris radius (ut infra uidebis) ingreditur.

Super H V N C
Horam aqua-
lem ubiq; terra
rum per hunc
anulum lucet
Sole colligere.
igitur uniuersalē anu-
lum, horam æqualē,
lucente Sole, ita de-
prehendes. Aperiā-
tur in primis armil-
lae, sic ut B E D F, ad
rectos angulos cum
ipsa A B C D constitua-
tur. Dein suppote-
tur datæ regionis po-
laris altitudo in A B
quadrâte, ab ipso qui-
dem B versus A: &
per suppotationis ter-
minum, suspendito
anulum filo quopiā
tenuissimo. Postea
collocato foramen
G ipsius uolubilis ar-
millulae, super locū
Solis in circumscrip-
to Zodiaco notatū.

Tandem vertito partem B ad Austrum, Zodiacum verò ad Iuuentem Solim: &
tandis hue uel illuc flectito armillam A G C H, quatenus radius Solaris trāseat per
utraq; uolubilis armillulae foramina. Tunc enim pars ipsi Zodiaco opposita, in
respondenti Aequatoris horarij medietate, propositam indicabit horam. Cætera
ex supradictis responderent decerpito.


PROPOSITIO

XV.

Aliud insuper horologii uniuersale, rectilineum, super quadrangulo piano delineare.

DESCRIBATVR IN PRIMIS SVPER OBLATO PLANO, I
circulus primus, cuius centrum sit E. Is postea circulus, in 4 quadrantes
solito more diuidatur: binis scilicet dimicentibus A C & B D, in centro
E ad rectos sese dirimentibus angulos. Diuidatur insuper A B quadrans in 90 par-
tes inuicem æquales, 90 gradus qualium totus circulus est 360 representantes:
iunctis si libeat, ad maiorem suppotationis facilitatem, arithmeticis numeris,
quinos uel denos gradus ordine separantibus.

De linea meridiiana, arcu semi nocturna.
Quibus ita peractis, supporetur in A B quadrante, à puncto B versus A, maxima
ma Solis declinatio (quæ nunc est 23 graduum, & 30 serè minutorum) sitq; B F.
Dato insuper arcu B F, æquales eidem facio B G, D H, & D I; connectitoq; rectas
F H & G I



F H & G I, dimitentem A C in punctis K & L diuidentes. Vtracq; igitur F H & G I utriq; duodecimæ adligabitur horæ : G I quidem meridiana, F H autem seminocturnæ.

3 Distinguito consequenter generales 12 signorū intercedentes: in huc quippe modum. Connectito rectā F G, dimitentem B D in punto M intersecantem: & centro M, interruuio autem M F uel M G, occultum figurato circulū F N G O, quem (productio di metiente B D in directum & continuū uersus B) in 4 quadrantes distributum offenes. Quemlibet igitur quadrante, in tres subdividi: o partes inuenientur aequales: colligentur 12, ipsa 12 signorū interualla representantes. quorum quodlibet in tres rursum distinguo partes, & quaelibet 10 gradus occupabit: uel in sex, & tunc quaelibet ualebit 5 tantummodo gradus: aut aliter, pro tua uel discretione, uel instrumenti magnitudine. Per quaelibet insuper duo pūcta, tā initiorum q̄ partiū eorundē signorum distinctioni, à punto G aut F aequē distantia, applicato regulā, ob signatōq; singulis eiusdem regulā cū areu F B G sectiones: ad quas ex ēctro E, rectas protrahito lineas, in rectā F G terminatas: quarū E F Cācri tropicū, E G uero tropicū Capri Tropicū corni repräsentabat, media autē E B uices geret Aequatoris. Poteris & easdem signo Aequator. rū distinctiones, per supputatas ultro citroq; pūctū B declinationes respōdet ab soluere. Inscribes igitur tādē signorū characteres, suis spaciolis inclusos, pro singulorū ordine: uti figura demonstrat. Seruit enim huiuscmodi signorū distributio singulis regionū latitudinibus, seu particularibus quoruū cuncti locorum Zodiaca: poterisq; (modò nō careas ingenio) per huc modū, ipsa 12 signa uarijs imponere quadrantū uel horologiorū lineamētis.

4 Describendi sunt postea, trāuersales parallelī, seu peculiares Eclipticæ, datis quibuslibet locis inter Aequatorē (cuius situs in E ēctro) & parallelū iuxta cōplementū maximae declinationis sola ris ab eodē Aequatore distante (scilicet F G) interceptis deferuientes. Emittatur ergo regula ex ēctro E per singulas partes ipsius quadratis A B, noteturq; eiusdem regulae eū F K signillatim accidētes intersectiones: quas officio circini, tradueito respōderet in rectā G L. A quibuslibet tandem ita notatis eiusdem F K sectionibus, ad respondentes ipsius G L intersectiones, trāuersales producitoliucas, ipsi F G atq; inuenientur parallelas, neutrū tamē tropicorū egrediētes: ni forsitan quinos ab E ēctro separantes gradus, quas ultro citroq; productiores efficere, proprijsq; numeris ornare liebit. Si libeat autē eosdem parallelos, juxta cōtinuum incrementū maximarū dierū artificiū per unius horæ quadrantiē distribuere (quēadmodū in uenialibus instruētis nostris fecimus) suppetetur in ipso A B quadrante singulæ polares eorundē parallelorū eleuationes, pro ratione climatum ex doctrina secundi capituli libri quinti Cosmographiae nostræ verificatae: absoluāturq; reliqua, ueluti nūc expressimus.

5 Consequēs est, ut horarū interualla figurare doceamus. Centro igitur E, inter uallo autem E K aut E L, occultum rursum describito circulum K P L Q: qui eū ante lineatis dimitentibus, in 4 quadrantes sit adaequatè distributus, diuidito quemlibet eius quadrantem in sex partes inuenientur aequales, sicut 24. Per singulas autem huiuscē circuli distinctiones, ab alterutro punctorum K & L aequē distantes, horarias trahito lineas, ipsi D E (qua utrancq; sextam terminabit) atq; inuenientur parallelas, 12 interualla cum ipsis F H atq; G I distinguentes, quæ 12 horis antemeridianis, totidemq; pomeridianis rursum adcommodabuntur: has autem lineas horarias, in lineatum circa P centrum, ad interuallum autem P E, circulum (si placeat) terminabis, suisq; ornabis numeris, uti res ipsa postulat, & succedens figura demonstrat. Poterunt & ipsæ horæ (in magnis potissimum instruētis) bifariā subdividi, proprijsq; (sed alterius coloris) parallelis separari.


Cc Describito

Generalis 12
signorum 20
diaci distribu-
tio.

Nota.
Ut proprijs si-
gulorum loco-
rum parallelī,
seu peculiares
inserbantur
Eclipticæ.

Notandum:
Horariorum
interuallorum
descriptio.

ORONTII FINEI DELPH.



6 Describito itaq; Zodiacum generalem, in longum Meridianam G I, omnibus suis pradicatis regionibus sive parallelis indifferenter accommodandū. Dato itaq; maximā solaris obliquationis arcu B F, æquales eidē obsignato ultero citroq; punctū C: utpote, C R atq; C S. Ducatur insuper rectæ E R & E S, meridianā G I in punctis T & V diuidētes. Et cētro L, interuallo autē L T aut L V, occultū describito circulū; qui cū fuerit in 4 quadrātes distributus, subdiuidito quēlibet eius quadrantē in tres partes æquales, colligentur 12. Tandem per quelibet duo punctā, ab altero aut T uel V æquè distantiā, applicata regula: notato singulas eiusdem regulæ sectiones cum ipsa G I meridianā: à quibus uersus dextrā, in coextētas parallelas peculiariæ trahito lineolas, eorundem signorum interualla distinguentes, quas suis ornato characteribus, posito Cancrī uertice ad signum T, Arietis uero atq; Librae capitibus in ipsa E L, Capricorni autem ad punctū V. Idem responderet facito, de ternariis aut senariis eoruā signorū partibus: quas proprijs tandem sed breuioribus separato lineolis. Poteris autem hunc Zodiacum leuius absoluere: traductis singularis divisionibus descripti iam paralleli x P Y, 45 gradibus ab Aequatore distantis, contingentisq; circulum K P L Q, in ipsam G I meridianam, ultero citroq; signū L: eo quidem ordine uersus T uel V, quo à signo P uersus X aut Y distributæ sunt.

Zodiaci generis figuratio.

7 Debet enim cūscemodī Zodiaci descriptio, mutuo respōdere: quocunq; duo rum modorum ipsum depinxeris. Resectis demum superfluis, exterioribusq; instrumenti particulis, cōcū in quadrangulare figuram redacto (producta sub K L parallela, ad distantiam mediæ circiter partis ipsius E M) fabricato brachiolū ex forti ac electa materia, tribus constans uolubilibus portiunculis, tantam integrabit longitudinem quanta est linea E M: ipsumq; brachiolū figito circa punctum M, sic quidem ut suōtilior eiusdem extremitas quaquaeritum discurrere possit, à qua quidem extremitate, pendeat filum, tenuissimum, currente nodulo, uel indice, atq; solito perpendiculari munitum: uelut ipsius brachioli uidetur indicare figura. Reliquum est, ut duo conficias pinnacia, è diametro subtiliter admodum perforata: quae tandem in rectum ipsius F G, circa ipsa puncta F & G ad rectos excitabis angulos. Et completa erit ipsius instrumenti contextura.

Eundē Zodiācum generalē, alter delineare

De brachiolo uolubili, idē, atq; perpendiculari.

8 **S** E RELIQ VVM EST I GITVR, VT PRINCIPALIORES IPSIUS horarū quadranguli atq; rectilinci commoditates, breuibus perstringamus. Cū uolueris itaq; uulgarē & æqualem horam, Sole radiante, per hoc instrumentum inuenire: facito in hunc modum. Cognito loco Solis per Ephemeridem, alium ue calculum, atq; tui loei parallelo, seu peculiari Zodiaco; collocato mobilem brachioli extremitatem super gradū Solis in proprio dati loci parallelo sive Zodiaco, indicem autem seu currentem fili nodulum super eodem uel simili gradu in meridiano atq; generali Zodiaco notato. Et obiecta ipsi Soli radianti lœua instrumenti parte: leuato, atq; deprimito tandem ipsum instrumentum, demissō semper liberè perpendiculari, quo usq; radius solaris pertranseat utraq; pinnaciorum foramina. Nam tunc index ipse quæstam indicabit horam: cōpletam quidē, si super aliquā linearum horariorum ceciderit, incompletā autē, si inter duo proxima occurrit horarum linea menta. Quæquidem hora, an fuerit ante uel post meridiem: ex ipso colliges tempore, atq; solito more discernes.

Horam aqualem Sole radiante generaliter obseruare.

9 C V M porrò uolueris agnoscere, qua hora Sol oriatur aut occidat, quantā uel dies uel ipsa nox artificialis: hac procedito uia. Collocato adamassim brachioli terminum super locum Solis, in proprio dati loci Zodiaco seu parallelo notatum:

Qua hora Sol oriatur uel occidat, quantā uel dies uel nox artificialis,

ORONTII FINEI DELPH.

& colligatum filum unum cum perpendiculari deorsum pendere finito, sic tamen ut ipsis lincis horarijs fiat parallelum. Ad contactum enim ipsius filii, uidebis horam uel horae partem qua Sol oritur, per superiores quidem numeros annotatam: uel horam occasus, per inferiores. Ipsa porro horarum ab ortu, hoc est, a filio ita constituta ad meridianam dextrorium intercepta quantitas, dimidium arcum diei manifestat artificialis: quem si duplaueris, diurnum arcum integrabis: hunc autem si à 24 subduxeris horis, ipsius noctis artificialis quantitatem obtinbis. Hinc facile licebit obseruare singula dierum atque noctium artificialium, sub quo uis dato parallelo dietim accidentia discrimina.

Latiudine datæ regionis pro primitus parallelum elicere.

QVODSI ignoraueris, quisnam parallelorum aut Zodiacorum particularium tuo loco ueniat accommodandus, hoc est, quanta sit ipsius dati loci latitudo: ita facito. Examinato primùm uerum locum Solis in Zodiaco: nec non occurrentem aliquam horam aequalē diurnam, per aliud quodpiam horologium optimè de industria uerificatam. Dein, sigito cacumē ipsius brachiolii iuxta suspectum dati loci parallelum, atque super inuentum Solis gradum: nodulū quoque uel indicem, extenso filo, super eundem gradum in dextro atque generali Zodiaco notatum. Dirigo postmodum levā instrumenti partem uersus Solem, examinatoque solarium radiorum congressum per utraque pinnacidiorum foramina, elevando deprimendō brachioli cacumen de parallelo in parallelum, obseruato semper gradu Solis per ipsum indicem, tā in particulari quam in ipso generali Zodiaco: quoque uidelicer radio solari per utraque pinnacidiorū intrante foramina, index siue currēns filii nodulus, in obseruatam tunc temporis coincidat horam. Nam extremitas ipsius brachioli, in desideratum simul conueniet parallelū, seu dati loci Zodiaco: cuius distantia ab Aequatore (quæ latitudo uocatur) per circūpositos numeros facile colligetur. Nec dissimili uia, cognita loci latitudine, atque hora data, in locum ipsius Solis respondēter conuenire poteris: sed de his esto satis.

Nora

PROPOSITIO

XV.


Idem quod antecedens tradidit horologium, in formam Nauis, amplioris quidem utilitatis, convertere.

Summaria nauis horariae preparatio.

Quæ in practica nauis facie describenda.

CONSTRVATVR IN PRIMIS, SVPER OBLATO PLANO I ipsius antecedentis horarij generalis prototypus, intra datum circulum ABCD: quemadmodum nunc recitauimus. Deinde, fabricetur ex cœta matris, semicircularis quædam nauis effigies uniformis, ac moderatè crassa, ueluti KLM: cuius centrum sit E, semidiameter uero circiter tantus, quanta est altera pars semidiametri ipsius ABCD circuli: superior autem excavatura KE mad candem circini rationem delincta. In cuius quidem nauis altera facie, produces 2 primūm dimicentes AC atque BD: postmodum, ad iustum circini rationem, traduces singula supra scriptarum aequalium horarum lincamenta, suis ornata numeris, pro ipsarum horarum respondentia. Describes insuper geminos, sed curuilineos Zodiacos, alterum quidem uersus L, utpote NO, reliquum autem dextram uersus, iuxta meridianam linam, scilicet RS: productis imprimitis EH, & EI, atque EP & EQ, pro maxima declinatione Solis à punctis C & D utrobique distantibus: ipsiusque arcus BF aut BG singulis nuper expresso more factis divisionibus, ultro citroque eadem puncta C & D responderenter annotatis. Ad quas quidem ita notatas distinctiones traducta ex E centro regula, circulinearisper eiusdem LO & RS parallelis, præfatas,

præfatas, EH, EI EP, & EQ præcise contingentibus: distingues in utroq; Zodiaco, tam signorum, quam partium eorumdem interualla, productis de more lineolis, una cum eorumdem signorum characteribus, boreis quidem uersus O & R, austrinuis autem uersus N & S solito more distributis, ueluti ipsa uidetur elucidare figura. Accommodabuntur enim eiusmodi Zodiaci, singulis regionum latitudinibus, ab Aequatore ad complementum usque maximæ solaris obliquationis comprehensis.



ORONTII FINEI DELPH.

Mali, locorum
laminides defe-
runt, unū cum
fus ornamen-
tis compositio.

Cursor mali,
defens, per-
pendiculum.

De castellis,
eo pinnacio-
rum perforatis


Facies deinde regulam quandam parallelepipedam, subduplicata crassitudinis; cum ipsa naui, latam autem ad medianam circiter digiti geometrici longitudinem, paulo tamen longiorum recta B L; per cuius medianam longitudinem produces linam rectam, in qua traduces singulas ipsius B E supra scripto modo notaras graduum intersectiones, locorum latitudines in hac parte distinguentes. Et facta per medium ipsius nauis, iuxta regulæ crassitudinem excavatura, paulo maiore E N O trigo: ipsam immittito regulam, instar malii prominentem, & cum E centro per primam ipsius regulæ distinctionem tali conelauato subtilitate, ut egre dientis uersus L particula (quam pro nauis corpulentia, crassiorem uelim efficias) linea fiducialis, per singulas Zodiaci N L O particulas tradue liberè possit. Ve luti ex ipsa que sequitur, potes elicere figura. Quibus absolutis, fabricabis quadrangularem quandam fenestrulam, pro mali crassitudine perforatam: tali quidem industria, ut intromitto per eam malo seu regula, gradatim ab E uersus B, & è contrario discurrere possit. In cuius anterioris lateris media basi, prominat particula quedam admodum parua: à qua demittatur filum tenuissimum, unū cum indice, atq; solito perpendiculari, ut figura τ, sursum delineata, manifestat.

Tandem constructis uersus K & M paribus castellis, pro tuo quidem ingeniō decoratis: facito in utroq; laterum è diametro positorum, uti sunt V & X, bina & admodum subtilia foramina, inuicem opposita, atq; in directum constituta: ea tamen discretione, ut neq; mali interpositione, neq; alio quovis impedimento, radiorum solarium per eadem foramina congressus diuertatur.

SIN DORSO AVTEM, SE V POSTICA IPSIVS NAVIS HORA 5
rie superficie: hæ simul delinca posteris, quadrantem uidelicet horarum inæqualium, & umbrarum latera gnomonem altimetrum constituentia. Producatur itaq; primum, per E centrum, prioribus adamassim respöndentes diametri A C & B D: & circinato dividio circulo N L O, dividito quadrantem L N in 90 partes inuicem æquales, distributis à puncto L, uersus N earundem partium numeris, ueluti frequenter expressimus. Deinde, figurato inæqualium horarum intervalla, quemadmodum antecedenti octaua propositione declarauimus, & ipsa que sequitur figura demonstrat. Reliquum porrò quadrantem, utpote lævum, bifariam diuidio, in signo quidem O: à quo duo umbrarum demittito latera O P & O Q, in ipsius quadrantis semidiametro s ad rectos angulos incidentia, atq; solito more in 12 partes inuicem æquales distributa, geometricum constituentia quadratum E P O Q. Velut ex eadem octaua potes elicere propositione, & ipsa proxime sucedens uidetur indicare figura. Ex centro tandem E, prominat filum admodum subtile, proprio indice atq; perpendiculari munitum: & absolute erit ipsius instrumenti compositio, quam pro ingeniali cui dexteritate, tum ex supradictis, tum ex obiectis figurarum descriptionibus, potes facilius multo, quam per multiplicem uerborum elicere contexturam.

SE QVITVR POSTERIOR
ipsius nauis horaria ex supra
dictis collecta descriptio:
una cum præcipuis
eiusdem nauis
utilitatibus.





• **S**CVM IGITVR AEQVALEM ATQVE VULGAREM HO^{er}
ram, per hoc instrumentum inuenire libuerit: facito in hunc modum. Habit
loco Solis in Zodiaco circulo, explorataq; tui loci latitudine, seu poli sublimi
tate: collocato infernum latus ipsius cursoris T, filum ipsum deferens, super
gradum eiusdem latitudinis in ipso malo notatum: medianam autem lineolam
prominentis eiusdem mali particulae, super gradum loci Solaris in N O Zodiaco.
Cc 4 Extendito

Horam æqua
lem per ipsam
navim horarid
primus obier
uare.

ORONTII FINEI DELPH.

Extendito postea filum in Zodiacum R S: mouetoq; indicem super eundem gradum loci Solis. Tandem, obiecto Soli radianti lacuum instrumentum castellum v, demisso liberè perpendiculo: ipsumq; tandem circumagito instrumentum, quatenus radij solares per utraq; castellorum cōuenientia foramina. Nam tūc index filii, propositam (ueluti supra diximus) tibi monstrabit horam.

Horā ortus & occasus Solis, a gnomidūnū arcū colligere. Quod si codem malo pro loco Solis inclinato, atq; T cursore super gradu pio 7 prīa latitudinis in ipso malo constituto, filum deorum pendere permiscri, cum li easus ipsius Solis, necnon arcum semidiurnum inter ipsum filum & meridianam līeāam comprehendens, quemadmodū numero nono antecedentis 15 propositionis responderem expessimus.

Vt ignota loci perquiratur latitudo, cu poli sublimitas. Poteris & ignotam datāe cuiuscunq; regionis latitudinem penderer agnosce 8 re: per locum uidelicet ipsius Solis, atq; horam æqualem diurnam per aliud quodvis instrumentum uerificatam. Figito itaq; lineolam prominentem ipsius mali particulae, super gradum loci Solis in N O Zodiaco notatum, indicem autem filii super eodem gradu, sed in ipso R S Zodiaco responderem obseruato: tandem eleuato uel deprimito cursorem T, coextenso semper indice in præfatum Solis gradum ipsius R S Zodiaci, donec solaribus radijs per ambo castellorum foramina solito more congregentibus, index filii cadat super ipsam horā datam.

Cogetur enim cursor T, super ipsius optata latitudinis gradū simul tūc incidere. *S E X D O R S O A V T E M I P S I V S N A V I S horaria, hec poteris elicere.* 9 Solis in primis super Horizontem contingentem altitudinem. Intrantibus enim radijs solaribus per x in v castellorum foramina, demissio ex E centro liberè perpendiculo: quantuserit arcus quadrantis L N, à puncto L ad filii contactum interceptus, tanta erit ipsius Solis altitudo. Idem per radios uisuales, de cæteris stellis, nocturno uelim intelligas tempore.

Horā inæqualem diurno per scrutari tempo re. Horam quoq; inæqualem, ita poteris obtinere. Accipe meridianam ipsius Solis 10 altitudinem: quam supputa à puncto L uersus N, & per finem coextendito filii, quo manente fixo, moueto indicē ad linea horæ sextæ sive meridianæ. Postea, cogito solares radios intrare per x in v foramina, pendente filo uia cum suo perpendiculo. Nam index ipsius filii, quæsitam inæqualem horam indicabit: ueluti sexto numero octauæ propositionis immediatè præcedentis elucidavimus.

Poteris autem examinatum semel indicem, ad triduum & ultra, in codem situ absq; factura relinquere: potissimum dum Sol tropicis vicinior extiterit.

De mensurandis rerum longitudinibus. Licebit tandem, per gnomonem P O Q, rerum omnium in altum crestarum, 11 iacentium quoq; uel in profundum depressarum, uenari longitudinem: utendo castellorum, loco pinnacidiiorum foramina, sive per solares, sive per uisuales radios, rem ipsam contingat absoluere. Obiectanda sunt itaq; Soli radianti castelli v foramina, ipsi autem oculo que uersus x è diametro sunt constituta. Cætera uero tum ex eadem octaua propositione, tum ex allegatis ibidem secundi libri Geometriæ nostræ propositionibus colligenda.

PROPOSITIO

XVII.

Hydraulicum horologium, ab auctore recente excogitatum, æquales describens horarum intercapedines, miro tandem artificio, construere.

PRIVS

PRIVS, QVAM HVIC SECUND LIBRO FINEM IMPO
namus: iuuathydraulici cuiusdam horologij à nobis recenter excogitati,
haud iniucundam superaddere descriptionē, ipsamq; breuibus explicare.
Quamquam enim plaricq; non aspernandū rerum inquisitores, varias hydraulica-
rum machinarum rationes expresserint: neminem tamen haecenū offendimus,
qui per aquæ defluxum, horas ipsas per æqualia descripsit interualla. Quemad
modum nos ipsi (uelentibus ita superis) tandem obtinuimus: & in hunc qui sequi-
tur modum, ipsum hydraulicum horologium construximus. In primis itaq;
fecimus turrim ligneam quadrangulam, & altera parte longiore, uelut ABC, Succincta ipsius
horologij hy-
draulicocompo-
sitione.
altitudinis circiter tricubitalis: intra quam, reposuimus vas plumbeum D, aqua
mundissima repletum, singula eiusdem turris circumtangens latera. Ad uerticem
autem coaptauimus axem AB, super polis A & B cylindrum E circunferentem:
una cum horarum indice, per A centrum Aequatoris horarij, in 12 partes æqua-
les, 12 horarum æquallium interualla repræsentantes forinsecus distributi, promi-
nente. Construximus insuper nauim cupream deauratam FG, ab aqua facile su-
stentatam: per cuius malum, incurvatum HI canalem tali disposituimus artifi-
cio, ut terminus H extra fundum aquæ promiens, aquam ipsam utcunq; subin-
gredetur; reliquo autem, scilicet I, ab F uertice mali forinsecus incidet, de-
pressior quidem ipso H. Sumpsimus deinde funem, quem circunligauimus cy-
lindro E: & altero eius termino mali uerticem F, reliquo autem iusti ponderis
perpendiculum, ut K, annexuimus. Tandem, oraminis I magnitudinem ita iu-
stificauimus: ut per horam integrā tantum egredetur aquæ in L vas suppo-
situm, quantum sufficit ad depressionem nauis indicem horarium per unicum ho-
ræ interuallum præcisè circunferre. Hac igitur arte machinam ipsam absoluimus:
Qualem tibi repræsentat succēs, ad imitationē eius quā ipsi christianissimo Re-
gi primū obtulimus, figurata descriptio. In qua re, opus est subtili admodum
ac elaborata singularum partium executione: quæ autem ad decorum uel orna-
tum spectare uidentur, tuo relinquimus ingenio pensiculatius ex cogitanda.

3 **S**ECUNDUM ITAQVE REPLETO VASE D, & superimposita naui cum Supradictio/
ratio notand
appenso perpendiculo, constituto quoq; indice super horæ datae terminum, aer
existēs intra canalem per foramen I sugitur: sucedit aqua, ne detur uacuum præ-
ter naturalem rerum ordinem. Cum autem canalis exterior pars longior sit ea
quæ malum ingreditur, hoc est, terminus I declivior ipso H: cogitur aqua flu-
xum continuare. Fluente porrò aqua, deprimitur nauis: ad cuius depresso-
nem, circunducitur axis, una cum cylindro, atq; horarum indice. Et quoniam
ipsa nauis continuo super aquam consistit æquè demersa sit, ut pars canalis GH,
intra eandem aquam semper æquali profunditate submergatur. Ex quo seque-
tur uniformis aquæ defluxus: & per consequens motus indicis horarij semper
æqualis.


SEQVITVR IPSIVS HYDRAVLIC
i horologij iuxta, superiorē
literam, ad uiuum effi-
giata repræsen-
tatio.





M O R E

S E T E M P O R A L A B V N T V R S



E I T A V O S I L L N E S S

S E C V N D I L I B R I S O S
L A R I V M H O R O L G I O R V M F I N I S.





LIBERTERTIVS


DE REDUCTIONE PLANISPHERII

seu uulgaris Astrolabij, in circuli quadran-
tem : eiusdem uel æquæ facilis cum
ipso Planisphærio usus
atq; cōmoditatis.

PROPOSITIO

PRIMA.

Vnde orta huiusc quadrantis imaginatio, paucis exprimere : tresq; principia-
les arcus, Aequatoris uidelicet, ac utriusq; Tropicorum, in primis delineare .



LACET TANDEM, TOTIES PROMIS-
sum quadrantem uniuersalem, ex Ptolemaica Planis-
phærii, seu uulgaris Astrolabij compositione dedu-
ctum, his duobus ultimis librīs explicare : primo
quidem, ipsius instrumēti fabricam, ultimo autem,
principias eiusdem instrumenti commoditates .

Prima itaq; huiusc quadrantis imaginationem, ex ipsa Planisphærii descriptione, hoc modo cōcepimus. Depinximus enim super eadem charta papi-
racea admodum subtili idem Planisphærium, unā
cum Ecliptica, atq; plurib; Horizontibus pro libe-
ro graduum interuallo distributis, absq; tamen verticalib; & altitudinum circu-
lis. Dicin, alteram ipsius Planisphærii medietatem, in directū linea meridianæ, su-
per reliquam inclinauimus: rur sumq; hoc modo geminatam Planisphærii medie-
tam, super rectum conduplicauimus Horizontem. In hunc ergo modū, præ-
missam Astrolabij seu Planisphærii descriptionē, in quadrante redigimus. Cuius
lineamenta, ex ita conuenientium arcuum cōtextura, per ipsius charta papiraceæ
diaphonam subtilitatē, primum deduximus: deinde, hac (quaæ sequitur) arte stu-
diosis omnibus cōmunicare uolimus. Vt igitur ad rem ipsam faustè prope-
rcimus, describito super oblato plano ex electa quapiam materia studiose præpa-
rato, & circa datum in eo centrum A, circulum B C D E, tropicum Capricorni re-
præsentantem : quem in 4 diuidito quadratcs, rectis quidem B D atq; C E, in A cen-
tro sc̄e orthogonaliter dīrimentibus. Consequenter diuidito quadrantem B E in
90 partes inuicem æquales : & à puncto E uersus B, maximam ipsius Solis sup-
putato declinationem, sicutq; E F. ab F autem in D, occultam trahito lineolam D F,
qua seget A E dimetiem in puncto G. Et cētro A, interuallo autem A G, descri-
bito G H I K circulū : hic enim circulus uiccs geret Aequatoris. Deinde, ex A cē-
tro in punctum F, trahito rectam A F, quadratcm Aequatoris G H in puncto L dis-
uidentem : à quo in signum K, rectam iterum & subtilem trahito lineam K L, eun-
dem semidiametrum A E secantem in puncto M. Et centro rursus A, interuallo
autem A M, describito Cancri tropicum M N O P. Quilibet igitur horum trium
circulorū,

Prima huius
quadrantis con-
ceptio.

Tropicus Ca-
pricorni.

Aequator.

Tropicus Can-
cri.

ORONTII FINEI DELPH.

circulorū, à p̄fatis dimetiētibus B D atq; C E, in 4 quadrātes diuidetur: quorum dextrum & inferiorem A B C, nostro negocio (ueluti eōmodiore) deputabimus.

PROPOSITIO

II.

Limbū ipsius Quadrantis, in suas partes distribuere.

DESCRIBENDVS EST CONSEQUENTER SVB IPSO I
 quadrante B C, limbus quidam, singulas tum graduum & horarū di-
 visiones, tū respondentes Aequatoris numeros cōpleteūtem. Produc-
 cantur igitur A B & A C semidiametri in directum & continuum usq; ad R & s-
 igna: & circa idem centrum A, septē areuales sub B C quadrante cireunlineentur
 parallelī, septem cum ipso B C distinguites interualla, quorum parallelorū extre-
 mus sit R S. In postremo itaq; & omnium maximo horum ītercuallorum, di-
 stinguitio sex æqualium horarum interapedines: per lincas scilicet rectas, à pri-
 mo parallelo post B C quadrantem, usq; ad ipsum R S coextensas, atq; in centrum
 A (si producerentur) conuenientes. Horarum porrò numeros, in eodem interuallo
 taliter ordinabis, ut utracq; sexta uersus R, duodecima autem uersus punctū S ter-
 minetur: seruent enim eiūsemodi horarum distinctiones, 12 tam antemeridia-
 nis quām pomeridianis horis. Diuides postmodū quālibet sextam partē, in tres 3
 Quadrantis sui
 Aequatoris
 supplementis in su-
 as partes distri-
 butio.
 Horarū equa-
 liū interualla.
 Quadrantis sui
 Aequatoris
 supplementis in su-
 as partes distri-
 butio.
 Horizon re-
 flexus.
 Vr Horizonis obliqu pars borealis describē-
 da.

scribendū, qualium totus ipse quadrans R est 90°. Quamlibet rursum decimam-
 octauam partem, in 5 diuidito particulas productis de more lineolis à quinto usq;
 ad sextum tantummodo parallelum: colligentur partes 90°, quæ quater repetitae,
 uniuersum repræsentabunt Aequatorem. Inseribendi sunt demum earundem
 partium numeri, in 4 proximis parallelorum interuallis: suis quidem spacio-
 lis, quinaria successione distributis. Vt pote, in secundo post B C quadrantem (relin-
 ques enim primū intactū) à leua dextram uersus usq; ad 90°: in proximo autē, re-
 deundo uersus leua, usq; ad 180°. rursumq; uersus dextram progrediendo, sequē-
 tes in succedēti repones numeros, usq; ad 270°: tandem in reliquo, ipsis quidē gradī
 bus uiciniōrī interuallo, complectū absolues cireulum, uti figura demonstrat.

PROPOSITIO

III.

Arcus horizonales, pro liberi quibuscumq; poli finibilitatibus, consequenter inscribere.

NO TABIS IN PRIMIS, SEMIDIAMETRVM AG(VELVTI
 ipsa Planisphaerij descriptio postulat) rectum Horizonē imitari: obli-
 quos igitur horizontes, pro ratione climatum, uel libero quoquis graduū
 interuallo distributos, hac arte delineabis. Partire quemlibet Aequatoris quadran-
 tem in 90 partes inuicē æquales, subtilibus admodūm diuisionibus. Supputa post-
 modūm ipsius poli super datū Horizonē altitudinē, in ipsius Aequatoris qua-
 drante H I, à puncto I uersus H: & applicata ex puncto G in suppūtationis termi-
 num regula, facito notam ubi eadem regula diuidet A B meridianam. Idem quoq;
 facito in quadrante G K, à puncto G uersus K: annotata rursum eiusdem regulæ
 sectione cum A D, altera Meridiani parte, quantumlibet in directum prolongata.
 Compræhensam demum inter has notas longitudinem, bifariam diuidito: nam
 illie erit centrum partis borealis ipsius Horizonis. Posito igitur ibidem altero cir-
 cini pede, & extenso reliquo usq; ad notam ipsius A B, aut punctum I, depingito
 arcū borealem eiusdē Horizonis, ab I tantū signo usq; ad Meridianā A B; ~~rectum~~
 debet

debet enim per hæc duo puncta, atq; etiam G, simul conuenire, modo non erraueris. Inuariato postea circino, imponito rursum alterum eius pedem in puctum I, reliquum autem extendito in ipsam A B meridianam, uersus quidē B, tandemq; de scribito eiusdem Horizontis partem meridianalem, ab eodem punto (communem Horizontium cum Aequatore sectionem indicante) uersus B C Capricorni Tropicum inclinata. Tantum enim distabit centrum australis partis ipsius Horizontis, à centro A uersus B: quantū partis borealis centrum distat ab eodem A uersus D. Quemadmodum de Horizonte, supra quem polus arcticus 45 gradibus extollitur, periculum facere potes: cuius contra sunt, borealis quidem partis signum K, australis uero punctum H. Et respondentiter ita de cæteris, quinaria graduum intercedente in ipsa figura distributis: quos polaribus, in maiorem sin golorum distinctionem, placuit insignire numeris.

P R O P O S I T I O

I I I I .

Lineam meridianam proportionaliter diuidere: ipsamq; in mobilem indicem transmutare.

DIVIDENDA E S T I N S V P E R A , B , L I N E A M E R I D I A N a in suas partes: nō quidem æquales, sed pro ratione planisphaerij proportionatas. Applicabis itaq; regulam ex punto G per singulas partes ipsius dimidijs Aequatoris G H I , à punto I uersus A : notabiſq; singulas ipsius Regulæ diuisiones, in linea A B meridianam coincidentes. Deinde, fabricabis indicem, instar alterutrius partis dioptræ astrolabicae figuratum, cuiusmodi est T V: tantæ quippe longitudinis quantus est ipsius quadrantis A R S semidiametra. Ab huius autem indicis capite siue centro, in directum linea (ut vocant) fiducialis, præparatas ipsius A B diuisiones suo traduces ordine, proprijsq; distinguens spaciolis, circumscripsis de more numeris: quemadmodum ex ipsa que sequitur licet elicere figura. Hunc tandem indicem, super instrumenti facie, cum A cetro taliter conclauato: ut ipsa fiducialis linea per idem centrum educta, quaquaverum circunduci liberè possit, respondeantq; singulae eiusdem regulæ diuisiones singulis ipsius A B meridianæ partitionibus.

Eiusdem Horizontis pars meridiana, qualiter delineatur.

P R O P O S I T I O

V .

Eclipticam siue Zodiacum, uniuersum cum 12 signis, & eorum partibus deinde figurare.

GEMINAS POST MODVM ECLIPTICAE, SE V ZODIACI operæ preцium est inscribere partes: borealem quidem, & austrinam, ab Aequatore uersus tropicos inclinatas. Diuidas itaq; rectam D N bifariā in punto x: & centro x, interuallo autem X N, describe borealem Eclipticam partem i N. Quanta rursum fuerit A X, tantā facito A z: & centro z, inuariato autem circini interuallo, delineato partem austrinam eiusdem Eclipticæ, sitq; B I. His rursum binis Eclipticæ partibus geminos circuſcribito parallelos, & quali ab eadē Ecliptica distantes intercedente, signorū diuisiones atq; nomina suscepuros.

Vtrq; porrò superscriptarum Eclipticæ medietatum, altero duorum sequentium modorū (quos ueluti fideliores, ac omnium facillimos tibi selegimus) in signa atq; signorū partes simul uenit diuidenda: primo, per rectas trium primorū signorum ascensiones, secundo coadiuvante polo ipsius Eclipticæ. Collegimus itaq; tibi ad maiorem expeditionem, ex tertio capite libri tertij Cosmographiae nostræ, rectas Arietis Tauri atq; Geminorum ascensiones, huic negotio famulantes: quas in

Vi diuidenda,
linea meridia-
na.

Indicis tūscu-
cederūm fabri
cæ, tūtū ne-
cessarij compo-
nitio.

D d obiectam

ORONTII FINEI DELPH.

obiectam redegimus tabellam, cæterisq; signis responderenter adcommodauiimus.

Primus modus
quo utraq;
pars Eclipticae
in signa, gra-
duisq; distri-
butur.

Qualiter inscri-
benda signoru-
nomina.

Alius modus
diuidendi pre-
faecas Eclipticae
partes.

Supputabis igitur in quadrante R S, rectam ascen-
sionē 5 primorū gradū Arctis: & applicata per
finem eiusdem ascensionis ex A centro regula, distin-
gues ipsius regulæ sectiones cū utraq; parte eiusdem
Eclipticæ. Idem consequenter obscrubabis, cū ascensio-
ne recta 10 graduum, & reliquorum succendentū,
ad finem usque Geminorum. Produces tamen linea-
las signorum initia distinguentes, ab altero in rcli-
quam Eclipticæ parallelum: subdiuidesq; quamlibet
sextam partem cuiuslibet signi in 5 gradus, minu-
tioribus quidem distinctionibus. Insribes tandem si-
gnorum nomina: borsa scilicet in aquilonia Eclipticæ
parte I N, austriana uero in meridiana B I, quæ
tum proprio nominum cum eisdem signis ordine,
tum characterum discrepantia inuicem separabis: uti
figura dilueidat. Poteris & eandem Eclipticam
aliter diuidere: in hunc scilicet modum. Supputa in
quadrante G H, à punto G uersus H, maximam
Solis declinationem: & coextensa per ipsius declina-
tionis terminum ex I puncto regula, notato regu-
la sectionem in A B meridiana contingentem: cui similem & æquè distan-
tem ab A centro, traducito uersus D. Erunt enim huiuscmodi sectiones, poli
supradictarum partium Eclipticæ: exterior quidem & laeva ipius borealis I N,
interior autem & dextra ipsius australis B I. Applicabis igitur regulam ex
proprio partis Eclipticæ polo, per singulas quadrantis H I diuisiones: obsigna-
bisq; respondentes eiusdem regulæ sectiones cum ipsius Eclipticæ partibus. Emissa
rursum ex A centro regula, per quaslibet utriusq; partis notatas atq; binatim re-
spondentes diuisiones: ducito linea-
las, tam ipsa signa, quam corum gradus, solito
more distinguentes. Cætera demum, ueluti supradiximus, absoluio.

PROPOSITIO.

v. 3

Ut stelle fixæ ipsi quadranti veniant imponendæ, paucis edocere.

Quæ ad stellarum impositio-
nem requirita sunt.

Qualiter impo-
nenda sydera.

HABEAS IN PRIMIS INSIGNIORVM STELLARUM fixarum, prime atq; secundæ magnitudinib; examinatam ab Aequatorie declinationem: unâ cum Eclipticæ gradu, cum quo datarum stellarum qualibet ad medium solet peruenire Cœlum. Quemadmodum ex succidenti potes elidere tabula: quam (interea dum fideliores syderum tibi paramus calcu- lum) ex modernorum obseruatione depropulsimus: ne habeas, quo minus ipsum quadrantem absoluere possis. Cum uolucris igitur aliquam stellarum fixarum eidem imponere quadranti, extende lincam fiducialem ipsius uolubilis indicis, super gradum medij Cœli eiusdem stellæ datae, in alterutra partium Eclipticæ nota cum: quo quidem indicis ita manente fixo, supputa in eodem indice ipsius stellæ de declinationem, horam quidem ab V, seu Aequatore, uersus polum arcticum, sive quadrantis centrum A, aut uersus limbum R S, si præfata declinatio fuerit au- strina. Quo saepe, imponito notam ad finem ipsius declinationis: nam haec cen- trum eiusdem stellæ datae representabit. Hanc igitur proprio obsignabis nomine, similibus

TABELLA RECVRVM
ascensionum, ad diuisioneM Ecliptice
necessaria.

S.	I.	S.	G.	Gra.	M.	G.	S.	I.
Y	0	0	0	0	30			
5	4	35			25			
10	9	11	20					
15	13	40	15					
20	18	20	10					
25	23	9	5					
m	8	0	27	54	0	mp	X	
	5	32	42	25				
10	37	35	20					
15	42	32	15					
20	47	32	10					
25	52	38	5					
+	0	57	49	0	R			
5	63	3	25					
10	68	21	20					
15	73	43	15					
20	79	7	10					
25	84	33	5					
1	30	90	0	0	15	X		

similibus quidem scriptum elementis, atq; uersus eam partem, quibus signum me-
dij Cœli datum annotatum est: quemadmodum uides obseruatum in figura, de
oculo Tauri, Cane maiore, atq; Vulture. Nec opus esse reor maiori uerborum cō
textu: nēpe q̄ res ipsa sit adeo facilis, ut ampliori declaratione censetur indigna.

T A B U L A S T E L L A R V M F I X A R V M N O T A T V D I G N I O R V M
continens earum longitudoes ad medium Cœli relatas, declinationes, atq; magnitudines.

Stellarū nomina.	Medium Cœli.	Declina- tio.	Signum opere.	Magni- tudine.	Stellarū nomina.	Medium Cœli.	Declina- tio.	Signum opere.
Venter Ceti.	[S] 23 [18]	[12] 39	M	2	Cauda Leonis	[9] 19 [34]	[17] 9 [8]	
Vmbilicus Andro.	[Y] 10 [43]	[34] 13	S	3	Spica Virginis	[Δ] 15 [46]	[8] 16 [M]	
Caput Algol.	[S] 11 [38]	[39] 32	S	2	Lanceator.	[Δ] 29 [21]	[21] 47 [S]	
Dex. Iauis Perie.	[S] 14 [5]	[47] 42	S	2	Corone septentrion.	[m] 20 [11]	[21] 51 [S]	2
Oculus Tauri.	[m] 3 [34]	[15] 55	M	1	Lanx Meridionalis.	[m] 8 [8]	[13] 29 [S]	2
Hircus.	[H] 11 [40]	[44] 56	S	1	Cor scorpij.	[+ 1] 45	[24] 36 [M]	2
Hu. dexter. Orio.	[H] 22 [47]	[6] 16	S	1	Caput serpentarii.	[+ 1] 18 [10]	[13] 11 [S]	2
Canis major.	[G] 5 [35]	[15] 49	M	1	Vultur cadens.	[G] 3 [51]	[38] 36 [S]	1
Canis minor.	[G] 16 [58]	[6] 9	M	1	Aquila.	[G] 19 [6]	[7] 19 [S]	2
Cor Leonis.	[Ω] 22 [28]	[14] 19	S	1		[Ω]		
Lucida hydræ.	[Ω] 13 [29]	[4] 32	M	2		[X]		
Dorium Leonis.	[mp] 9 [47]	[22] 51	S	2		[X]		

P R O P O S I T I O .

VII.



*Quæ in eiusdem quadrantis postica facie, seu dorso, congrue sint
inscribenda, ex prædictis demum colligere,*

P R O D V C T I S T A N D E M I P S I S L A T E R I B V S , V E L S E M I D I A
metris A R & AS, utcunq; distantibus parallelis, pro ipsius superincubentis
indicis latitudine: res cabis singula, extra præfatum instrumentum compre-
hensa. Postmodum in dorso, seu postica eiusdem instrumenti facie, haud dissimilē
inscribes inæqualium horarum, atq; geometrici quadrati, seu gnomonis altimetri
contexturam, qualem octaua propositione libri secundi immediatè præceden-
tis cōficerere docuimus: unā cum binis pinnaci dijs è diametro perforatis,
atq; solito perpendiculari, uti res ipsa postulat. Quæ quidem omnia,
cum fuerint eadem octaua propositione luculenter expressa,
ne in uanum uerba multiplicemus, uel ipsi lectori-
bus tedium potius quam delectationem inge-
ramus: huiuscæ quadrantis fabricæ fine
imponendo, huc teritum librū, figura
ta omnium eorū quæ diximus, &
oculis obiecta succedenti
descriptione clande
re libet.

Q S E Q V I T V R O M N I V M S Y P R A D I C T O R V M
FIGVRATA REPRÆSENTATIO.

Dd 2

ORONTII FINEI DELPH.



LIBRI TERTII HOROLOGIORVM SOLARIVM, SIVE QVADRANTVM.
F I N I S.



LIBER QVARTVS

ET VLTIMVS, DE PRAE CIPVIS
utilitatibus, iusq; multipli ipsius proximè descri-
pti quadrantis universalis.

PROPOSITIO PRIMA.

De loco Solis, ad proximè descripsi quadrantis, atq; similiū instru-
mentorum usum necessario: pauca in primis declarare.

VANQVAM IMMEDIATE DESCRIPTI
quadrantis astrolabici, atq; præcedentium, uel similiū
quoruncunque instrumentorum usus, ueram loci So-
lis in Ecliptica præsupponere, uel potius exoptare ui-
deatur agnitionē: nullū tamē hic superaddemus, uel
potius repetemus calculū. Vt pote, quoniā eiuscemo-
di loci solaris adiumento, infinitis penè modis tracte-
tur ab omnibus: annuaq; vulgariū Ephemeridū
supputatione, apud quemlibet (etiam rudissimum) ha-
batur in promptu. Adde, quod non modò Solis,
sed & aliorum quoq; uagantium syderum motus,
peniculatiū examinare (si Deus ipse feliciorē uitæ conditionē nobis sua con-
cesserit: clementia Regiāq; non defuerit liberalitas) fideliorē quoq; studiosis rerum
mathematicarū exhibere calculandi rationem, iamdudū est in animo. Vrctamus
igitur calatum, ad præcipias ipsius astrolabici quadrantis summatim describen-
das utilitates: & huic Protomathesi nostræ, atque susceptis inde laboribus, finem
tandem imponamus optatum.

PROPOSITIO

II.

Altitudinem Solis super horiꝝ om̄em, qua'bet hora diei artificialis,
agnoscere. & antemeridiananā à pomeridianā separare.

OBIICE LAEVVM DORSI PINNACIDIVM IPSI SOLI
radiati, demissō liberè perpendiculo: deinde leua paulatim aut deprime
quadrantem: quatenus solaris radius pertranscat utraq; pinnacidorum
foramina. Quo facto, supputa graduum numerum, in limbo D E, à lauo quadrā-
tis latere ad filum interceptum: nam tanta erit ipsius Solis super Horizontem alti-
tudo. Quemadmodū septimonomero octaua propositionis libri secundi prædi-
ximus. Quod si horam ignoraueris, iuuetq; discernere, an data Solis altitudo nota,
acciderit ante, uel post meridiem, sive in meridiana; animaduertito solares altitu-
dines ab oreu ad Meridianum continuo fieri maiores, ab ipso autē Meridiano uer-
sus occasum responderent decrescere, adeò ut meridiana Solis altitudo sit omnium
maxima. Hinc præsatam altitudinem solarem sapientiūle examinando: poteris
de ea sanissimum & optatum proferre iudicium.

Stellarum noctu apparentium, altitudinem super Horizontem responderenter inuenire.

ADPLICATO DEXTRVM IPSIVS DORSI PINNACIUM, altero tantum oculo : sinistrum uero pinnacidium, dirigito uersus eam stellam, cuius altitudo desideratur. Demissio postea libere perpendiculari, eleuato deprimitus quadrantem, donec altero duntaxat oculo per ipsa pinacidorum foramina propositam notaueris stellam. Nam graduum numerus, a laeo quadrati latere ad filii contactum interceptus, obscrutati syderis indicabit sublimitatem. Quæ uelante, an post Meridiani contactum acciderit : non aliter iudicabis, quam de solari nuper expressimus altitudine.

PROPOSITIO.

1111.

Solis, ac generaliter cuiuslibet gradus Ecliptice, necnon stellarum omnium in quadrante descriptarum, declinationem ab Aequatore supputare.

De Sole.

De stellis ac
exterioris Eclipti-
cae partibus.

Corolarium.

EX TENDITO LINEAM FIDUCIALEM SUPER IN-
cubentis indicis, super gradum ucri loci Solis, in altera medietatum Ecli-
ptice, & præcipua instrumenti facie notatum. Postmodum, immoto semper indice, uide quot gradus ipsius indicis inter gradum loci Solis & Aequatorem intercipiantur : tanta namq; censenda erit ipsius Solis declinatio. Hanc uocabis se-
pentriionalem, si Sol boream Eclipticæ partem occupauerit : austrinam uero, si meridianam perambulauerit Eclipticæ medietatem. De exterioris Eclipticæ par-
tibus à loco Solis, ac stellis omnibus in ipso quadrante descriptis, idem responden-
ter facito : constituta namq; ipsius indicis fiduciali linea super datum Eclipticæ gra-
dum, uel centrum oblati syderis : borea uel australis eiusdem partis Eclipticæ, uel
astræ declinatio, statim scle offeret manifesta. Hinc facile probabis, quælibet Ecli-
pticæ puncta ab alterutris solstitiorum uel æquinoctiorum punctis æquæ distan-
tia, similes obtinere declinationes.

PROPOSITIO.

V.

Meridianam eiusdem Solis altitudinem, absq; radiorum obseruatione concludere.

ACCIPE DECLINATIONEM SOLIS, PER ANTECE-
denter propositionem. dein ponito fiducialem indicis lineam in rectum I
a meridianæ ; & uideto quoniam partes ipsius indicis claudantur in-
ter Aequatorem & tuæ regionis Horizontem, nam tanta est ipsius Aequatoris
altitudo, sive complementum datæ polaris altitudinis. Huic igitur Aequatoris
altitudini, addito Solis declinationem, si declinatio fuerit septentrionalis : uel au-
fer ipsam declinationem, à præfata Aequatoris altitudine, si eadem Solis declina-
tio meridionalis existat. Nam graduum numerus, qui post additionem consur-
get, aut relinquetur post subtractionem : eandem meridianam Solis altitudinem
ostendet. Idq; uelim intelligas, dum Sol borealem, uel australem possidet Eclipti-
cae medietatem : nam cum Arietis aut Libræ tenuerit capita, nulla declinatio-
nis additione uel subtractione opus est, utpote, quæ tunc nulla contingit. Ca-
pienda est itaq; tunc ipsius Aequatoris eleuatio, pro meridiana Solis altitudine.

PROPOSITIO.

P R O P O S I T I O

V I .

Maximum, hoc est, in eridianam stellarum fixarum altitudinem super
Horizontem, respondentem colligere.

De stellis oriē-
tibus & occidē-
tibus.

DE STELLIS SEMPER INTELLIGIMVS, QVAE SVNT IN
quadrāte descripta. Igitur si data stella oriatur & occidat, accepta eius de
clinatione per quartā propositionē ; facio uti nūc de Sole tradidimus, ad
dēdo uel subtrahēdo ipsius stellarē declinationē ab Aequatoris altitudine. Nā maxi-
ma stellarē proposita cōfahibit uel relinquetur altitudo : borea quidē uel austriana,
2 pro ipsius declinationis nomēlatura. Si autē stella fuit de numero earū, quæ De stellis sem-
nusquam orīntur uel occidunt : adde cōplementū declinationis eiusdem stellarē, hoc per apparenti-
est, partes indicis, à dato sydere (dū eius accipit declinationē) usq; ad polū A inter-
ceptas, ipsi polari sublimitati. Quod si idē cōplementū declinationis dati syderis, De minima eo-
ab eadē polari subduxeris elevatione : minimā stellarē proposita sublimitatē respon- rūndē syderū
denter obtinebis. Habēt enim eiusmodi stellarē geminā altitudinē meridianā : qua- altitudine.
rum altera est omnium minimā, reliqua uero omnium maxima.

P R O P O S I T I O

V I I .

Cognita Solis, aut stellarē declinatione : locum ipsius Solis in Ecliptica, uel datam stellam elicere.

SVPPVTE TVR IPSIVS SOLIS, VEL DATI SYDERIS
oblata declinatio in ipso indice, borea quidē ab Aequatore uersus A centru
sive polū australis uero uersus mobilem indicis extremitatē : notetur cōipsius
declinationis terminus. Circūducito postmodū indicē per ipsius quadratis faciem,
à dextro eiusdem latere uersus leuū : & animaduertito in quē gradū Eclipticæ, in
quāmuae stellarum notatus declinationis terminus inciderit. Nā eiusmodi gradus
2 est locus Solis desideratus : uel ipsa stella, cui talis declinatio respondet. Verū quo Notandum,
niam idem gradus Eclipticæ binis admodum signis : animaduertas oportet, an
Sol ab æquinoctio ad boreum uel australium uenerit solstitium, redeatue ab eodem
solstitio in proximū æquinoctium : ut propriū ipsius inuentae partis ualeas elicere
signum. Hæc autem si ignoraueris, non huius tantummodo rei, sed & omnium ma-
thematicarum exercitationum te iudicauis incapacem.

P R O P O S I T I O

V I I I .

Gradum Eclipticæ, cum quo data quævis stella in ipso quadrante descripta, ad medium solet
peruenire Cœlum, consequenter inuestigare.

EX TENDITO FIDUCIALEM INDICIS LINEAM, PER
centrū datæ cuiuscunq; uolueris stellarē : nā ea gradū ostendet Eclipticæ, cū
quo data stella uenit ad medium ipsius Cœli. Porrò cūm eadē Eclipticæ
pars, tribus signis eundo, totidemq; redeundo descriuat : habēda erit ratio charactere-
rum atq; ordinis propriæ nomēlatura ipsius datis syderis. Nam quemadmodū
borealia signa ab australibus differentibus inscripsimus characteribus; sic & borea
lium stellarum nomina ab australibus seiuinximus, pro earundē partium Eclipticæ
respondentia. Idē etiā indicabis departibus, in quas ipsa porrigitur tam signorū Stellarum cum
quām etiam stellarum nomina. Stellarē enim quarum nominadextram uersus inscri- signis notanda
buntur, njs respondent signis quæ à leua in dextrā ordinantur : & ē diuerso. Cha- respondentia.
racterū itaq; respondentia, indicat medietatem : ordo uero nominis, quadrantem
Eclipticæ, cui deberit stella pposita. Quod si stella neq; oriatur neq; occidat : gra-
dus supradicto modo repertus Cœlum mediabit, cūm stella ad maximam, & op-
positus dum ad minimam perueniret altitudinem.

D d 4

P R O P O S I T I O

ORONTII FINEI DELPH.

PROPOSITIO

IX.

Latitudinem cuiuslibet loci, vel poli borealis exaltationem: proprium quoq; Horizontem, ex supradictis agnoscere.

HANC PROPOSITIONEM, CAPITE TERTIO LIBRI I
quinti Cosmographiae nostrae sufficienter elucidauimus: siue ipsam loci
latitudinem per Solis aut stellarum fixarum declinationem & meridianā
altitudinem, seu per maximam atq; minimam elevationem stellarum semper ap-
parentium uenari libuerit. Disces itaq; primum ex supradictis propositionibus,
partes huic negotio necessarias: utpote, ex quarta declinationem Solis, ac stellarū
in quadrante descriptarum: ex quinta uero atq; sexta, meridianas tam ipsius So-
lis, quam earundem stellarum altitudines. Dein, operaberis, ueluti p̄ allegato ca-
p. 3. lib. 5.
Cosmograph.
De Horizonte
proprio dicer p̄te tertio declarauimus. Cognita autem latitudine loci, seu polarī super Horiz-
nente elevatione, collocabis fiducialem indicis lineam in rectum A B meridia-
num, supputabisq; eandem poli sublimitatem in codem indice, ab A quidem polo
uersus Aequatorem: Nam occurrent ad finem supputationis Horizontis, ei regio-
ni deputandus est, cuius polarem accepisti sublimitatem, siue latitudinem.

PROPOSITIO.

X.

Ortum & occasum Solis, necnon arcum eius diurum & nocturnum, siue
quantitatem diei atq; noctis artificialis considerare.

CONSTITVE FIDELIOREM INDICIS LINEAM, SV - I
per gradum Solis in propria Eclipticæ parte notatu: ob signatoq; ipsius
linea fiducia lais ab Ecliptica sectionem. Hanc postea notatam intersectio-
nem, traducito cum indice ad tuæ regionis Horizontem. Nam ipsa fidelior indicis
linea, tibi monstrabit in limbo horam ortus, & occasus ipsius Solis: ortus qui-
dem per dextrum horarum numerum, & occasus per sinistrum, si Sol boream
possideat Eclipticæ partem: ipso autem meridianam Eclipticæ medietatem per-
agrante, sinistra horarū numerus ortum, dexter autem occasum indicabit. Cum
porro Sol alterutrum possederit aequinoctiorum, tunc ipsum Solem hora sexta
ubiq; terrarum oriri, eademq; sexta in occasum tendere, euilibet arbitramur esse
manifestum. Cognita igitur hora ortus Solis, si numerum eius à 12 subduxeris
horis: semi diurnus relinquetur arcus. quē si duplaueris, dicim integrabis artificialis
lineam: & hic demptus à 24 horis, relinquet ipsius noctis artificialis magnitudinem.
De arcu diur.
no atq; noctur.
no.
Idem aliter.
Quod si gradus limbis ab Horizonte recto ad fiducialem usq; lincam indicis inter
ceptos, 90 gradibus adiunxeris: conflabis arcū semidiurnū in gradibus Aequa-
toris, Sole borealem Eclipticæ partem disurrente: uel seminocturnum, quandiu
Sol ipse meridianam occupauerit eiusdem Eclipticæ partem.

PROPOSITIO.

XI.

Horam in aequalem, diurno obseruare tempore.

HVVSCE PROPOSITIONIS EXECUTIONEM, OCTA-
ua propositione antecedentis secundi libri, sexto uidelicet numero, singula
tim aboluere: imo & ipsius horæ inæqualis nondum completae, lapsam
partem examinare, docuimus. Cum igitur ex eadem octava propositione descri-
pta inæqualium horarum contextura, non discrepet ab ea quam in dorso huiusc
octava pro-
positio secundi
libri.

quadrantis reponendam iussimus, uerbum non addemus: lectorem ipsum ad ean
dem octauam propositionem(ne frustra chartam oneremus) cōsultō remittentes.

P R O P O S I T I O

X I I .

*Quantitatem in æqualis bore tam diei quam noctis artificialis referire: horas quoq; in equa
les ad æquales cōvertire, & è diuerso: item à meridie aut media nocte suppūtata, in horas
ab ortu vel occasu exordientes, & in 24 (italico more) productas transmutare.*

DE IIS OMNIBVS, QVAE HAC EXP̄IMVNTVR propositione, peculiarem rursum tradere descriptionem: non modò ua-
num, sed etiam inutile iudicamus. Ut pote, quæ tertio capite libri quar-
ti Cosmographiæ nostræ, potissimum in commentario, ab F scilicet nota ad finē
usq; iam dicti capitii, signatim edocuimus, proprijsq; dilucidauimus exemplis.
Ad ipsum ergo caput confugias operæ precium est: si omnimodam supradicta-
rum horarum exoptes intelligere conuerzionem.

Tertio capite
libri 4 Cosmo-
graphiae.

P R O P O S I T I O.

X I I I .

*Maximarum dierum atq; noctium artificialium diuersitatem, pro diuersa
locorum latitudine: ex supradictis colligere.*

EX DECIMA PROPOSITIONE, HABES ARCVM DIEI atq; noctis artificialis ad datum quemuis Horizōtem: Sole initium Cancri possidente, ubi dies contingit maxima. Hinc facile est, inter oblatas quascunq; regionum latitudines, maximarum tam dierum quam noctium artificialium cognoscere diuersitatem. Perspicuum est itaq;, Sole initium Canceris possidente, in latitudine complemento maximæ solaris obliquationis diem accide-
re continuum, sine aliqua noctis obscuritate. Pro reliquis uero locis, super quo rum Horizontem polus supra complementum maximæ declinationis solaris ex tollitur: ita facito. Supputato in ipso indice, à centro quadrantis uersus limbum, oblata m poli sublimitatem: finemq; diligenter obsignato. Demum traducito in dicem, quo uerū notatus latitudinis terminus incidat in Eclipticā: distinguet enim determinatum arcum eiusdem Eclipticæ uersus æstivale solstitium, quem dum Sol occupauerit, lux super Horizontem absq; nocte continuabitur. Potes itaq; singulis locis, ab eadem latitudine, complemento maximæ declinationis Solis æquali, ad polum usq; (ubi maxima contingit diuersitas) intercæptis, accidentia continuatæ lucis, aut tenebrarum excerpere discrimina.

Vbi dies 24
horarum.

De locis in qui
bus dies artifi-
cialis superat
naturalem.

P R O P O S I T I O.

X I I I I .

Quæ stellæ orianur, & quæ occidunt, manifestare.

SVPPUTA IN IPSO INDICE DATAM POLI SV= blimitatem, seu regionis latitudinem, ab A quidem centro uersus Aequatorem: obsignatoq; rursum eiusdem suppūtationis terminum. Circum agito demum indicem à dextro quadrantis latere uersus lævum, aut è diuerso: & simul animaduertito arcum circa polum A, ab eodem latitudinis obsignato termino descriptum. Nam stellæ in eodem quadrante locatae, quæ intra hunc capientur arcum, super datum Horizontem (cuius suppūtata est polaris altitudo) semper apparebunt: habebuntq; maximam & minimam altitudinem.

Cæteræ

ORONTII FINEI DELPH.

Cætræ uero stellæ ab eodem arcu uersus limbum intercepæ, orientur & occident: maximæq; tantummodo meridianam elevationem obtinebunt.

PROPOSITIO.

XV.

Stellarum orientium & occiduum, diurnum atq; nocturnum arcum elicere.

TRADVCITO FIDUCIALEM INDICIS LINEAM, SV per datam quam uolueris stellam: ob signatoç indicis partem ipsi stellæ respondentem. Hanc postmodum notam, ad tuæ regionis Horizontem conducito: & uidero, quotnam gradus in limbo inter indicem & rectum capiatur Horizontem. Quosquidem gradus, addito 90 gradibus, si stella fuerit in signis borealis: uel ab eisdem subducito, si austrinam occupauerit Eclipticæ partem. Nā collectus, uel inde relictus graduum numerus, arcum stellæ semidiurnum indicabit: quem si duplificaueris, diurnum integrabis arcum. Porro si diurnum arcum à toto demperis circulo: nocturnus eiudcm stellæ relinquetur arcus.

PROPOSITIO.

XVI.

Dati ciuislibet Eclipticæ puncti, aut stellæ propositæ, ascensionem in recto sphærae fini, sumpto ab Ariete capite supputationis initio, numerare.

EX TENDITO DE MORE INDICEM SVPER DATVM Eclipticæ gradum, aut stellam propositam: nam index ipse præstat ascensionem in limbo terminabit, factio ab Ariete supputationis initio. Sed an maduertendi sunt respondentes ipsius limbi numeri, quadruplici ordine distributi. Nam primus ordo numerorū ab 1 usq; ad 90, primo quadranti responder Eclipticæ: secundus secundo, tertius tertio, & ultimus ultimo. Idem uelim iudiccs de stellis, pro singularum cum eisdem quadrantibus Eclipticæ respondentia: quæ (uti supradiximus) tum ordine, tum differentia characterum propriæ ciuislibet inscriptionis, peculiarem Eclipticæ quadrantem facile manifestant.

PROPOSITIO.

XVII.

In obliqua sphæra, idem quod proxima edocuit propositio, responder inquirere.

ACCIPITO RECTAM ASCENSIONEM DATI CVIVS I cunq; gradus Eclipticæ, aut stellæ propositæ, per antecedentem 16 propositonem. Extendito peste uolubilem indicem, super datum Eclipticæ gradum, aut stellam ipsam propositam: ob signatoç partem lineæ fiducialis, eidem gradui uel stellæ respondentem. Traducito tandem hanc ita notatam indicis particulam ad tuæ regionis Horizontem. Quot enim intercipientur gradus inter rectum Horizontem & fidelē indicis lineâ, tanta erit ascensionalis differentia inter rectum & datum obliqui sphærae situ: quæ differentia, semper est eadē cū discrepâtiâ maxima atq; minima dici super diē nocti æqualē 12 horarū. Hac itaq; differentiam ascensionalem, aufer ab ascensione recta, si gradus aut stella data fuerit in borea Eclipticæ parte: uel adde ipsam differentiam, si in australi reperta fuerit. Colligetur enim aut relinquetur dati gradus, oblatiue syderis ascensio ad datâ obliquitatē sphærae. Ex quibus haud difficile colligere poteris, quantus arcus ipsius Eclipticæ debetur siue respondeat ciunciq; ascensioni rectæ uel obliquæ: per conuersam supradictorum operandi rationem.

PROPOSITIO

Differentia
ascensionalis.

Corollarium.

Quislibet signi uel arcus Eclipticæ dati, ascensionem in recta uel obliqua sphæra seorsum perscrutari.

- E**X ALTER VTRA DVARVM ANTECEDENTIVM PROPOSITIONUM, disce rectam uel obliquam ascensionem utriusq; termini, hoc est, initij atq; finis dati signi uel arcus Eclipticæ. Subducito postea minorum à maiori: relinquetur enim ascensio dati signi, uel arcus seorsum considerati.
- Ex quibus licebit uel facile colligere, quæ signa rectius, quæ uel obliquius ascendant: necnon quæ similes nanciscuntur ascensiones. Quemadmodum ex tertio & quarto capitib; libri tertij Cosmographiæ nostræ luculenter expressimus: suisq; dilucidauimus exemplis.

P R O P O S I T I O.

XIX.

Gradum Eclipticæ cum quo data stella oritur & occidit, in utroq; sphæra situ perscrutari.

- D**E STELLIS ERGO SERMO FIT, QVAE ORIUNTUR In recto sphæra & tendunt in occasum. In recto igitur sphæra situ, accipiens est gradus Eclipticæ cum quo data stella ad medium Cœlum perducitur, per octauam propositionem: nā is gradus simul cum ipsa stella oritur & occidit.
- In obliquo autem sphæra situ, ita facito. Accipito rursum gradum Eclipticæ cum quo stella data mediatis Cœli, una cū ipsius gradus ascensione. Hanc postmodum dūm ascensionem adde 90 gradibus: & ab adgregato numero tolle arcum semi diurnum ipsius stellæ datæ, per 15 propositionē inuentum. Gradus enim Eclipticæ respondens ascensioni residuae, is est qui cum data oritur stella.

P R O P O S I T I O

XX.

Ascendentem Eclipticæ gradum, reliquos item Cœli cardines omni hora distinguiere.

- R**ESOLVITO DATVM HORARVM NUMERVM IN gradus, more quidem peruulgato. Collige postmodum obliquam loci Ascendens. Solis ascensionem, per 17 propositionem: cui præfatos iungito gradus horiorios. Ei inde consurgentis ascensionis, respondentem accipito gradum: nam is erit ascendens, uel horoscopus, aut initium primæ domus, Q; si ab hac ascendens ascensione 90 gradus absuleris (mutuato si expediatur circulo) relinquerur ascensio recta medijs Cœli: cuius respondens in Ecliptica gradus, ipsum medium Cœli, seu decimæ domus initium manifestabit. Oppositus autē ipsi horoscopo gradus, angulum occidentis, uel initium septimæ domus: atq; medio Cœli aduersus, angulum Terræ, siue principiū quartæ domus ostendet. De reliquis autē inter medianū domorū initij, ulterius hoc loco tractare consulto superseedemus: tum quod hanc materiam capite quinto libri tertij Cosmographiæ nostræ abunde resoluimus, tum quoniā huiusc quadrantis usum (ni forsitan cum longo ac tedious processu) uideant uel facile superare.

P R O P O S I T I O X X I . E T V L T I M A .

De rerum longitudinibus, per quadratum geometricum, siue umbrarum gnomonem, in ipsius quadrantis dorso figuratum, dimetendis: paucatandem subnectere.

- P**OTERIS TANDEM, PER GNOMONEM VMBRARVM seu quadratum geometricum, in postica ipsius quadrantis superficie delineatum: rerum omnium perpendiculariter erectarum, uel in directum horizontis

ORONTII FINEI DELPH.

Horizontis iacentiū, in profundum quoq; depressarum, facile dimetiri longitudi-
nes. At cùm hæc omnia, quarto, octauo, nono, decimo, duodecimo, quindecimo,
atq; decimosexto capitibus libri secundi antecedentis Geometriae nostræ sigilla-
tim elucidauimus, clavisq; facilitauimus exemplis (quemadmodū octauo nu-
mero propositionis octauae secundi libri immediate p̄cedentis recitauimus) de
his uerbum ulterius addere superfluum ac inutile iudicamus. Relinquemus itaq;
studioso lectori, hæc ex supradictis repetenda, ceteraque huiusc quadrantis leuio-
res ac peruias utilitates, propria ingenij dexteritate consequendas: ut huic nostræ
admodum quidem laboriosæ protomathesi, toties desideratum finem impona-
mus. Hæc igitur haec tenus.

S A D C A N D I D V M L E C T O R E M ,
Totius operis Conclusio.

HABES TANDEM HUMANISSIME AC ERV-
ditissime lector, toties desideratu nostraræ protomathesis opus, multo qui-
dem sudore atq; uigilia, præter multorum expectationem absolutum.
Quod bencuolis omnibus, præcipue Mathematicarum studiosis pergratum, atq;
utile futurum, & speramus, & toto desideramus animo. In quorum gratiam nihil
(dum uixerimus) prætermisuri sumus, quod uel minimam adserre possit utilitatē.

Quòd si in ipso opere nostro leuioribus forsitan, hoc est, morosis, aut (si uelis)
qui aliena semper insectantur studia, minus secerimus satis: his data est amplissi-
ma potestas, aut ædendi meliora, uel à nostris prorsus abstinendī laboribus. Satis
erit nobis reipubli literarie prædelle uoluisse: dexterorumque ac bonæ uoluntatis
hominum, ex hisce laboribus nostris, gratiam comparasse. Quod non ita diffici-
le nos consequuturos speramus, ubi & qua lance perpendent singula: nosque, uelut
ipsos, homines esse meminerint, & qui nihil humanum à nobis alienum putemus.
Nostræ præterea fortuna rationem habuerint: expēderintq; à quibus quantisq;
periculis, & nos ipsos, & nostrum opus cripuerit Dominus. Anima aduerterint insu-
per, quam laboriosum nobis extiterit bis aut ter exemplar conscriptissime, omnē ab-
soluisse calculum, pinxit figuram, præsuisse prælo: simulq; (præter cotidianam
Mathematicarum lecturam) rem curassæ domesticam. Boni igitur & quiq; consu-
le, studiose lector, & his laboribus nostris fruere ac utere liberaliter: expectaq; (si
uiuamus) à nobis aliquando grauiora. Eos autem qui nasuta malignitate no-
stra calumniantur opera, & partum utcunq; nomen moluntur extin-
guere, nihil facimus: neq; uerbum de his usquam fecissimus, ni co-
tidianus eorum latratus & garrula dicacitas ad aliquid stu-
diosis utile molendum frequentius inuitaret. Etenim
uti crebro dicere & experimēto probare solemus,
Virescit uulnere uirtus.





QVARTI ET VLTIMI

MI LIBRI QVADRANTVM VEL

HOROLOGIORVM, TOTIVSQUE

OPERIS, SEV PROTOMATHESIS:

AUTHORE ORONTIO FINEO

DE LPHINATE REGIO

MATHEMATICARVM

PROFESSORE

FINIS.



EXCVSVM EST AVTEM IPSVM OPVS PA

risij in uico Sorbonico, impensis Gerardi Morrij, & Ioannis Petri. Anno

M.D.XXXII.

Venundatur autem in eodem uico Sorbonico, & Jacobæo
apud eundem Ioannem Petrum, sub insigni D. Barbaræ.



Registrum.

AA, A.B, C.D, E.F, G.H, I.K, L.M, N.O, P.Q,
R.S, T.V, X.Y, z, Aa, Bb, Cc, Dd,
Omnes sunt quaterni, præter M.N, & Cc, terniones.

Virescit vulnere Virtus;



מִתְּמַמָּמֶלֶת, מִתְּמַמְּתָרֶת.




Nocet empia dolore voluptas.

S E R R A T A N O T A T V D I G N I O R A
 O B I T E R I N O F F I C I N A
 D E P R E H E N S A .

Folio.	Versu.	
5.	45	lege, denominatum (t enim litera fluxit)
7.	19	lege, quintuplam uidetur obtinere rationem.
8.	37	lege, uersus dextram.
8:	in secundo exemplo,	lege, 125, (nam 6 in aliquibus sic inuertitur 9)
8:	30	lege, extrinsecam habent
13.	8	lege, radix cubica
30.	penultimo,	scribe, 7, in margine interiori.
41.	24	lege, exprimendo
42.	1	lege duplam sese qualtera
43:	4	scribe, 9 > in interiori margine.
43:	penultimo,	scribe, 13 > in interiori margine.
44:	penultimo,	lege, ita proportionatas (fluxit enim in quibusdam i litera)
45	1	lege, 36 (in ipsa uidelicet figura)
54:	33	lege, demonstrationum
55:	31	lege, sphæricum itaq
96.	30	lege, uel digitos 80.
57:	30	lege, per doctrinam tertij capitatis
65:	7	lege, igitur sicut.
74:	19	lege, Sit exempli gratia
79:	43	lege, dati oxygonij isoscelis
90.	20	lege, per 2 duodecimi,
91:	20	lege, ^{ex} ecc pop
91.	16	lege, Caput x x v i i i .
102.	14	lege, post Arithmetica atq
110.	ultimo	lege, utpote boreale,
110:	19	lege, ducito finum rectum ipsius
113:	46	lege, uulgares dicunt Astronomi (uel dele A.)
116:	8	lege, in Horizonte, quanto minor. Sequenti uersu lege, componant 90.
116:	22	lege, Quibus circuitis
118:	22	lege, occiduntue tempore
139:	8	lege, TABV LA utriusque (in fronte scilicet tabulae)

S V N T forsan & alia per pauca, sensum tamen literæ immutare non ualentia : quæ tu ipse
 cum silentio (si Christianus es) emendabis. & simul considerabis te & nos homines esse : maxis
 metu tunc aberrare, cum aliquid ad curatius examinare conamur. Nec quim facias (precor) si
 linguae latine rigorem non usquequam seruauerimus : utpote, si plaruntq dixerimus uicium
 numerum pro quo numero, & lineulam pro lineola, Ptolemaeum pro Ptolomeo, & quæ
 sunt eiusmodi. Nam ueluti curiosos admodum uerborum obseruatores, umbram tantummo-
 dò rerum saepius assequi uidemus : haud dissimiliter ipsis rebus intenti, uerborum lenocinium
 min' curare solent. Exetera uero minutiora, ipsis artis impressioriæ sunt adscribenda labilitati.

Nota quod punctum post foliorum numerorum signat primam
 ciuidem folij paginam : cōma uero secundam.







HARE 84B
FOLIO 28071

